ARCHIVUM FRANCISCANUM HISTORICUM

Volume 3

1910

ARCHIVUM

FRANCISCANUM HISTORICUM

PERIODICA PUBLICATIO TRIMESTRIS

CURA

PP. COLLEGII D. BONAVENTURAE

ANNUS III. = TOMUS III.

Typographia, Directio et Administratio

AD CLARAS AQUAS prope FLORENTIAM

(QUARACCHI presso FIRENZE)

1910.

Reprinted with the permission of
Archivum Franciscanum Historicum in Collegio S. Bonaventurae

JOHNSON REPRINT CORPORATION
111 Fifth Avenue, New York, N. Y. 10003

JOHNSON REPRINT COMPANY LTD
Berkeley Square House, London, W. 1

Reprinted from a copy in the collections of
The New York Public Library
Astor, Lenox and Tilden Foundations

First reprinting, 1966, Johnson Reprint Corporation

Printed in the United States of America

DISCUSSIONES

DE FR. ROGERO BACON

EIUSQUE SENTENTIA DE REBUS BIBLICIS.

Inter doctos Ordinis nostri viros, qui medio aevo operam specialem investigandae S. Scripturae impenderunt, pauci sunt qui tantam omnimodae scientiae copiam studiis biblicis utilem comparaverunt, quantam attulit Rogerus Bacon; pauci sunt qui vivi, mortuique tot impugnationibus obstricti fuerunt quot noster ille 'Doctor mirabilis' qui hoc laborabat defectu quod, aetatem suam scientiis naturalibus et positivis longe superans, quae ingenii acumine vituperanda et corrigenda cognoverat, respectu humano seposito, acribus interdum verbis et acrioribus adhuc scriptis vituperare et reprehendere non dubitaverit. Nostri non erit defendere omnia quae fecit et scripsit, vel approbare omnia eius iudicia interdum exaggerata, interdum iniusta, quia praeiudiciis et ideis praeconceptis obnubilata; sed iustitia exigit, ut ea agnoscantur quae praeclare egit et scripsit, etsi suo tempore agnita non fuerint ab omnibus. Faxit Deus, ut imago confratris doctissimi per multa saecula pene obliterata magis, magisque in dies resplendeat, purgata et defensa a tot calumniarum et malevolentiae, praeiudicatarum opinionum et insipientiae sordibus, quibus splendor eius obnubilatus fuerat hucusque.

Liceat nobis tractare summatim — **programmatis instar** — doctrinam Rogeri spectantem **studia biblica**, exponendo quid de S. Scriptura, deque studiis eiusdem instituendis senserit, quid cogitaverit et proposuerit de adiumentis studio biblico promovendo utilibus vel necessariis, de linguis praesertim biblicis, quaeve vituperanda et corrigenda esse cognoverit. Videbimus ipsum optime sensisse et iudicasse quae necessaria sint, et in hoc probatum esse per

temporum subsequentium eventus, etsi suis temporibus tanquam « passer solitarius » ingemiscere et spem suam in futuro reponere debuerit. — Sed antequam argumentum aggrediamur, liceat paucis in mentem revocare, quae de ipsius vita et operibus cognita sunt, et ex vastissima bibliographia Rogeriana saltem opera maioris momenti, ad rem nostram, adumbrare (1).

I.

Natus est Rogerus circa annum 1214 prope civitatem Ilchester in regione Angliae, quam Somersetshire vocant, parentibus opibus et fama valentibus, qui cum, in discordiis inter Henricum III regem et liberos barones versantibus, partes regis secuti fuissent, postea aliquatenus ad egestatem redacti sunt. Teneris iam annis incepit studiis vacare, quae in celebri universitate Oxoniensi, dein Parisiensi summo successu absolvit. Iam tunc studiis linguarum et scientiarum naturalium quam maxime delectabatur, ita ut postea scribere potuerit: «Multum laboravi in scientiis et linguis, et posui iam quadraginta annos postquam didici primum alphabetum; et fui semper studiosus; et praeter duos annos de istis quadraginta fui semper in studio, ... et ... notum est, quod nullus in tot scientiis et linguis laboravit, nec tantum (2)». Neque expensas maximas horruit, sed plus quam 2000 libellarum Parisiensium pro libris et instrumentis physicalibus comparandis insumpsit (3). — Oxonii consilio et amicitia fruebatur clarissimi Roberti Grossetcste (Greathead), Ordinis nostri seraphici fautoris optimi, et Fratris Adami de Marisco (Marsh) (4), quos toto vitae tempore semper magni fecit. Hinc non mirum, ipsum emenso studiorum curriculo, ordini Franciscano nomen dare non dubitasse. Nescitur annus ingressus, sed videtur fuisse circa 1240, secundum alios inter annos 1251-1257 (5). Post habitum susceptum studia prosecutus est, quantum permisit exiguitas mediorum; sed tamen eodem tempore per duos annos

(1) Plurimae adsunt quaestiones disputatae, quae investigationibus ulterioribus, iisque profundioribus indigent; quantus labor praestandus, ut habeamus vitam Rogeri criticam!

(2) *Opus Tertium* XX, ed. Brewer, p. 65 (de quo vide infra).

(3) Ib. XVII, 59.

(4) Macdonnell, Anne, *Sons of Francis*, London 1902, 244.

(5) Charles, *Roger Bacon*, 21, 22. (Titulum ampliorem huius aliorumque librorum vide infra in bibliographia).

morbus gravis eum prohibebat, quominus scientiis incumberet (1). Recuperata sanitate, cum solita studia omni ardore excepisset (2), a superioribus mox fraeno imposito praepeditus aliquatenus fuit: « Affuit instancia praelatorum meorum quotidiana, ut aliis occupationibus obedirem (3) ». Cum enim labores et experimenta eius physica a plurimis istius aetatis ad alchymiam, necromantiam etc. pronae tamquam res omnino suspecta et periculosa haberentur, praecipue tamen cum Rogerus aliquas sententias protulisset, quae sensui catholico aliquatenus saltem repugnare viderentur, superiores inhibuerunt, quominus scripta extra Ordinem divulgaret. Quod patet ex responso a Rogero dato Cardinali Guido Grosso (le Gros de Foulques); qui Parisiis degens, quo Bacon circa annum 1257 vel 1258 missus fuerat, cum notitiam accepisset Rogeri, aliquoties cum ipso sermonem miscuit, ipsumque rogavit, ut sibi transmittere vellet exarata scriptis illa, de quibus inter se locuti fuissent (4). Interim Cardinalis tiara pontificia decoratus fuit (Clemens IV), antequam Rogerus scribere potuit quae ille optaverat. Bacon ideo, nuntio misso, Papam certiorem facere non omisit, quare opus sibi iniunctum exsequi nondum potuisset: quia prius non nisi lineamenta eorum, quae inter se discusserant, scripto mandasset, nec licentiam a superioribus ad tale opus conficiendum impetrasset. Ipse postea, confecto iam illo scripto a Papa sibi iniuncto, de difficultatibus suis scripsit: « Sed tamen dilatio... evenit necessario et contra meam voluntatem, et dolui nimis ac doleo. Non enim, quando ultimo scripsistis, fuerunt composita quae iussistis, licet hoc credebatis. Nam in alio statu non feci scriptum aliquod philosophiae, nec in hoc... fui requisitus a praelatis meis; immo facta est constitutio gravis in contrarium, sub praecepto et poena amissionis libri, et ieiunio in pane et aqua pluribus diebus, si aliquod scriptum factum apud nos aliis communicetur (5) ». Quibus ex verbis patet, ipsam constitutionem non respicere solum

(1) Videas allusionem factam in loco citato p. 4, not. 2. Cf. *English Historical Review* (EHR), 1897, 500 ss., 507.

(2) « Tamen postea fui ita studiosus sicut antea » *Op. Tert.* XX, Brewer, 65.

(3) EHR, 1897, 500.

(4) Alii putant Cardinalem cum Rogero sermones habuisse, quando ab Urbano IV legatus in Angliam missus fuerat, ut pacem procuraret inter Henricum III et liberos barones rebelles.

(5) *Op. Tert.* II, Brewer, 13.

Rogerum, cum dicat «apud nos»; neque omnino ipsum aliosve vetitos esse quodvis scriptum *conficere*, sed solummodo scripta *extra ordinem dare*. De facto quidem, ait Bacon, ista prohibitio partialis aequivalet prohibitioni totali; nam etiamsi scriptores Ordinis intra Ordinem conficere scripta et promulgare vellent, hoc impossibile esset; nam «scribi non posset littera bona nisi per scriptores alienos a statu nostro», et tunc isti, uti saepe fit, transscriberent pro se et sic divulgarent scripta, non obstante voluntate auctoris et superiorum; ne igitur hoc fiat, et sic praeceptum superiorum fallatur, expedit nihil omnino scribere (1).

Hic tractari de aliqua constitutione a Capitulo Generali per totum Ordinem facta, iam intellexerat Feret (2), etsi non potuerit indicare, qualis fuerit tenor istius decreti vel quodnam Capitulum haec praescripserit. Agitur vero de constitutione in Capitulo Generali *Narbonnensi* 1260 lata: «Item inhibemus, ne de cetero aliquod scriptum novum extra ordinem publicetur, nisi prius examinatum fuerit diligenter per generalem ministrum vel provincialem et deffinitores in capitulo provinciali; et quicunque contrafecerit, tribus diebus tantum in pane et aqua ieiunet et careat illo scripto (3)». Versus finem dissertationis nostrae de motivo loquemur, quo Capitulum Generale istam constitutionem gravem in contrarium promulgaverit. — Ceteroquin Rogerus ab observanda ista constitutione per Clementem IV dispensatus fuit litteris Viterbio X. Kal. Iulii 1266 datis: «Sane, ut melius nobis liqueat, quid intendas, volumus et tibi per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus, non obstante praecepto praelati cuiuscunque contrario, vel tui ordinis constitutione quacunque, opus illud... nobis mittere quam citius poteris, non omittas, et per tuas nobis declares litteras, quae tibi videntur adhibenda remedia, quae nuper occasione tanti discriminis intimasti, et hoc quanto secretius poteris facias indilate (4)». Pluries eodem adhuc anno repe-

(1) L. c.

(2) «*Les emprisonnements* etc. ap. *Revue des Questions historiques* (RQuestH), 50, 1891, 124.

(3) Cf. Fr. Ehrle S. J., *Die ältesten Redactionem der Generalconstitutionen des Franziskanerordens*, ap. *Archiv für Literatur- und Kirchengeschichte des Mittelalters*, VI, 110. S. Bonaventura, *Opera*, VIII, 456.

(4) Habetur haec bulla ap. Martène-Durand, *Thesaurus novus anecdotorum*, II, Paris 1717, 358, Clem. IV epp. n. 317a; Wadding, *Annales*, ad an. 1266 n. 14; II, 294; IV² 265, e Regesto Vatic. Sbaralea, *Bull. Franc.*, III, 89, n. 87 (22 Iun. 1266); ap. Brewer, l. c. I, 1. Inscripta est:

titum fuisse videtur mandatum apostolicum, ut rem acceleraret Rogerus (1), quod tamen ipsi impossibile fuit. Nam cum Papa superioribus ipsis nullas de hac re litteras dedisset et Bacon obligatum se esse crederet ad secretum servandum, nonnisi summis difficultatibus obtinere potuit tempus necessarium; insuper quoad expensas faciendas sibi ipsi relictus fuit (2). Sincere Papam excusando monet oblivionis: « Non miror vero, si non cogitastis de expensis his, quia sedentes in culmine mundi habetis de tot et tantis cogitare, quod nullus potest mentis vestrae sollicitudines aestimare ... Ego vero nec pecuniam habeo, ut scitis, nec possum habere, nec per consequens mutuari, cum non habeam quid reddam ». Propinquis quidem se scripsisse dicit, sed tamen eosdem, cum antea fuissent divites, nunc in turbulentis belli tempestatibus in pauperiem devenisse; alios potuisse quidem, sed noluisse ipsum iuvare; hinc nonnisi difficillime summam 60 librarum ea tandem sub conditione se obtinuisse, ut Papam ipsum pro expensarum recompensatione adire se velle promitteret (3). — Perpetuis tandem superatis difficultatibus

---

Dilecto filio fratri Rogerio dicto Bacon Ord. Fr. Min. — Ultima epistolae verba « *quanto secretius poteris* » probabile reddunt, iam antea Cardinalem desiderium suum Rogero confidenter revelasse, ita ut Baco noluerit hac de re superiores adire; nam nec in Constitutione Narbonnensi omnimode prohibitum fuit, quominus scripta extra Ordinem darentur, sed solummodo, « nisi prius examinata fuerint diligenter per generalem ministrum vel provincialem et deffinitores in capitulo provinciali ». Exstat quoque ap. *Acta Ord. Min.* 1898, Ad Cl. Aq. 134.

(1) Cf. EHR 1897, 495.

(2) Cf. *Op. Tert.* III, Brewer, 15: « Deinde occurrerunt longe maiores causae dilationum, propter quas oportuit me multotiens desperare; et centies opus inceptum cogitavi negligere; et nisi esset vicarii Salvatoris solius reverentia, et utilitas mundi per ipsum solum procuranda, non processissem cum his impedimentis ... Et primum impedimentum fuit per eos, qui mihi praefuerunt, quibus cum nihil scripsistis in excusationem meam, et eis non potui revelare vestrum secretum, nec debui, propter vestrum mandatum de celando, instabant ineffabili violentia, ut cum aliis [al. *in* aliis] eorum voluntati obedirem; sed nequivi, propter vinculum vestri praecepti, quod obligavit me ad opus vestrum, non obstante aliquo mandato praelatorum meorum [cf. epistolam Papae]. Et certe cum non fui excusatus per vos, ego recepi impedimenta tot et tanta quod enunciare non possum ... Caeterum aliud genus impedimenti recepi, quod suffecit ad subversionem totius negotii, et fuit *defectus expensarum* ».

(3) *Op. Tert.* III, Brewer, 16: « Angustiatus igitur supra id, quod potest aestimari, coëgi familiares homines et pauperes expendere omnia quae habebant, et multa vendere et caetera impignorare ..., et promisi eis, quod ego vobis scriberem partes singulas expensarum, et quod bona fide procurarem apud vos perfectam solutionem ».

Rogerus *Opus Maius* conficere potuit, quod incipiente anno 1267 per discipulum et amicum Ioannem Parisiensem (Londinensem) Papae transmitti curavit. Superiores perspecta demum scriptorum conficiendorum destinatione, non amplius difficultates movisse videntur; saltem Bacon brevi post etiam *Opus Minus* Romam transmittere potuit et adhuc ante Papae mortem (1268) *Opus Tertium* (de quo, aliisque Rogeri scriptis v. infra). — De ultimis eius diebus et fatis nihil certi scitur; tradunt eum per 14 annos in custodia detentum fuisse; sed hac de re deest traditio vetus. Testimonium hucusque antiquissimum habetur apud *Chronicam XXIV Generalium Ordinis Minorum* (1), ubi de Fr. Hieronymo ab Asculo, Ordinis Ministro Generali, haec habentur: « Hic Generalis frater Hieronymus de multorum fratrum consilio condemnavit et reprobavit doctrinam Fratris Rogerii Bachonis Anglici, sacrae theologiae magistri, continentem aliquas novitates suspectas, propter quas fuit idem Rogerius carceri condemnatus, praecipiendo omnibus fratribus, ut nullus illam teneret, sed ipsam vitaret, ut per Ordinem reprobatam. Super hoc etiam scripsit Domino Papae Nicolao praefato, ut per eius auctoritatem doctrina illa periculosa totaliter sopiretur ». Quidquid est de hac quaestione, Rogerus quoad doctrinam sibi constans fuisse videtur, cum in ultimo opere, quod senex octogenarius confecit, scil. *Compendio studii theologiae*, eadem principia enuntiet, quae totam eius vitam, studia, laboresque direxerant. Mortuus est Oxonii, probabiliter die 11 Iunii 1294.

Dolendum sane, quod et vita et opera Rogeri hucusque a nostris tantopere neglecta sint; ultimis hisce decenniis multa quidem ab aliis vel a nostris (2) facta sunt, sed multo plura remanent facienda. Plurima adhuc manuscripta in pulvere bibliothecarum iacent, aliis interdum attributa auctoribus (3). Hinc ex una quidem parte conspectus generalis, iudiciumque certum de laboribus Rogeri, deque eorumdem valore scientifico hactenus completus saltem haberi nequit;

(1) *Analecta Franciscana*, III, 360.

(2) Cf. excellentem diss. de Rogero tractantem ap. *Dictionnaire de Théologie Catholique*, II, col. 8-31, scriptum a confratre doct. G. Delorme. Optandum, ut investigationes Rogerianas continuet et concurrentibus aliis Ordinis alumnis ad finem felicem perducere valeat.

(3) Hoc accidit e. g. in manuscripto nuper a Petro Duhem edito *Un fragment inédit de l'Opus Tertium de Roger Bacon*. Ad Claras Aquas 1909, quod tamquam « Tertius liber Alpetragii » inscribebatur, sed tamen est nostri Rogeri (Cf. l. c. p. 5ss).

sed tamen ex altera parte, cum in scriptis nobis iam notis Rogerum constantem sibi esse conspiciamus, praesumere fas erit, iudicium generale de ipso post omnium operum editionem ferendum quoad substantiam idem futurum esse, quod iam nunc, perspectis et sine praeiudicio examinatis scriptis eiusdem, ferri poterit.

II.

1. Opera Rogero attribuuntur quamplurima, ita ut a scriptoribus antiquioribus circiter 80 numerentur. Attamen notandum, saepius ab ipsis tamquam scripta separata citari, quae nonnisi partes sunt operum maiorum, cum multi tractatus ex iisdem desumpti separatim divulgati fuerint. Ex omnibus quae ipsi attribuuntur operibus, nos hic tantummodo ea commemoramus, quae studia biblica respiciunt.

1°. Primo loco nominandum est *Opus Maius*, quod materiam amplissimam sacros libros respicientem continet. Discussis in parte I obstaculis verae scientiae et cognitionis, i. e. erroribus, in parte II explicandam suscipit relationem theologiam inter et philosophiam, sensu latissimo sumptam, et fusius probat omnium scientiarum radicem in s. Scriptura fundari. Pars III est quasi complementum partis II, agens de necessitate addiscendi linguas, ut thesaurus in ss. libris reconditus hauriri et communicari valeat. Parti IV, quae de scientiis mathematicis tractat, magnam dissertationem addit de applicatione harum scientiarum ad scientias sacras, praecipue ad s. Scripturam, de geographia sacra et de astronomia (astrologia), quam pariter ad ss. scientias applicat. Passim etiam in tribus ultimis partibus *Operis maioris* de s. Scriptura quaedam attingit, agens scilicet de relatione, quam istae disciplinae (optica seu perspectiva, scientiae experimentales, philosophia moralis) ad sacros libros habere possunt.

Editum fuit Op. Maius prima vice Londini 1733: *Fratris Rogeri Bacon, Ordinis Minorum, Opus Majus ad Clementem Quartum, Pontificem Romanum. Ex MS. Codice Dubliniensi, cum aliis quibusdam collato, nunc primum edidit* S. Jebb. (in-fol.). Quae editio anno 1750 Venetiis iterum recusa est: *Fratris Rogeri Bacon Ordinis Minorum Opus Majus ad Clementem IV. Pontificem Maximum. Primum a Samuele Jebb. M. D. Londini editum MDCCXXXIII, nunc vero diligenter recusum. Accedit Prologus galeatus in reliqua Opera eiusdem autoris* (in-fol. parv.). Nova et auctior

editio prodiit nostris temporibus curante, sed parum diligenter I. H. Bridges (1). Dolendum, hanc editionem plurimis scatere mendis. Ipse Bridges eodem adhuc anno 1900 pro tribus partibus prioribus *Operis Maioris* novum et correctiorem textum publicare potuit (2).

2°. In *Opere Minore*, quantum ex fragmentis quae supersunt videri potest, Rogerus eamndem materiam tractavit atque in *Op. Maiore*, modo magis compendioso, hinc clariore (3). Quapropter dolendum est quam maxime hoc opus pro maiore parte periisse (vel saltem cognitum nondum esse). Fragmenta quae supersunt, inveniuntur in editione Brewer (4).

3°. *Opus Tertium* ab ipso Rogero tamquam commentarius et complementum *Operis Maioris* et *Minoris* designatur; scribit enim (5): « Sicut propter has rationes [profunditatem veritatis eiusque difficilem intelligentiam] opus secundum ad intelligentiam et complementum primi composui, sic propter easdem hanc scripturam t e r t i a m formavi ad intelligentiam et perfectionem utriusque operis praecedentis. Nam quamplurima hic adduntur magnifica decorem sapientiae continentia, quae in locis aliis non habentur ». — Ad *Opus Tertium* pertinet etiam fragmentum nuper publicatum a cl. P. Duhem (6); agitur in ipso de scientiis *naturalibus et morali philosophia* (7).

(1) *The 'Opus Majus' of Roger Bacon. Edited with introduction and analytical table by* Iohn Henry Bridges. London, Edinburgh, Oxford, William and Norgate, 1900, 2 voll. in-8°; vol. I pp. CLXXXVII et 404; vol. II pp. XV et 568.

(2) *The 'Opus Majus'... Supplementary volume: Containing revised text of first three parts; corrections; emendations; and additional notes.* With facsimile of Bacon's Hebrew and Greek writing. (ib. pp. 187).

(3) In *Op. Tertio* (v. infra) Rogerus in epistola Papae missa loquens de Opere Mai. scribit: « Sed propter viarum maxima pericula, et amissionem operis possibilem, necesse fuit ut aliud opusculum formarem, in quo principalis scripturae intentionem aperirem.... Ideoque velut introductorium *volui secundam parare scripturam*, quatenus difficultas primi operis mitigetur » (Brewer, 5).

(4) *Fr. Rogeri Bacon Opera quaedam hactenus inedita. Vol. I.* (et unicum) *containing I. Opus Tertium. II. Opus Minus. III. Compendium Philosophiae.* In appendice habetur: *De nullitate magiae.* London 1859. Est collectionis *Rerum Britannicarum Medii Aevi Scriptores.*

(5) *Op. Tert.*, Brewer, 6.

(6) *Un fragment inédit de l'Opus Tertium de Roger Bacon précédé d'une étude sur ce fragment* par Pierre Duhem, Ad Claras Aquas 1909, in-8° gr., pp. 197.

(7) Censent aliqui scriptores, ista tria opera, Majus, Minus, Tertium nonnisi praeparatoria fuisse scripti *principalis* cuiusdam, de quo saepius Bacon loquitur, e. g. in *Op. Tert.* XVIII, Brewer, 60: « Patet igitur quod

4°. In *Compendio studii philosophiae* — quod est pars III in editione Brewer — fusius sermo est de linguis, graeca imprimis et hebraica.

5°. *Epistola de laude s. Scripturae,* partim publicata in Iacobi Usserii Armachani *Historia Dogmatica de Scripturis et sacris vernaculis,* vel potius in Appendice eiusdem operis, cui titulus *Auctarium,* ab Henrico Wharton conscripta (1).

6°. Pariter interdum de s. Scriptura loquitur in opere, quod editum fuit a Rob. Steele (2).

---

scriptum principale non potui mittere, sed oportuit me formare aliquid preambulum, in quo radices meliores, et ramos proceriores, et flores pulchriores, et fructus dulciores premitterem.... ». Propter tales expressiones P. G. Delorme, l. c. 12, rem quasi certam tractat; sed tamen non caret difficultatibus, cum Rogerus aliis in locis evidenter *Opus Maj.* isto nomine vocet. Sic in ipso exordio *Op. Tertii* scribit: « Vestrae sapientiae.... duo transmisi genera scripturarum: *Quorum unum est principale....* »; et paulo post secundum scriptum se fecisse fatetur, ut « *principalis* scripturae intentionem » aperiret. (Cf. Brewer, 3, 5). Etiam in fragmentis a Dühem publicatis eodem modo loquitur repetens ea quae in *Op. Mai.* exposuerat: « Et sic terminatur tota intentio *Operis principalis.* Deinde cogitavi Opus aliud premittere Vestre Sanctitati, in quo redderem rationem totius Scripti nunc discussi, ut per Vestras sollicitudines, brevius intentionem totius Vestra Beatitudo videret; et si forsan propter viarum pericula amitteretur *Opus Majus,* hic videretur pondus illius negotii ». Rogerum hic revera loqui de *Op. Min.* in relatione quam habet ad *Op. Majus,* — uti editor bene cognovit, cf. p. 179, — apparet ex eo quod, postquam materiam istius Scripti secundi exposuit, prosequitur: « *Tertium* autem Scriptum misi de manu mea per Iohannem.... ». Cf. l. c. 179ss. Sed tamen negandum non est, aliqua testimonia cedere etiam in favorem alterius sententiae, praecipue quod Rogerus, postquam Papae misit *Opus Majus,* nihilominus negat se misisse *Scriptum principale,* uti in verbis supracitatis (Brewer, 60); pariter in epistola quadam Papae missa, quam D. Gasquet O. S. B. primum edidit et epistolam dedicatoriam esse putat, quae Opus Majus comitabatur (cf. EHR 1897, 494-517), Rogerus eodem modo loquitur: « Quamvis autem *scriptum principale* non transmitto, nichilominus tamen meliores et maiores sapientie *radices* juxta posse meum et ramos proceriores cum florum suavitate et fructuum dulcedine vestre reverencie gaudeo presentare, et quantitatem sufficientem scripture donec placeat vestre sanctitati maiorem requirere » (l. c. 503); pariter p. 507 loquitur de scripto principali, « quod petit vestra sublimitas » vel (p. 515) « quod vestra sanctitas requisivit ». — Ex quibus patet quaestionem adhuc esse disputandam.

(1) Londini 1689, 420ss.

(2) *Opera hactenus inedita Rogeri Baconi.* Fasc. I. *Metaphysica Fratris Rogeri ordinis fratrum minorum. De viciis contractis in studio theologiae, omnia quae supersunt nunc primum edidit* R. St.; London 1905, 8°, pp. VIII et 56. (Partes quasdam huius 'Metaphysicae' iam a Charles, *Roger Bacon,* p. 391-397 publicata fuerant. Vide criticam editionis Steele a P. M. Bihl O. F. M. scriptam ap. *Etud. Francisc.,* 1906, XVI, 542-549). Fasc. II. *Liber primus communium naturalium Fratris Rogeri,* partes I et II. Oxonii 1909, e typogr. Clarendoniana 8°, pp. 137.

7°. Fr. Rogeri Grammaticam Graecam et fragmentum superstes suae Grammaticae Hebraicae vulgavere, non bene quidem, E. Nolan et S. A. Hirsch (1).

Iam anno 1900 quaedam fragmenta grammaticae istius in Collegio Corporis Christi Oxonii conservatae publicata fuerant a J. L. Heiberg (2).

Lugemus, grammaticam hebraicam nonnisi mutilam ad nos pervenisse (3) et insuper illam editionem duarum grammaticarum non excellere methodo critica (4).

Praeter ista scripta alia adhuc Rogero attribuuntur ad studia biblica pertinentia; sed dubitandum est, utrum revera ab ipso composita sint, an ab aliis auctoribus notis vel ignotis; aliqua ex ipsis probabilius iam in operibus citatis comprehenduntur. Sbaralea (5) haec commemorat:

1°. *De sacrae Scripturae profundis mysteriis.* Little (6) vero putat, hoc scriptum esse versionem " *Expositionum Vocabulorum de singulis libris Bibliae Rogeri compotistae, monachi S. Eadmundi* ".

2°. « *Fragmenta Rogeri Baconis ad Clementem Papam,* in quibus de vulgata editione sacrorum Bibliorum, multaque etiam de versionibus graecis, et de Hexaplis Origenis.... Horum magna pars edita est apud Humphredum Hody (7).... Forsan est opus, quod Henricus Wharton (8).... vocat *De laude sac. Scripturae ad Clementem PP. MS.*, cujus et cap. 31. adducit » (9).

3° *Tractatus in Psalterium Rogeri Bacon.* Sed probabiliter hoc scriptum, quod incipit: ' Incipit tractatus fratris

---

(1) *The Greek Grammar of Roger Bacon and a fragment of his Hebrew Grammar edited from the MSS. with introduction and notes* by Edmond Nolan and S. A. Hirsch. Cambridge 1902, 8°, pp. LXXV et 212.

(2) *Byzantinische Zeitschrift,* IX, 1900, 479-491.

(3) Forsitan non erat grammatica proprie dicta, sed potius eius delineamentum.

(4) Cf. acrem, sed non iniustam operis criticam scriptam a Heiberg in periodico citato, XII, 1903, 343-347, quae sic concludit: « *Im ganzen hätten die Herausgeber wohl getan, sich etwas besser für die Arbeit vorzubereiten; was sie bieten, ist nur Rohmaterial* ».

(5) *Suppl. ad Script. O. Min.* Romae 1806, 642 ss.

(6) *The Grey Friars in Oxford,* Oxford 1892, 210.

(7) *De Textibus Bibliorum originalibus,* l. III, p. II, cap. 11.

(8) *Anglia sacra,* to. II, 344.

(9) Praeter cap. 31 etiam cap. 27 adducit; loquitur Wharton l. c. de ' Roberto Grosthed Epis. Lincoln. ' et in eiusdem laudem quaedam ex Rog. Bacon, *De laude S. Scripturae* ad Clementem Papam, affert.

R. Bacun, super Psalterium', non est nostri Baconis, sed *Roberti Bacon* (1), quod jam antiquiores enuntiarunt.

4°. Reliqua scripta eiusdem generis, nempe *De situ orbis, De regionibus mundi, De situ Palaestinae* et *De locis sacris, Descriptiones locorum mundi* probabiliter sunt copiae tractatuum in operibus iam notis insertorum (2); idem dicendum de *Summa Grammaticali.*

2. Ex **l i t t e r a t u r a** vastissima Rogeriana **b i o - b i b l i o g r a p h i c a** praeter opera iam indicata, quae in praefationibus ingentem hac de re materiam congesserunt, sequentia infra (3)

---

(1) Cf. Little, l. c. 210.

(2) Cf. Golubovich, *Biblioteca bio-bibliogr.* I, 268 s.

(3) I. Ex OPERIBUS ANTIQUIORIBUS. — 1. Balæus Joan., *Scriptorum illustrium maioris Brytanniae.... Catalogus.* fol. Basileae 1557. Cf. *Anecdota Oxoniensia. Index Britanniae Scriptorum quos.... collegit Ioan. Balæus....* edited by R. L. Poole and M. Bateson. Oxford 1902. — 2. Pitseus, *Relationum historicarum de rebus Anglicis.* Paris 1619. I vol. in 4 partt.; p. II: *Catalogus scriptorum cum Britannorum, tum maxime Anglorum, observato.... antiquitatis ordine.* — 3. Wood, *Historia et antiquitates Universitatis Oxoniensis duobus voluminibus comprehensae.* Oxonii 1674, I. — 4. Idem, *Athenae Oxonienses. An exact history of all the writers and bishops, who have had their education in the most ancient and famous University of Oxford.* London 1721, 2 voll. fol. Idem opus denuo editum et auctum a Ph. Bliss. 4 voll. fol. London 1813, 1815, 1817, 1820. — 5. Wharton Henr., *Anglia Sacra.* 2 voll. 4°. Londini 1691. — 6. Hodii Humfredii, *De Bibliorum textibus originalibus, versionibus graecis et latina Vulgata ll. IV.* Oxonii 1705 (l. III). — 7. Lelandus Ioan., *Commentarii de Scriptoribus Britannicis.* Ed. A. Hall. 2 to., 8°, Oxonii 1709. — 8. Oudin C., *Commentarius de Scriptoribus Ecclesiae antiquis.* 3 voll. fol. Francofurti 1722 (vol. I) et Lipsiae 1722 (vol. II, III). — 9. Le Long Iac., *Bibliotheca Sacra....* 2 to. fol. Parisiis 1723. — 10. Wadding-Fonseca, *Annales O. M.* to. IV, a. 1266; to. V, p. 51 (XXVII); 134 (XII) ed. II. — 11. Idem, *Scriptores Ord. Min.* Romae 1650; 1806; 1906. — 12. Michael a S. Joseph, *Bibliographia Critica sacra et prophana.* 3 to. (partes) in voll. 4, fol. Matriti 1742. — 13. Tanner Thom., *Bibliotheca Britannico-Hibernica.* fol. Londini 1748. — 14. Sbaralea, *Supplementum ad Script. O. M.* Romae 1806. — 15. *Biographie Universelle,* to. III. Paris 1811, 178 ss. (Suard). — 16. *Histoire littéraire de la France,* to. XX. Paris 1842, 227 ss. (Daunou et Le Clerc). — 17. *Monumenta Germaniae historica; Scriptores,* XXVIII, 569 ss. (Liebermann),

II. Ex OPERIBUS RECENTIORIBUS nominanda sunt:

Praeter Charles E., *Roger Bacon. Sa vie, ses ouvrages, ses doctrines.* Paris 1861. — 1. Kaulen, *Geschichte der Vulgata:* Mainz 1868. — 2. Grammer Dom., O. Min., *Bacon R.* ap. *Kirchenlexikon.* Freiburg 1882, I², 1839 ss. — 3. Berger, *De l'histoire de la Vulgate en France.* Paris 1887. — 4. Idem, *Quam notitiam linguae hebraicae habuerunt christiani medii aevi.* Paris 1893. Cf. criticam huius libri scriptam a Soury ap. *Bibliothèque de l'Ecole des Chartes,* LIV, 1893, 733-38. — 5. Narbey, *Le moine R. B. et le*

citamus, quae nobis inservierunt, quaeque opera magis recondita et rariora patefacient, ea ampliorum notitiarum investigandarum causa adeuntibus. Praetermissis multis operibus eruditis, ab eis exordium sumimus, qui in Anglia rem litterariam propriis disquisitionibus illustravere, ad nostra usque tempora, recentissimos hoc in campo particulari labores et elucubrationes enumerantes, quantum ad propositum nostrum faciunt, contuleruntque.

---

mouvement scientifique au XIIIe siècle, ap. RQuestH XXXV, 1884, 115 ss. — 6. Denifle, *Die Handschriften der Bibel-Correctorien des 13. Jahrhunderts* ap. *Archiv für Literatur- und Kirchengeschichte des Mittelalters* (ALKG), IV, 263 ss.; 471 ss. — 7. Martin, *La Vulgate latine au XIIIe siècle d'après Roger Bacon.* Paris 1888. — 8. Röhricht R., *Bibliotheca Geographica Palaestinae.* Berlin 1890, a. 1267. — 9. Salembier, *Une page inédite de l'histoire de la Vulgate.* Amiens 1890. — 10. Féret P., *Les emprisonnements de R. B.* ap. RQuestH, 50, 1891, 119 ss. — 11. Little Andr. G., *The Grey Friars in Oxford.* Oxford 1892. — 12. Pohl K., *Das Verhältnis der Philosophie zur Theologie bei R. B.* Diss. Neustrelitz 1893. — 13. Gasquet O. S. B., *An unpublished fragment of a work by Roger Bacon* ap. EHR, 1897, 494 ss. Epistola illa recusa fuit ap. *Acta Ordinis Minorum*, 1898, 14-5; 23-7; 47-9; 58-9; 137-45. — 14. Zöckler R., Baco (Bacon), ap. *Realencyklopaedie für protestantische Theologie und Kirche.* Leipzig 1897, II³, 344 ss. — 15. Henderson Bern. W., *University of Oxford. College Histories. Merton College.* London 1899 (passim). — 16. Hirsch, *Early English Hebraists. R. B. and his predecessors*, ap. *Jewish Quarterly Review*, Oct. 1890, inde recusum ap. S. A. Hirsch, *A book of essays.* London 1905, 1-72. — 17. Mangenot E., *Correctoires de la Bible*, ap. *Dictionnaire de la Bible*, ed. Vigouroux, II, 1022 ss. — 18. Picavet F., *Deux directions de la théologie et de l'exégèse catholique au XIIIe siècle, S. Thomas d'Aquin et R. B.* Paris 1905. — 19. White H. J., *Vulgate*, ap. *Dictionary of the Bible*, ed. Hastings, IV, 873 ss. — 20. Felder P. Dr. Hil. O. Cap., *Geschichte der wissenschaftlichen Studien im Franziskanerorden bis um die Mitte des 13. Jahrhunderts.* Freiburg 1904. Versio gall. Parisiis 1908 prodivit. — 21. Delorme G. [i. e. P. Ferd. d'Araules O. F. M.], *Bac. R.* ap. *Dictionnaire de Théologie Catholique*, edd. Vacant et Mangenot, II, 7 ss.; ibi plurimam litteraturam invenis. — 22. Golubovich Gir. O. F. M., *Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa e dell' Oriente Francescano.* Quaracchi 1906, I, 266 ss. — 23. Pesch Christ. S. J., *De inspiratione Sacrae Scripturae.* Friburgi 1906, 163 ss. — 24. Hoffmans H., *La synthèse doctrinale de R. B.*, ap. *Archiv für Geschichte der Philosophie.* Bern 1907, 196 ss. — 25. Idem, *L'intuition mystique de la science*, ap. *Revue Néo-scolastique*, 1909, 370 ss. (cf. ibid. 1906, 371 ss.; 1908, 474 ss.; 1909, 33 ss.). — 26. Holzapfel P. Dr. Herib. O. F. M., *Bac. R.*, ap. Buchberger, *Kirchliches Handlexikon*, I, 449-50. München 1907. — 27. Heitz Th., *Essai historique sur les rapports entre la philosophie et la foi, de Bérenger de Tours à S. Thomas.* Paris 1909, 117-24.

Alia opera, monographias, quas dicunt, etc. cf. ap. Delorme, l. c.; *Hist. litt. de la France* l. c.; vel ap. Chevalier, *Répertoire des sources historiques du moyen-âge. Bio-Bibliographie*, I², 405 s., et Potthast, *Bibliotheca historica medii aevi*, I², 130.

III.

Aggrędientibus iam ipsam quaestionem, quid Rogerus de studiis biblicis senserit, ad quaenam potissimum capita systema eius biblicum reducatur, tamquam nota caracteristica occurrit summa illa veneratio et aestimatio maxima ss. Scripturarum. Sacrae litterae ab ipso habentur tamquam fons omnis sapientiae et scientiae, quam homo possit sibi acquirere. Sicut in germine continentur flores et folia et fructus, sic in s. Scriptura omnis sapientia humana.

« Relegatis igitur », ait (1), « in infernum quatuor causis totius erroris humani generalibus..., volo in hac secunda distinctione ostendere unam sapientiam esse perfectam et hanc in sacris literis contineri, de cujus radicibus omnis veritas exivit. Dico igitur, quod vel est una scientia dominatrix aliarum..., aut melius una est tantum sapientia perfecta, quae in sacra scriptura totaliter continetur, per jus canonicum et philosophiam explicanda. Nam ipsa cum eis velut in palmam explicatur, et tamen totam sapientiam in pugnum colligit per seipsam ».

Eandem sententiam exprimit et breviter evolvit Rogerus in *Op. Tertio* (2), c. XXIV, et in epistola dedicatoria ad Clementem Papam, ubi haec habet (3):

« Demonstratur vero in parte secunda quod una est sapientia perfecta sacris litteris contenta, per ius canonicum et philosophiam, sub quo comprehendo ius civile et omnem humanam sapientiam, exponenda. Nam necesse est quod tota sapientia utilis et necessaria ac digna filiis Dei, auctore Deo, proponatur in scriptura et ibi in pugno colligitur quod in palmam latius explicatur cum per ius canonicum et philosophiam exponitur. Unde omnis veritas ibi in fonte coarctatur. quod per rivulorum profluvia in ius canonicum et philosophiam derivatur. Et ibi in radice colligitur, quod per elegantiam ramorum et nitorem foliorum et florum pulchritudinem et fructuum ubertatem apud ius canonicum et philosophiam reperitur ». Omnia quae ab initio mundi praeclare cogitata, dicta, scripta sunt, profluunt ex revelatione divinae sapientiae, et philosophi ex s. Scriptura tamquam ex fonte hauserunt suam sapientiam. « Et ideo non est mirum si philosophi gloriose locuti sunt de celestibus et secretis nature et artium magnalium, necnon de Deo et de Christo et de beata Virgine et de

(1) *Op. Maj.*, p. II, c. I, Bridges, III, 36; I, 33.
(2) Brewer, 81 ss.
(3) Gasquet, EHR 1897, 508; cf. etiam *Epistolam de laude Scripturae*, ap. Usserii, *Historia Dogmatica, Auctarium*, 420 ss.

angelis et demonibus et de resurrectionibus corporum et de vita future felicitatis et de pena eterna... ac sic de ceteris archanis sapientie divine et humane... quoniam omnia hec fuerunt revelata sanctis ab initio mundi et ab eis per longitudinem vite certificata et in scriptis redacta, a quibus philosophi scripserunt omnia, que postea nobis reliquerunt » (1).

Hinc nulla scientia sacra vel profana potest esse *vera* nisi concordet cum s. Scriptura: « Omnis veritas continetur in sapientia Scripture et quidquid ab ea alienum est necesse est esse penitus erroneum et inane »; et Rogerus est, « certus quod solum illud de philosophia est utile et dignum quod sapientia sacra dignatur, sicut ab ancilla, requirere: totum enim residuum stultum est et insanum ». Pluries in operibus suis hisce insistit, hasque veritates inculcat. Rationes etiam addit, quare tantopere ibi immoretur; cum enim ratio studiorum illius temporis hanc veritatem nimis negligeret, ipse Papam cupit admonere, ut huic malo medeatur:

« Secunda causa, quare efficacius labore ad ostendendum totam sapientiam sacris litteris comprehensam,... est, ut persuadeam ei, qui plenitudinem habet potestatis, quatinus quicquid utile est in scientiis et linguis et necessarium sapientie Dei, disponat vicarius Salvatoris studio

(1) Gasquet, l. c. In *Op. Tert.* c. XXIV Rogerus ipse dat conspectum eorum, quae in *Op. Maj.* parte II probanda susceperat: « Deinde probo quod tota sapientia philosophiae data est a Deo, quia sancti patriarchae et prophetae a principio mundi eam receperunt a Deo; quibus Deus dedit longitudinem vitae; et haec est valde notanda consideratio. Nam, ut probem quod sancti primo habuerunt philosophiam et sapientiam totam, ante quam philosophi infideles, revolvo totum tempus a principio mundi..., ut inveniam quando primo fuerunt singuli, qui aliquem titulum sapientiae habuerunt, sive sint poëtae praeclari, sive Sibyllae, sive septem sapientes, sive philosophi qui post illos septem venerunt, qui non voluerunt se vocare sapientes sed amatores sapientiae... Hoc autem capitulum est summe notandum, quia non solum certificat hoc principale intentum, sed certificat omnia quae sunt in coelo et in terra, et totam sapientiam philosophorum, et ostendit nobis unde habuerunt quod de coelestibus mira dicunt, et de secretis naturae... et de vita aeterna gloriosa et poenali, et de resurrectione mortuorum, et de omnibus. Nam philosophi habuerunt haec omnia a sanctis Dei; unde philosophi non invenerunt haec primo, nec homo, sed Deus revelavit suis sanctis...; et hi sancti scripserunt libros philosophiae omnes. Et non solum in sacra Scriptura fecerunt mentionem de veritate fidei, sed in suis libris philosophicis, et praenuntiaverunt omnia ante quam philosophi fuerunt; et ab his tunc philosophi habuerunt omnem sapientiam » etc. (Brewer, 79 ss.). — Notes Rogerum hic non aliter loqui quam antiquos apologetas primorum saeculorum christiani aevi, quod mirandum revera est, viso ipsius ingenio progressus studioso! — Sic argumentatur et in *Metaph.* I, ed. Steele, p. 44 ss.

sapientie ministrari, quia innumerabilia desunt usui ecclesie, que sunt in fine utilitatis eius et honoris... Sed tertia causa me movet maxime, quoniam tam in substantia studii quam in modo studendi, insuper in usu eorum, qui sunt in ecclesia Dei, *prevalent multa, que sapientie Dei sunt contraria, et postponitur et negligitur hec* et ea que ei maxime conveniunt, cum tamen per eam scientiis et utilibus ad vitam tota Dei ecclesia et fidelium respublica et conversio infidelium et reprobatio eorum, qui converti non possunt, habent dirigi et tractari » (1).

Totum ecclesiae regimen fundari debet et regi s. Scripturae praeceptis, sicut fuit apud veteres Hebraeos; secus Ecclesia Dei numquam pace frui poterit, quae iam tanto tempore desideratur, quia iuristae, omnesque qui in Ecclesia praestare desiderant, nimis neglexerunt S. Scripturam eiusque mandata. « Quod volo dicere est, quod regimen Ecclesiae sicut per legem Dei regebatur antiquitus apud Hebraeos, sic debet esse nunc apud Christianos. Et sicut in primitiva ecclesia regebatur per eam, sic nunc habet regi. Et si tota sapientia est ibi principaliter contenta et fontaliter, tunc principaliter ad minus debet per illam regi ». Dolendum tamen, dicit Rogerus, hoc non fieri, sed potius iuristas qui nullam habent cognitionem s. scientiae pluris aestimari et praeferri in recipiendis ecclesiasticis dignitatibus ipsis theologis. Hinc tot contentiones, lites, bella; neque omnia ista mala cessabunt, nisi ius canonicum iterum reducatur ad fontem suum legitimum, ad s. Scripturam.

« Et mirum est, quod cum jus canonicum eruatur de fontibus s. Scripturae et expositionibus Sanctorum, quod ad illas non convertitur principaliter, tam in lectione quam in usu ecclesiae. Nam per illas debet exponi, et concordari, et roborari, et confirmari; sicut per eas factum est hoc jus sacrum. Sed nunc principaliter tractatur, et exponitur, et concordatur per jus civile, et totaliter trahitur ad eam et in usu et in lectione.... Utinam igitur excludantur cavillationes et fraudes juristarum, et terminentur causae sine strepitu litis, sicut solebant esse ante quadraginta annos » (2).

Difficile quidem erit remedia praebere tantorum malorum, et nonnisi Papa ipse medicinam applicare poterit; hinc Rogerus, qui sperat, Clementem IV esse virum praesignatum a providentia remedia apponendi capacem, illum admonet, ut sibi parcat et sic reformationem tam necessariam exequi valeat (3).

(1) EHR 1897, 509.

(2) *Op. Tert.*, c. XXIV, Brewer, 84 s.

(3) « Dignetur vestra gloria hoc considerare, quia solus potestis remedia adhibere, eo quod nunquam fuit Papa qui ita veraciter sciret jus

Etsi igitur lugendum sit, prosequitur Rogerus, in regimine ecclesiae et in litibus componendis non adhiberi principia et praecepta s. Scripturae, prout per theologiam et ius canonicum subministrantur, magis adhuc dolendum in ipso *studio theologico* s. Scripturam nimis negligi, quia in isto studio praevalent cavillationes philosophicae. Expositio s. Scripturae fere stat in solis faciendis divisionibus, concordantiis violentis, consonantiis rhythmicis (1). Pariter negligitur a theologis studium *linguarum*. Et tamen, cum tota theologia necessario fundetur in linguis alienis, graeca, hebraica, arabica, earum neglectus infaustas secum trahit sequelas:

« Ideo accipiunt infinita falsa et inutilia... atque dubia pro certis, et obscura pro planis, et superflua atque defectus necessariorum patiuntur, et maculant theologiam infinitis peccatis, quae ex ignorantia pura procedunt.... Nam nec textum possunt intelligere.... nec expositiones auctorum scire, quia mixta sunt omnia Graeco, Hebraeo et Arabico » (2).

Item in studio theologico parvipenduntur praelectiones biblicae, cum nimio honore et respectu omnes prosequantur lectiones commentatorias Sententiarum (3): s. Scriptura debet cedere libro Sententiarum.

« Nam ibi est tota gloria theologorum, quae facit onus unius equi » (4); qui librum Sententiarum explicat, apud omnes in honore est, conqueritur Bacon, dum qui explicat textum sacrum, negligitur. « Nam ille qui legit Sententias habet principalem horam legendi secundum suam voluntatem, habet et socium et cameram apud religiosos. Sed qui legit Bibliam, caret his et mendicat horam legendi, secundum quod placet

---

sicut vos.... Et licet aliqui sciant bene jus, tamen non est spes de eis quod fiant Papae.... Et certe infra annum unum possent fieri si Deo placuerit et summo Pontifici, et infra minus.... Et Deus conservat vitam vestram, ut haec per vos fiant. Et ideo non expedit, quod sitis magnae abstinentiae, nec vigiliarum magnarum, quia exercitatio corporis ad modicum valet, *pietas* autem *ad omnia*, ut dicit Apostolus». L. c. 86 s.

(1) *Opus Min.*, Brewer, 323.

(2) L. c. 325.

(3) Hoc a Rogero consideratur tamquam quartum peccatum studii theologici. Cf. Felder, *Studien*, 532 ss.

(4) Rogerus saepius similibus verbis invehit in commentatores Sententiarum, praecipue in nostrum Alexandrum Halensem; e. g.: « Ex suo ingressu fratres et alii exaltaverunt in coelum, et ei dederunt auctoritatem totius studii, et adscripserunt ei magnam *Summam illam, quae est plus quam pondus unius equi, quam ipse non fecit sed alii* » etc. (*Op. Min.*, Brewer, 326). Addit vero, iudicium hoc inaequum quodammodo corrigens, l. c. « Et si ipse eam fecisset vel magnam partem, tamen non legit naturalia ». Cf. Felder, l. c. 190 ss.

lectori Sententiarum. Alibi qui legit Sententias, disputat et pro magistro habetur. Reliquus qui textum [biblicum] legit, non potest disputare » (1).

Et tamen textus quo usi sunt doctores clarissimi, uti « Robertus episcopus Lincolniensis et Frater Adam de Marisco, et alii maximi viri » usque ad Alexandrum Halensem deberet retineri, « quia textus hic de ore Dei et sanctorum allatus mundo (2) »; vel saltem deberet praelegi, uti antea solitum erat « et adhuc legitur rarissime .... *Liber Historiarum* factus vel de novo fiendus (3); ut scilicet aliquis tractatus certus fieret de historia sacri Textus, sicut fit in omni facultate »; nam omnes quaestiones, quae nunc tractantur in Summis « et quae sunt propriae theologiae » possunt « certificari super textum [biblicum]; ut de operibus sex dierum, in principio Genesis; de circumcisione, et comparitione angelorum...; de legibus in libris Moysi; de moribus in libris Salomonis; de sacramentis in Novo Testamento; de omnibus his in libris Regum, et Paralipomenis, et Prophetis, et aliis; ita quod possent certificari suis locis, ut dulcius ex ipso fonte biberentur aquae (4) ».

Attamen, prosequitur, textus ipse uti nunc invenitur, tot vitiis scatet, ut nequeat eo uti qui velit; praecipue *exemplar Parisiense* tam vitiatum fuit per correctores, ut incertitudo habeatur in omnibus; nam « quot sunt lectores per mundum, tot sunt correctores, seu magis corruptores: quia quilibet praesumit mutare quod ignorat, quod non licet facere in libris poetarum (5) ». Et cum ista incertitudo et corruptio textus a singulis interpretibus nequeat tolli per comparationem textus recepti cum textu originali — propter ignorantiam linguarum orientalium — hinc sequitur *falsa* illa *interpretatio,* quae toties invenitur: quaerunt in textu sensum litteralem qui nequaquam ibi adest. Inde etiam fit, quod pariter sensus *mysticus* seu spiritualis ibi inveniatur diversus ab eo quem intendit Spiritus Sanctus:

(1) *Op. Min.*, Brewer, 328 s.

(2) Felder, *Studien* 494, 531 ss; cf. Denifle ap. *Revue Thomiste,* II, 1894, 149 ss.

(3) Liber Historiarum est « *Historia Scholastica* » Petri Comestoris, quae per mediam aetatem tamquam liber introductorius in Scripturas ss. in usu fuit. Migne, P. L. 198, 1094 ss. Pesch Christ. S. J., *De inspiratione,* 125. Felder, *Studien,* 513, 530.

(4) *Op. Min.*, Brewer, 329 s. Felder, *Studien,* 521 ss.

(5) *Op. Min.*, Brewer, 330.

« Nam si litera est falsa pro majori parte, et dubia in aliis..., tunc oportet quod sensus literalis sit consimilis, et per consequens sensus spiritualis. Deinde posito, quod litera esset totaliter correcta, cum certa probatione, adhuc loquitur [interpres theologus] falsa et dubia quasi infinita. Et una rei huius radix est ignorantia linguarum, de quibus textus est translatus, ex quibus infinita pene sunt vocabula in textu relicta ». Nam omnes doctores, praecipue ss. Augustinus et Hieronymus dicunt, « quod non potest intelligi sensus literalis nisi per linguas alienas. Unde Hieronymus semper inducit Hebraeum et Graecum, fere ad omne verbum, quod exponit, et probat expositionem suam per linguas.... Sed nos theologi ignoramus ipsa alphabeta, qua propter oportet, quod ignoremus Dei textum et expositiones sanctorum » (1).

Et pariter multiplices errores oriuntur in explicandis s. Scripturis ex deficientia scientiarum positivarum (naturalium, historicarum etc.); expressiones ss. librorum prave intelliguntur, quia nescitur vis et ratio eorum quae dicuntur. Hinc cum sensus literalis quem inveniunt, sit alienus a sensu quem Spiritus s. intenderat, oportet ut pariter tota intelligentia damnum patiatur.

« Sed longe major causa erroris in sensu literali et spirituali accidit propter ignorantiam et proprietatem rerum in Scriptura. Nam sensus literalis consistit in rerum naturis et proprietatibus, ut per convenientes adaptationes et similitudines congruentes eliciantur sensus spirituales. Nam haec est via propria Scripturae, et haec est expositio sanctorum et omnium antiquorum sapientum; quoniam omnes sancti et sapientes recurrunt in omni vocabulo ad naturam et proprietatem rerum de quibus sit sermo » (2).

---

(1) Ib. 349 ss. — Hic tamen Bacon suo modo exaggerare videtur; nam etiam istis temporibus non deerant inter ipsos theologos, in quos invehitur, qui linguam hebraicam et graecam callebant; cfr. Berger, *Quam notitiam*, 7 ss. — Ceteroquin Bacon ipse aliis in locis contrarium dicit; e. g. in *Compendio studii phil.*, Brewer, 434: « Suntque homines Parisius, et in Francia et ulterius in omnibus regionibus, qui de his (lingua Hebraea, Arabica et Chaldaica) sciunt quantum necesse fuerit in hac parte.... et sunt multi in Anglia et Francia, qui hoc (graeco) satis instructi sunt ». Judaei ipsi testantur hoc idem relate ad linguam hebraicam; sic Rabbi Yehiel [qui saeculo 13. Parisiis vivens celebri controversiae circa Talmud agitatae anno 1240 interfuit] in praefatione libri *Vikkuah Rabbenu Yehiel mi-Paris*, Thorn 1873, p. 10 testatur, saeculo ineunte 13. multos clericos ad addiscendam linguam hebraicam magistros sibi judaeos assumpsisse. Cf. Loeb Isidore, *La controverse de 1240 sur le Talmud*, ap. *Revue des Études Juives*, I, 1880, 249.

(1) Monet e. g. (ait) s. Augustinus: ‘quando Christus nos exhortatur ut simus *prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbae*, hoc non bene intelligitur, nisi sciantur natura et proprietates serpentium et co-

In hoc praecipue invenienda est ratio intrinseca, qua commotus Rogerus tanta vi, totque repetitis vicibus insistat in obligatione theologorum acquirendi sibi omnes scientias positivas praeter theologicas, in hoc invenitur motivum movens ipsum ad acquirendas sibi omnimodas disciplinas naturales et physicas et quotquot servitio esse possent scientiae biblicae. Iuxta Rogerum omnes istae scientiae, omnis philosophia sensu latissimo sumpta (tamquam complexus omnium scientiarum non-theologicarum), nullum habent valorem intrinsecum, nisi in quantum deserviant theologiae ad melius recludendum aerarium s. Scripturae.

El 20 de Enero de 1665, el juez de la plebe de Chi-nan-fu mandó llamar à los PP. Antonio de Sta. María y Juan Balat, jesuita, á los que preguntó: ¡ qué ley y doctrina profesaban? La santa ley de Dios, único Señor y criador de todas las cosas, contestaron. Volvióles á preguntar, si querian ir à Pe-king? á lo que respondieron. « Si hay orden de allá, irémos; pero si no « la hay, no tenemos negocio alguno para ello ». Mandó el juez que se volviesen á sus iglesias, y desde el día 22, anduvieron llevándolos de tribunal en tribunal, hasta que el 25 les pusieron

(1) *Relación* del P. Antonio de Sta María, fechada en Cantón á 30 de Abril de 1666, part. I. § s. I. 6. Fr. Juán Marti en su *Relación de China Ms. ined. del Arch. de la Prov.* Caj. II. Leg. 2. N. 2 y la *Crónica de la Prov. de S. Pablo*, lib. V. caps. 1-4 inclusive. Véanse á este propósito las cartas del P, Juán de Haynin d'Ath S. J. escritas en Macao desde el 1669 hasta el 1681, y publicadas por otro Jesuita el P. H. Bosmans en la Revista « Annalectes pour servir a l'histoire ecclésiastique de la Belgique » 1908, 2.me livraison, pág. 197-224.

(2) *Relación* citada, part. 2. § I.

en la cárcel pública entre ladrones, homicidas, revoltosos y salteadores de caminos (1). En esta cárcel les tuvieron cinco días con sus noches, pasados los cuales, volvieron á remitirlos al Tribunal de la plebe, el cual ordenó, que ambos juntos fuesen puestos en una de las iglesias con guardias de día y noche, y el 13 de Febrero fueron conducidos otra vez al mismo Tribunal, y sin ver al Mandarín, los llevaron á la cárcel de la plebe, distinta de la anterior, « pero nucho más incómoda que la primera « — son palabras del P. Antonio — lo primero, por ser muy « estrecha para tantos presos como tenía, que aún puestos en « pié y desnudos, arrimados unos á otros, como una gran mul- « titud de ovejas en un estrecho aprisco, de este modo aún « apenas cabían. Lo segundo, porque, aunque de día nos daban « lugar á todos los presos á salir á un corral inmediato, bien « murado, pero antes de se poner el sol, nos llamaban á cada « uno por su nombre, que tenían en un arancel por escrito, y « contándonos como á reses, nos metían dentro hasta el día sa- « lido el sol, estando de noche todos ellos (sin exceptuar al- « guno) en cueros, como su madre les parió » (2). En esta inmunda cárcel permanecieron, sufriendo mil insultos y desvergüenzas de los demás presos, 24 días, y en 11 de Marzo, les pusieron por fin en camino para Pe-king, acompañados de dos alguaciles, á donde llegaron en 18 del mismo mes, siendo los primeros Misioneros que entraron en la Corte. Hospedáronse en una de las dos iglesias que había en la ciudad, las cuales estaban ya sin ministros, por estar estos en la cárcel, y allí permanecieron hasta el 30 de Marzo, en que les pusieron en prisión en una miserable y hedionda carcel, fuera de los muros de la ciudad, á la cual condujeron, asímismo, á los PP. Michael Trigault, Christian Enríquez, jesuitas, y al dominico P. Domingo Coronado. La cárcel era tan estrecha, que apenas si se podían mover los presos. He aquí como refiere el P. Antonio, lo que padecieron en esta prisión: « A mí, que de cuerpo soy flaco y « seco como una sardina arenque, me cupo estar entre el P. Mi- « chael Trigault, venerable anciano y hombrazo en su estatura, « y entre el P. Coronado, día y noche. Y todos cinco estába- « mos tan aprensados, que yo encorvado y sentado en cuclillas en- « tre los dos, cuando se me ofrecía ponerme en pié para alivio de « las corvas de las rodillas, ó para alguna necesidad, no me podía « desencajar entre los dos, sino con mucha fuerza y dificultad, y « para volverme á encajar era de la misma manera. Y así estuvimos

(1) *Relación* citada, part. 2. § 2. (2) Ibid.

« 24 días con sus noches todos cinco, salvo las horas que nos lle-
« vaban á juicio y nos volvían á la jaula, donde estábamos alegres,
« como ruiseñores del Señor Altísimo á vista de los que pasaban
« por allí, y se nos arrimaban á la reja, mirándonos y admirándonos
« de nos ver así en tal lugar (1).

« En 16 de Abril de 1665, día de jueves por la mañana,
« los cinco religiosos, que estábamos en dicha jaula, como rui-
« señores, fuimos llevados al tribunal, atados por el cuello, como
« ovejas. Los dos, coligados en un cordel, y los tres, en otro.
« Cuanta gente había en las calles, que era multitud, en vién-
« donos se quedaban embelesados, viéndonos ir ansí, tan de-
« samparados y risueños, y algunos decían, que éramos Obispos,
« Vírgenes, Europeos. En el tribunal hallamos sólo uno de los
« jueces, tártaro, despejado, que parecía cortés y benévolo, ex-
« trañó vernos *cum vinculis,* y mandó nos desatasen allí en su
« presencia. Preguntónos, si éramos Obispos ó sólo sacerdotes;
« respondímos que sacerdotes solamente. Qué, si éramos de Por-
« tugal? Respondió cada uno el reino de donde era. Sin más
« examen nos volvieron á la jaula (2) ». El 17 de Abril, vier-
nes, volvieron á llevarles ante el tribunal, « donde nos molesta-
« ron, dice el P. Antonio, con importunas y falsas preguntas,
« hasta los 18 del mismo mes inclusive, dirigidas todas á ver si
« de nuestras respuestas podían hallar alguna cosa, con que pu-
« diesen acriminar más al P. Adán.... El modo de nos examinar
« fué así: á veces de dos en dos, á veces á cada uno de por
« sí, que los demás no lo oyesen, ni él pudiese decirles lo que
« le habían preguntado; teniéndonos en cada uno de estos dichos
« días, horas y horas arrodillados sobre unas losas ante su pre-
« sencia, desde por la mañana hasta medio día y más (3) ». El
interrogatorio que les hicieron, no sólo se refería al P. Adán,
sino también sobre la ley que profesaban y acerca de las ca-
lumnias que les había levantado Yam-kuam-Sien, á todo lo cual
contestaron, como era de esperar de tan buenos religiosos (4).
En 19 de Abril se publicó un Real Edicto, que concedía perdón
general á cuantos había presos en las cárceles de China, ex-
ceptuando los crímenes de lesa Majestad, los de parricidio, uxo-

(1) *Relación* citada, part. 2. § 3. y la *Crón. S. P.* lib. V. cap. XI.

(2) Ibid. part. 2. § 4. El P. Sta. Cruz, en la *Crónica de los Dominicos de Filipinas* edic. 1793, lib. 2. cap. 35, dice, que « hubo orden que saliesen sólo á la visita primera « tres de los cinco ministros, y atándolos todos al pesado ramal de una cadena de « hierro, vino á quedar en medio el P. Fr. Antonio de Sta. María, franciscano, y á « un lado nuestro Fr. Domingo (Coronado) y al otro un P. Jesuita ».

(3) *Relación* cit., p. 2. § 5.

(4) Véase este interrogatorio y las contestaciones de los Misioneros en la *Relación* citada § 5.

ricidio, salteadores de camino y cabezas de falsas sectas y doctrinas. En virtud de este edicto, se desalojaron la mayor parte de las cárceles, y pusieron en libertad á los jesuitas Magallanes, Buglio y Verbiest, y más tarde al anciano P. Adán. El P. Antonio de Sta. María y sus cuatro compañeros de prisión creyeron que á ellos también les alcanzaría el perdón general; pero después de haberles hecho comparecer de nuevo ante el tribunal, donde se les intimó el perdón con estas palabras: « El rey os « escusa y perdona que seáis puestos en la cárcel del castigo: « manda que os pongamos en alguna casa, en que viváis en el « ínterin, y que os señalemos el sustento necesario, que de su « real haber os quiere dar », con gran sorpresa vieron que al salir de tribunal les condujerón a otra cárcel, peor aún, que la que habían dejado. A les 24 horas de estar en esta cárcel, debido al interés que por los presos se tomaron los jesuitas Magallanes y Buglio, les llevaron á un pequeño delubro de ídolos. El 9 de Mayo falleció uno de los cinco religiosos presos, el P. Domingo Coronado, y el 21 condujeron á los otros cuatro y á tres jesuitas, que residían en una de las iglesias con relativa libertad más á otro jesuita que también se hallaba preso, ante el tribunal, « y á todos ocho, dice el P. Antonio, nos intimaron un « Real Edicto, es á saber, que estuviésemos todos juntos en « aquella iglesia, que no tratásemos de predicar nuestra ley, ni « hacer en público lo demás que á ella toca, como la Misa & « en el ínterin se diese la última resolución, después que lle- « gasen los demás religiosos, que hay en el Reino (1) ». Esta última resolución no se dejó esperar por mucho tiempo, pues en el mes de Agosto se dió otro Real Edicto, en que se declaraba falsa la ley de los cristianos, y se ordenaba, que los ministros y predicadores de ella fuesen confinados en la ciudad de Cantón (2) y puesto en ejecución este Edicto, en 13 de Septiembre, después del medio día, salieron pera el destierro 25 religiosos, á saber, 21 de la Compañía de Jesús, tres dominicos y el P. Antonio de Sta. María, franciscano, los que llegaron á Cantón en 25 de Marzo del año siguiente. « Fuimos luego pre- « sentados, dice el P. Antonio, ante el tribunal, á quien venía- « mos remitidos. El Mandarín de él, que se ha mostrado afecto, « entre otras cosas preguntó á uno por todos, que á qué ha- « bíamos venido á este reino? La respuesta fué en voz alta y « clara; que todos venimos solamente para promulgar la santa y « verdadera doctrina y ley de Dios del cielo en la China: que « oido esto de él, se sonrió, como quien dice: mire que arre-

(1) L. c.

(2) Ibid. part. 3. § 2.

« pentidos vienen estos hombres de lo que se les impone por « culpa y crimen de destierro? y respondió, que aquí en la ciu« dad se nos daría una casa, en que estuviésemos, que el rey le « mandaba nos pusiese á todos juntamente con los moradores « de Macan (Macao), que la estancia de ellos aún no estaba « resuelta ni determinada, y que en el ínterin que se componía, « descansásemos aquí en Cantón en la casa que nos señalaría, y « así nos despidió, y nos mandó poner en esta casa, que antes « era iglesia y casa de los PP. de la Compañía de Jesús, y en « ella estamos al presente, no con guardas, pero como presos; « pues no está en nuestra libertad, ni volvernos á nuestras igle« sias, ni tampoco irnos á Macan (1)».

En este destierro y reclusión, permaneció el P. Antonio de Sta. María hasta el 13 de Mayo de 1669, en que lleno de méritos y virtudes, después de haber recibido con gran edificación de los demás religiosos presos, los últimos Sacramentos, que le fueron administrados por el P. Domingo Navarrete, entregó su espíritu en manos de su Criador. El mencionado P. Navarrete, religioso dominico, en carta, que con fecha 4 de Octubre escribió á nuestro Provincial de Manila, entre otras cosas le decía: « Pidió perdón á todos: dió las gracias á los RR. PP. de la Compañía, y declaró, como me dejaba un papel firmado de su nombre para todo lo que se ofreciera (2) ». Sus funerales se celebraron con inusitada pompa por los PP. Augustinos, Jesuitas y Dominicos y sobre su sepulcro, su ahijado P. Gregorio López puso la siguiente inscripción, que aún hoy día se conserva:

A. R. P. FR. ANTONIO A SANCTA MARIA.
ORDINIS MINORUM MINISTRO, ET PREFECTO VERE APOSTOLICO,
AB EXILIO CANTONENSI AD COELESTEM PATRIAM EVOCATO,
ANNO M.D.C.L.XIX.
DECIMO TERTIO KALENDAS JUNII.
FR. GREGORIUS LOPEZ, EPISCOPUS BASILITANUUS,
ET VICARIUS APOSTOLICUS NANKINI
DATO SUO S. P. L. TESTAMATO SEPULCHRO,
LAPIDEM HUNC
GRATITUDINIS MONUMENTUM EREXIT (3).

---

(1) L. c. § 3.

(2) El P. Francisco Varo en su *Historia de China*, cap. 15. dice, que « estando « para morir, dijo delante de todos los Religiosos, que estaban entonces en Cantón: « *que todo lo que había escrito y dicho acerca de estas materias* (de los ritos), *lo había « visto así en sus libros, y que así lo sentía:* gran prueba para mí de un Religioso tan « temeroso del Senor, que en aquella hora, no le remordiese la conciencia de cosa « ninguna de las que había escrito, sino que muriese con la opinión en que habían « vivido él y todos los de su Religión y de la nuestra en China ».

(3) Huerta, *Estado geográfico* etc. Binondo 1865.

En 1 de Agosto de 1865 escribió á Manila et Iltmo. Sr. Obispo, Prefecto Apostólico de Kuang-tung y Kuang-Shi, D. Ceferino Guillemin, la grata noticia de conservarse incorrupto y exhalando fragante olor el venerable cádaver de Fr. Antonio de Sta. María. En la misma carta se dice, que los gentiles acuden á su sepulcro con frecuencia, que ha obrado varios milagros y que se conserva en buen estado la lápida en que se halla la inscripción anterior (1).

En Marzo de 1899, *el que esto escribe* fué con el Iltmo. Sr. Obispo de Cebú D. Fr. *Martín García y Alcocer,* con nuestro P. Fr. *Gilberto Martín,* más dos PP. Agustinos recoletos y un P. Dominicano, á Cantón, con el exclusivo objeto de visitar el sepulcro del P. Antonio de Sta. María, hospedándonos en la Casa-Misión de los PP. Franceses. El Vicario Apostólico de Cantón, conocedor de la actitud de los Chinos con los europeos, no permitió que fuéramos toda la comitiva y sólo se lo permitió al Iltmo. Sr. *Alcocer* y al P. Fr. *Gilberto Martín,* acompañados de un diácono chino, quienes, estando de rodillas ante el sepulcro del siervo de Dios, corrieron grande peligro de perder la vida á manos de una inmensa multitud de chinos infieles, que les cercó, y les hubieran asesinado, sin duda, á no haberse acogido al resguardo de dos soldados, que se hallaban en la puerta de una pagoda, los que dispersaron las turbas, y aun con esto, les apedrearon, alcanzándoles algunas piedras.

Muchos elogios se han escrito, celebrando la ciencia, los trabajos sufridos en las Misiones y las virtudes heróicas de este Religioso, que omitimos, por no hacer interminable esta nota biográfica, contentándonos con insertar los siguientes, por ser completamente desconocidos.

En la Relación mandada por la Provincia de S. Gregorio, en 15 de Mayo de 1679, al Capítulo General, se hace la siguiente memoria del P. Antonio de Sta. María: « Pater Fr. An-« tonius a Sta. Maria, Sacrae Theologiae Lector, Praefectusque « Apostolicus magnae Sinae, qui in lucrandis animabus fuit vigi-« lantissimus, et post multas procelas in mari, carceres ac vin-« cula, quae inter Hereticos et gentiles, propter Fidei Catholicae « et Apostolicae Romanae defensionem pertulit, plenus virtutibus, « et in civitate Sinarum, quae dicitur Canton, quasi in carcere « a gentilibus detentus, ne sanctum Evangelium promulgare: ibi

(1) Huerta ibid. Con fecha 25 de Enero de 1875 el mismo Ilmo. Guillemín escribió otra carta, dando noticias, sobre el estado de conservación, en que se hallaba el sepulcro del P. Antonio de Sta. María, é implorando una limosna para repararlo. La carta fué publicada en, la Revista, *La Palestina,* an. I, págs. 95-97.

« post multos labores requievit in pace: anno 1669, aetatis vero « suae 67, et in Religione 49, sepultusque fuit (Deo mirabiliter « disponente) magno concursu christianorum in vastissimis illis « regionibus (1) ».

En el Martirologio de los Descalzos, compuesto por el P. *Pedro de Jesús* en 1744, se lee: « III idus Maii. Canton in magno « Imperio Chinnense, V. Fr. Antonius a Sta. Maria, Praefectus « Apostolicus ab Innocentio X institutus, cum amplissimis facul- « tatibus, qui in persecutione ad annos 1664 contra Ministros « Evangelicos mota, vinculis alligatus, et in carcere inclusus, per « quinque annos toleravit oprovia, et substinuit irrisiones, firmis- « simus in confessione Fidei perseverans, in carcere occubuit « anno 1669 (2).

El P. Gabriel Magallanes, jesuita, compañero de prisión del P. Antonio, escribió al P. *Buenaventura Ybáñez* la siguiente Carta: « M. R. P. Fr. Buenaventura Ybáñez: sé que tendrá vuesa Pa- « ternidad alguna pena, oyendo decir de la muerte de su dulcí- « simo compañero el M. R. P. Fr. Antonio de Sta. María; pero « también tendrá vuesa Paternidad gran consolación, en oir que « él se pasaba á mejor vida, á dó está (como lo tengo por cierto) « ya seguro de sí, y solícito de sus hermanos, que aún milita- « mos en este valle de lágrimas; ni otra cosa podemos creer de « un tan gran Religioso, tan apostólico Misionario, y de un tan « insigne varon, honra y gloria, por sus partes, letras, y virtu- « des de su Santa y Seráfica Religion, él se goza, no sólo del « premio de sus muchas y santas virtudes, sino tambien de la « corona del martirio, que alcanzó muriendo aún en el destierro « y prisión; en que quiso nuestro Señor pagarle sus grandes « trabajos y servicios con tan gloriosa muerte; y á nós, que « aun estamos en campo, animarnos á obrar y vivir, como él « obró y vivió, para que podamos alcanzar la dichosa muerte « que él murió, y la eterna vida, que, como píamente creemos, « alcanzó; las muchas contiendas y cuestiones, las cárceles y ca- « denas, las fatigas y trabajos, así al tiempo de la persecución, « como después de ella, todo lo habemos escrito, y vuesa Pa- « ternidad lo tendrá oido y así no lo repito. Pekin 20 de « Enero de 1673. Gabriel de Magallanes, jesuita (3) ».

Pastrana y Enero 10 | 1908. *(Continuará).*

Fr. Lorenzo Pérez, O. F. M.

---

(1) Archivo de la Prov. Caj. 30. Leg. I. ano 1679. (2) Ibid. Caj. 28. Leg. 3.
(3) Puga, *Crónicas de la Prov. de S. Gregorio,* tom. 4. Trienio 25, copia esta carta.

DOCUMENTA

CONTINUATIO ET FINIS
CHRONICAE FRATRIS IORDANI DE JANO O. F. M.

Inter fontes historiae franciscanae, quos ultima tempora nobis praebuerunt, pauca tantam, praesertim ad initia ordinis perspicienda, attulerunt utilitatem ac Chronica, quam Fr. Iordanus Ianensis in capitulo Halberstadensi 1262 celebrato, volente Fratre Bartholomaeo ministro provinciali Saxoniae, dictavit Fr. Balduino Brunsvicensi. Frater Iordanus, qui cum sancto Fundatore in Umbria vixit, qui inter primos Fratres in Germaniam intravit, initio conventuum multorum ipse interfuit ac omnes vicissitudines per quadraginta annos testis inspexit, de multis, iisque gravissimis rebus solus testimonium nobis exhibuit. Ipsi inprimis debemus, quod de inchoante ordine in Germania melius instructi sumus, quam de ceterarum regionum provinciis exordientibus.

Chronica saeculis elapsis a pluribus ordinis chronistis in Germaniae partibus citata et diligenter adhibita est. Fr. Nicolaus praecipue Glassberger (1), qui magnam suam Chronicam circa initium saeculi XVI (obiit 1508) finivit, et Fr. Ioannes de Komorowo, qui « Memoriale Ordinis Fratrum Minorum » eodem fere tempore compilavit (2) plura ad verbum a Fratre Iordano transcripserunt. Chronicon pariter Basileense a nobis paucis ante annis editum (3) et Chronicon monasterii Ribenicensis (4) saepius plane Chronicae Fratris Iordani, quam non citarunt, conveniunt. Ast praeter illas regiones ignorata ignotaque remansit. Waddingus ipse nec Iordanum nec Nicolaum Glassberger prae manibus

(1) Cuius Chronica ap. AF II, (1887), 1-561. Cf. AFH II, 678.

(2) Ediderunt Xaverius Liske et Antonius Lorkiowicz, ap. *Monumenta Poloniae historica*, V, Leopol. 1888, p. 1-418. Plura etiam ex Fratre Iordano desumpsit eiusdem auctoris *Tractatus Cronice Fratrum Minorum Observancie*, quem edidit Henricus Zeissberg tomo 49. collectionis *Archiv für österreichische Geschichte*, 314-425, Vindobonae 1873.

(3) In *Römische Quartalschrift*, t. XIV (1900), titulo *Chronik der Strassburger Franziskanerprovinz*, pag. 235-255.

(4) Denuo edidit Fr. Techen, *Die Chroniken, des Klosters Ribnitz*, in Mecklenburgische Geschichtsquellen, t. I, Schwerin 1909.

habuit, sed pauca illa ex Glassberger excerpta, quae nomine Chronicae anonymae in primo *Analectorum Franciscanorum* tomo (1) edita habentur.

Partem priorem Chronicae Iordani ante quadraginta circa annos inventam ediderat Georgius Voigt (2) et ex eodem codice Berolinensi tomus primus *Analectorum* (3). Pars ulterior tandem inventa est in codice 357 bibliothecae granducalis in Karlsruhe, civitate primaria Badeniae, sitae (4). Codex sex tantum continet folia; primis quatuor habetur continuatio Chronicae nostrae, duobus ultimis exstat Catalogus sanctorum Ordinis, de quo alia occasione dicemus. Folio primo et parte folii secundi leguntur Chronicae Fr. Iordani numerus 58 a verbis « *et uno socio pro ministro postulando* » et omnes numeri sequentes, qui iam inveniuntur in duabus dictis editionibus; post quos chronica continuatur folio secundo et duobus foliis sequentibus, desinens f. 4r verbis « *In Lipzk electus fuit fr. Ulricus de Indagine et celebravit capitula* etc. ». Folia nostra sunt fragmentum libri saeculo XV scripti, cuius aliae partes hucusque desiderantur. Anno 1786 a bibliothecario bibliothecae, in qua nunc asservari diximus, ex libris a noto scriptore Antonio Iulio von der Hardt, Helmstadiensi, relictis empta et paucis ab hinc annis religata sunt.

Fragmentum hoc anno 1907 a nobis typis datum est (5) et anno sequente a cl. Böhmer (6). Quia hae editiones aliquantulum tamen differunt, nostra insuper in periodico paucis nonnisi pervio habetur, obsequimur directioni huius periodici novam editionem desideranti (7), idque eo carius, quia occasionem nobis praebet gratissimam, de illis locis, in quibus Glassberger a Chronica nostra discrepat, in notis additis agendi.

Praemittimus nonnulla de auctore eorum, quae in fragmento nostro referuntur. Cum ex ipso Fratris Iordani prologo sciamus, ipsum Chronicam anno 1262 dictasse, omnia ad hunc usque annum relata ipsi Iordano attribuet quicunque; idque commendatur tum ex magna dicendi similitudine, quae inter praecedentia et haec nova elucet, tum testimonio auctorum; Glassberger et Ioannes de Komorowo enim non-

---

(1) 1885, p. 279-300.

(2) Ap. *Abhandlungen der kgl. sächs. Gesellschaft der Wiss.*, vol. V, Leipzig 1870.

(3) 1885, p. 1-19.

(4) Cfr. *Die Handschriften der Grossherzoglich Badischen Hof- und Landesbibliothek*, t. IV, Karlsruhe 1896 pg. 42, ubi hoc modo describitur: 6 f. 205×142 s. XV. Fragmentum annalium ordinis S. Francisci (De Iordano ac de Francisci reliquiis inde ab anno 1220).

(5) P. Lemmens Leon. O. F. M. *Bruchstück der ältesten Chronik der sächsischen Franziskanerprovinz* apud: *Die sächsische Franziskanerprovinz vom hl. Kreuz, Jahrbuch* 1906. Düsseldorf, cf. AFH II, 647 1907. in-4°, pp. 154 [p. 7-18].

(6) Boehmer H. *Chronica Fratris Iordani, edidit, notis et commentario illustravit H. B.* — Paris, Fischbacher, 1908, pp. LXXXII, 95. ap. *Collection d'études et de documents sur l'histoire religieuse et littéraire du Moyen-âge*. tom. VI. — Cf. AFH II, 647-50.

(7) Cf. AFH II, 648.

nulla ut dicta fratris Iordani exhibent, quae reapse in hoc nostro fragmento leguntur (1).

Difficilius de narratore eorum, quae post annum 1262 facta occurrunt, iudicare possumus. Statim in hac parte duas distinctas invenimus narrandi species. Ab anno 1295 usque ad finem paucis solis verbis absque adiecto enumerantur ministri provinciales et capitula ab ipsis celebrata. Ea vero, quae annos 1262-1295 respiciunt, in modo dicendi magis conveniunt chronicae Iordani; singulis ministris dantur encomia, paucis quidem at selectis verbis, quae aliquando eadem sunt ac apud Fratrem Iordanum (2). Unde ipsum Fratrem Balduinum, qui priorem partem dictante Fratre Iordano scripsit, huius quoque partis auctorem dicere licebit (3). Nec obstat, quod in indicando tempore electionis Fratris Othonis et Fratris Borchardi error invenitur. Auctori quidem coaevo haec minime conveniunt; ast ex aliis adiunctis in ipsa chronica relatis, apparet hoc loco textum in codice nostro esse corruptum.

Quod vero res a Iordano narratas attinet, non ea ibi habemus, quae ob partem hucusque notam de continuatione desiderata speravimus. Post causam Fratris Eliae finitam, Iordanus nonnisi nomina ministrorum generalium et tempus, per quod ordini praefuerunt, breviter indicat. De cetero moratur in historia provinciae suae Taxoniae referenda; idemque facit continuatio ultra annum 1262 procedens, quae in fragmento nostro subsequitur. Pluribus locis, quod supra iam diximus, discrepat libellus a chronica Nicolai Glassberger, qui alium adhibuit codicem, eumque saepius nostro meliorem. Ex aliis tamen documentis differentias illas solvere et rectum eligere licet, id quod in notis huic editioni adiectis ubique fecimus.

Quibus praemissis *fragmentum* ipsum damus, incipientes a loco, in quo codex Berolinensis desiit, praetermissis illis (4), quae iam apud Voigt et in tomo primo *Analectorum* leguntur (5).

---

(1) Glassberger ex. gr. p. 62 de Fr. Alberto Pisano agens refert: « Frater autem Iordanus dicit, quod octo menses prefuit »; quae reapse in nostro fragmento leguntur. Ioannes vero in dicto *Tractatu* pg. 318 depositionem Fr. Eliae eodem modo ac fragmentum narrat citans Fratrem Iordanum, « qui hoc in sua cronica conscripsit ». Cf. *Memoriale* eiusdem, l. c. V, 92, 94 etc.

(2) Redit v. g. verbum « obtinuit cessionem », ubi dicitur de Fratre Borchardo, quod Iordanus de Fratre Conrado loquens adhibuerat.

(3) Convenit Glassberger, qui p. 21 plura ex chronica ipsa Fratris Iordani narrat, finiens verbis: « Haec ego ex memorati fratris Balduini scriptis extraxi ».

(4) Loci minoris vel minimi momenti, in quibus editio a Böhmer facta discrepat, non notantur.

(5) Adiicimus vero nº 51, ap. Boehmer p. 46, ap. AF I, 16, parenthesibus signando quae ap. AF desunt et quae Boehmer e Glassberger, recte suppleverat, cf. AFH II, 650: « *Anno Domini 1227 quarto nonas Februarii post discessum b. Francisci, Frater Albertus de Pisa, minister Theutoniae, profecturus ad capitulum generale pro eligendo primo ministro generali, convocatis omnibus Theutonie custodibus et praedicatoribus et gardianis, tenuit capitulum in Moguncia. In quo capitulo [Frater Nicolaus a custodia Saxoniae absolutus, vicarius est institutus et ei Fr. Leonardus Lombardus successit. Sicque rebus ordinatis, Frater Albertus cum Fratribus, quos elegerat, ad generale capitulum profectus est. In quo capitulo] Frater Iohannes Parens civis Romanus et dominus legum de civitate Castellana natus, generalis primus in ordine est electus* ». — In nostra editione numeros iuxta modum a cl. Boehmer assumptum distinximus.

Continuatio et Finis Chronicae Fr. Iordani de Jano O. F. M.

64. Et consedentes factoque inter fratres, qui convenerant, scrutinio conscripserunt quecunque scire poterant et probare de facto de fama contra Helyam. Quibus coram papa recitatis facte sunt coram papa disputationes de proposito (*a*). Quam deceptationem (*b*) dominus papa sic sedavit dicens: Ite et deceptate inter vos et obiectiones et responsiones ad obiecta conscribite et mihi presentate, et ego iudicabo. Quod et factum est. Unde dominus papa, auditis et perlectis obiectionibus et responsionibus, diffinivit, ut fratres ibi congregati redirent ad suas provincias, (f. 2 v) et de diversis provinciis (*c*) et maxime de illis, que de reformatione ordinis questionem moverant, mitterentur XX fratres maturi et discreti, qui IIII septimanis ante capitulum generale convenirent Rome, qui super statu et reformatione ordinis ordinarent.

65. Anno ergo Domini MCCXXXIX°, secundum quot (!) dictum est, fratres (*d*) discreti de diversis provinciis missi Romam venientes de consilio et (*e*) voluntate domini pape et approbatione capituli generalis ordinaverunt, ut electiones ministrorum, custodum et guardianorum essent, [et] quedam alia, que adhuc hodie servantur. Insuper statuerunt, ut ministri singuli in suis provinciis tenerent capitulum unum et subditi duo.

66. In eodem capitulo fr. Helyas, cum prefuisset annis septem, absolutus est et ei fr. Albertus de Pisa substitutus et per dominum papam confirmatus.

67. In eodem capitulo provincie sunt distincte.

68. In eodem capitulo fr. Johannes de Plano Carpinis, minister Saxonie, est absolutus, et ei fr. Conradus de Wormacia substitutus; qui, quia non recepit mandatum, non acceptavit officium. Quot (!) soror Agnes de Praga audiens misit ad papam, et sic institutionem fratris Conradi revocavit.

69. Eodem anno post capitulum romanum fratres Saxonie, facto provinciali capitulo in Magdeborch (*f*) in nativitate beate Marie virginis elegerunt fratrem Marquardum Parvum in ministrum. Hic factus minister ordinis sui zelator magnus fuit et austere vite. Hic bonis (*g*) benignus et malis durus et incorrigibilibus austerus. Hic in negotio ordinis contra Helyam laborans perpetuam infirmitatem incurrit; in qua etiam est minister electus; propter quam infirmitatem, quia exempla austeritatis dare non poterat, que aliis imperabat, ipsum oportebat absolvi.

(*a*) Glassberger, p. 59 disceptationes de propositis.
(*b*) Böhmer hic et paulo post *disceptationem*.
(*c*) Gl. addit intimarent de his necessariis.
(*d*) Gl. p. 61 omittit fratres.
(*e*) Gl. omittit de consilio et; cf. Komorowo, *Memoriale* p. 94.
(*f*) Gl. p. 68 omittit in Magdeborch.
(*g*) Ita Gl. p. 62; Codex bonus.

70. Anno Domini MCCXL° X° kal. februarii fr. Albertus minister generalis tertius, cum prefuisset menses octo et dies aliquot, obiit; et ei fr. Haymo anglicus successit.

71. Anno Domini MCCXLII° fr. Haymo tenuit capitulum in Aldenborch in festo sancti Mychahelis et in eo fratrem Marquardum absolvit. Capitulum vero institutionem ministri provincialis generali ministro commisit. Generalis autem recedens fratrem Iordanum vicarium instituit et sic fratrem Got (f. 3 r) fridum ministrum dedit.

72. Anno ergo Domini MCCXLIII° Gotfridus provinciam intravit (1). Hic vir in comedendo et bibendo temperatissimus fuit, communitatis amator et singularitatum persecutor. Hic bonis benignus et malis austerus fuit. Hic viam, quam fr. Marquardus inceperat, tenuit et per tres annos et menses aliquot provinciam laudabiliter rexit.

73. Anno Domini MCCXLIIII° obiit fr. Haymo; et eodem anno successit ei fr. Crescencius. Hic de singulis provinciis binos (*a*) fratres ad conventum Romam (*b*) vocavit, ut ad curiam transeuntes quique sue nacionis fratres pro consiliis invenirent; sed curia apud Lugdunum longam moram contrahente, fratres sic missi ad suas provincias sunt remissi. Illo autem tempore fratres per Fredericum ab imperio sententialiter in consilio lugdunensi depositum valde vexati sunt et de locis suis in multis provinciis confusibiliter eiecti, multi detenti, aliqui etiam interfecti pro eo quod mandatis ecclesie obedientes (*c*) tanquam filii pie matri viriliter astiterunt, quod praeter fratres Minores nulli alii religiosi fecerunt.

74. Tunc temporis Sifridus Maguntinensis archiepiscopus (2) fratribus gravis fuit.

75. Anno Domini MCCXLVII° fr. Gotfridus minister Saxonie cum annis tribus et menses aliquot prefuisset, in capitulo Ludonensi est absolutus et fr. Conradus lector Hildensis (*d*) vicarius est institutus. Et eodem anno in capitulo Hallensi in nativitate beate Marie virginis celebrato in ministrum Saxonie est electus et circa festum beati Martini confirmatus. Hic in pace sibi per antecessores suos acquisita provinciam in disciplina et rigore, in magna maturitate et ordinis observantia gubernavit. Et cum prefuisset annis fere XVI, labore fatigatus et attediatus cum multorum fratrum dolore et cum maxima et importuna instantia obtinuit cessionem.

(*a*) Gl. p. 66 bonos.
(*b*) B. *Romanum*.
(*c*) B. *obedienter*.
(*d*) Gl. addit de Brunschwick.

---

(1) Plures hic apud Glassberger habentur errores: capitulum in Aldenborch 1241 celebratum p. 68 dicit; Frater Gotfridus secundum ipsum 1242 in provinciam intravit, p. 65; capitulum vero generale cum capitulo Hallensi ad annum 1245 remittit, p. 69. — Salimbene, ed. Parm. 1857, p. 62, 137, 143; ed. Holder-Egger, (1905-8), 178, 309, 315, aliisque testibus, scimus capitulum illud generale reapse 1247, sicut chronica nostra refert, fuisse. Frater vero Gotfridus, qui usque ad hunc annum « annis tribus et menses aliquot » praefuit, ante annum 1243 non intravit; alias diutius praefuisset.

(2) Sigfridus III archiepiscopus fuit 1231-1249.

76. Anno Domini MCCXLVIII° (1) in capitulo Lugdunensi fr. Crenscius (!) est absolutus, cum ipse et fr. Haymo annis VII prefuissent. Et eodem anno fr. Iohannes de Parma est ei substitutus.

77. Anno Domini MCCLVII° (2) in capitulo Romano in purificatione celebrato fr. Iohannes de Parma minister generalis est absolutus, cum prefuisset annis X, et ei fr. Bonaventura lector Parisiensis est substitutus.

78. Anno Domini MCCLXII° (*a*) fr. Conradus minister Saxonie in capitulo Halberstadensi est absolutus; et in eodem capitulo III° kal. maii in primo scrutinio fr. Bartholomeus (*b*) minister Austrie in ministrum Saxonie concorditer est electus et ibidem per fr. Conradum auctoritate generalis ministri est confirmatus. Et convocatus (*c*), quia absens electus fuit, ad petitionem fratrum licet cum dolore electioni de se facte consentiens capitulo presedit eidem et cum consolatione fratrum terminavit.

[Continuatio I].

Anno Domini MCCLXXII° in capitulo Magdeburch electus fuit fr. Conradus de Brunswik, qui fuerat minister ante fr. Bartholomeum. Qui provinciam satis religiose rexit aliquot annis; et cum irent ad capitulum generale celebrandum in Assisio, ubi declaratio regule: Ecce (!) qui seminat etc. (3), existente in regimine generalis ministerii fratre Bonagratia, cum veniret Bononiam, infirmitate calculi et etiam aliis, ut creditur, expiravit.

Anno Domini MCCLXXXII° (4) vel circa electus fuit fr. Otho de Regensten, filius comitis, nobilis genere, sed nobilior moribus, qui fuerat gardianus in Hildensem et postea custos Magdeborgensis, in capitulo Halberstadensi; ivit ad generalem Romam, ne confirmaretur, sed non profecit. Unde confirmatus sine cursu (?) optimo exemplo rexit provinciam; ivit enim mendicando in pluribus domibus provincie hostiatim pro cerevisia et pane. Unde tertio anno regiminis in capitulo generali Argentinensi occulte optinuit litteras fratribus nescientibus cessionis.

(*a*) Codex erronee MCCLXVII. (*b*) Gl. p. 76 addit quondam.
(*c*) Gl. p. 76 vocatus.

---

(1) Scriba hic erravit; paulo ante n. 75. ipse capitulum Lugdunense recte anno 1247 celebratum dixit. Agitur de Fr. Crescentio ab Aesio.

(2) Glassberger contra Salimbene aliosque capitulum hoc in annum 1256 reiicit, p. 74.

(3) Bulla Nicolai III « *Exiit qui seminat* » (1279); Sbaralea, *Bull. Franc.* III, 404, n. 127.

(4) Ex ipsa chronica textum nostrum hoc loco corruptum esse apparet. Quum Frater Otho 1282 « tertio anno sui regiminis » obtinuerit cessionem, electus est anno 1279, quod et Glassberger, p. 93, dicit.

Anno Domini MCCLXXXV° (1) electus est fr. Borckardus de Hallis, lector in Lubek, vir utique litteratus, et rexit provinciam XII annis pacifice et multa tenuit capitula in diversis locis. Et cum esset capitulum in Assisio, optinuit contra multorum fratrum voluntatem in provincia cessionem.

[Continuatio II].

Anno Domini MCCXCV° in vigilia sancti Francisci (f. 4 r) in capitulo Vribergensi electus fuit fr. Iohannes, lector in Magdeborch, dictus de Nova Civitate.

Anno Domini MCCXCVII° in capitulo Erfordensi electus fuit fr. Iohannes de Soltwedel, lector Lubicensis.

Anno Domini MCCXCIX° in capitulo Angermunde reelectus fuit fr. Borchardus de Halberstat (2).

Anno Domini MCCCVII° electus fuit fr. Thomas de Kyritz, lector Erfordensis.

Anno Domini MCCCXVII° (3) electus fuit fr. Henricus et celebravit multa capitula Berlin, Halberstat (4), Hyldensem, Erfordie, Lubeke.

Anno Domini MCCCXXII° (5) electus fuit fr. Werherus de Ribbein (*a*) et celebravit capitula Magburg (!), Wratislavia, Molhusen, Halberstat.

Anno Domini MCCCXXV° (6) electus fuit fr. Iohannes de Apenbork (*b*) et celebravit capitula in Lipcz, Bremis, Salvelt.

(*a*) Gl. p. 128 Wernherus de Rebnitz; B. *Wernherus de Ribbein.*
(*b*) Gl. l. c. Appinberg.

---

(1) Hic pariter corruptio habetur. Si Frater Borchardus anno 1295 in capitulo Assisiensi obtinuit cessionem, postquam « rexit provinciam XII annis », ante annum 1285 certo electus est. Convenit auctor *Annalium Minorum Prussicorum* ap. *Scriptores Rerum Prussicarum*, t. V, Lipsiae 1874, p. 648, qui narrat: « Anno Domini 1284 domus Fratrum Minorum in Novocastro [Neuenburg, non Neustadt, sicut apud Eubel, *Provinciale*, p. 30, et *Analecta Franc.*, t. IV, p. 552, not. 2 legitur] recepta est per fratrem Burchardum ministrum Fratrum Minorum provincie Saxonie in provinciali Vratislauiensi capitulo ». Teste Glassberger et *Epitome Lipsiensi*, apud Böhmer, l. c. p. 78, capitulum illud Vratislaviense fuit secundum inter capitula a Fratre Burchardo celebrata; unde electionem ipsius in annum 1282 remittimus, et opinio, quam Böhmer p. 64, not. 2 exhibet verbis: « Le provincialat de Saxe fut donc vacant de 1282-1285 », corruit.

(2) Supra (ad 1285) chronica illum recte nominavit « de Hallis »; cfr. Glassb. p. 109.

(3) Cum teste Nic. Glassberger Fr. Henricus statim post suam electionem capitulum generale Neapoli 1316 celebratum adierit, p. 121, electionem suam cum ipso Glassberger ad hunc annum 1316 remittamus oportet.

(4) Glassberger et *Epitome Lipsiensis* hic habent « Hallis ».

(5) Glassberger, p. 128, Fratrem Wernherum 1320 electum narrat; sed sibi contradicit, referens simul, antecessorem ipsius 1316 electum septem annos rexisse.

(6) Glassberger, p. 135, electionem Fratris Iohannis 1324 factam dicit; falso tamen, quia tunc deest tempus pro capitulis ab antecessore secundum ipsum Glassberger celebratis.

Anno Domini MCCCXXX° (1) electus fuit reverendus pater Werherus de Apenbork (2) et celebravit capitula Dresden, Prenslavia, Budensyn, Stendal, Hallis, Lupek, Swidenicz, Cycze, Luneborg, Erfordie, Magdeborg, Berlyn, Dresden, Angermunde, Budensin, Rostok, Swidenicze, Wida, Brema, Kyritz, Magdeborg, Brunswik, Erford, Dresden, Budesyn, Wyda, Hallis (3), Hoc fr. Rudolfus, minister Superioris Almanie ac vicarius generalis ministri, celebravit; et electus fuit Bertoldus de Honovere lector Halberstatdensis concorditer, et non deficit nisi propria vox.

Anno Domini MCCCLIX° in Lipzk electus fuit fr. Ulricus de Indagine et celebravit capitula etc.

E Collegio ad S. Ludovicum (Vlodrop).

Fr. Leonardus Lemmens, O. F. M.

---

(1) Glassberger, p. 145, ipsum in capitulo Dresdensi 1328 electum esse dicit; cui convenit documentum datum « Hallis anno Domini 1332 in die Pentecostes in capitulo provinciali », ap. *Mecklenburger Urkundenbuch,* t. VIII, n. 5338. Quum enim capitulum Hallense quarto loco capitulum illud Dresdense sequatur, hoc ultimum in annum 1328 remittendum videtur.

(2) Glassberger loco « de Apenbork » habet « secunda vice » p. 145. Ast ex pluribus documentis scimus ab anno 1328 usque ad annum 1354 Fratrem Wernherum de Apenbork fuisse ministrum. Ex. gr. die 4 Nov. 1334 de licentia « Fratris Wernheri de Appenborg ministri et visitatoris nostri » clarissae in Seuslitz faciunt contractum permutationis, cf. *Codex diplomaticus Saxoniae Regiae,* II, 4, n. 208; die 20 maii 1349 electioni abbatissae monasterii Ribenicensis praefuit « minister provinciae Saxoniae Frater Wernerus de Apenborch », cf. *Chroniken des Klosters Ribnitz,* l. c. p. 97; die 31 Maii 1354 inter testes in documento sororum S. Clarae de Weissenfels nominatos pariter nominatur « Frater Werner de Appenburg, minister provinciae Saxoniae », cf. *Urkundenbuch des Hochstiftes Merseburg,* t. I, n. 1050. Frater vero Wernherus de Ribnitz, quem Glassberger 1328 reelectum esse dicit, 1331 in pluribus documentis monasterii Ribenicensis vocatur « minister provincie terre sancte, quondam minister provincie Saxonie »; cf. *Mecklenburger Urkundenbuch,* t. VIII, n. 5215, vel « lector Hallensis, quondam minister provincie Saxonie », l. c. n. 5216, 5217, 5219.

(3) In enumerandis capitulis sub Fratre Wernhero de Apenbork celebratis *Epitome Lipsiensis* fere ubique chronicae nostrae convenit — omittit capitulum Dresdense secundum *chronicam* post capitulum Berolinense celebratum; — Glassberger vero pluries differt; secundum ipsum, p. 145, Fr. Wernherus « per biennium non tenuit capitulum »; chronica nostra vero praeter capitulum anno 1328 Dresdae celebratum, in quo Frater Wernerus de Apenbork electus est, et capitulum Hallense anni 1354, in quo recepit successorem, 25 capitula, i. e. pro quolibet sui regiminis anno, enumerat. In *Epitome Lipsiensi,* l. c. p. 79, deest capitulum hoc Hallense; ast illud reapse 1354 celebratum esse, constat ex epistola a Fr. Borchardo ministro ad custodem Misnensem anno 1378 directa, qua iubet, ut in singulis conventibus habeantur « acta capituli provincialis per patris nostri generalis ministri vicarium anno domini 1354 in Hallis in festo sancti Michahelis celebrati »; cfr. *Codex diplom. Saxoniae Regiae,* II, 4, p. 278.

CEREMONIALE ORD. MINORUM VETUSTISSIMUM

SEU "ORDINATIONES DIVINI OFFICII"

sub B. Ioanne de Parma Ministro Gli emanatae an. 1254

Qualia et quanta fratrum Minorum devotio contulerit, tum in propagatione *Romani ritus* generaliter loquendo, tum etiam particulariter in reformatione et propagatione *Breviarii* romani, vix paucis reperies vel penes ipsos recentissimos S. Liturgiae historicos, eo quod multa adhuc lateant elementa huius historiae illustrandae (1).

Ad haec igitur elementa quodammodo augenda, nos etiam aliquantulam conferre operam intendimus, edendo primum, genuinum, vetustissimumque *Ceremoniale Ordinis Minorum*, quod alias nonnisi mutilum, vel immutatum, vel interpolatum, circa initium saeculi XVI pluries nostrates ediderunt.

Sed, antequam de hoc *Ceremoniali* disseramus, praestat hic breviter pauca praemittere de origine et reformatione Breviarii romano-seraphici in decursu saeculi XIII.

1. — De Breviario Romano-Seraphico in decursu saec. XIII. — Teste Abaelardo, suo adhuc tempore (c. 1140), « in divinis Officiis diversas et innumeras Ecclesiae consuetudines inter ipsos etiam clericos » exstitisse novimus, et quod « *sola* ecclesia Lateranensis quae mater est omnium, *antiquum Officium* tenebat (2) ».

Viguit enim ab antiquis temporibus, fere usque ad finem saeculi XV, ampla libertas, non solum penes dioecesanas ecclesias, sed penes etiam regulares Ordines, ut quisque in suis ecclesiis *novas* sollemnitates statuere et celebrare posset, novasque rubricas condere, quibus modus, forma et ordo celebrationis regulabatur, salvo tamen, quoad substantiam, *romano ritu* ab immemorabili statuto, quem nulli fas erat subvertere vel mutare notabiliter. Hinc, generaliter loquendo, licebat novas *solemnitates sanctorum* statuére, novasque *rubricas* condere minime vero novas orationes, psalmos, antiphonas, hymnos, aliaque huiusmodi componere, et in ecclesiis publice recitare, nisi illa quae vel ab antiqua consuetudine vel a Romana Ecclesia suo ritu et usu sancita fuere.

---

(1) Ex. gr. Bäumer, *Geschichte des Breviers,* Freiburg 1895, pp. 319 et sq. passim; eiusdem editio gallica per B. Biron, *Histoire du Bréviaire,* Paris 1905 t. II pp. 22-23, 63 sq. — Batiffol, *Histoire du Bréviaire Romain,* Paris 1895 passim. — Cfr. H. Holzapfel O. F. M. *Manuale histor. fratrum Minorum,* Friburgi Br. 1909 p. 200-205.

(2) Abael. Epist. X, (P. L. 178, 340). Cfr. Batiffol, l. c. p. 148, 158.

Cumque ita se res haberet circa divinum Officium, et cum in exordio Minoriticae familiae Fratres « ut peregrini et advenae » circuirent civitates et loca, quin adhuc ecclesias et conventus proprios conventualiter constitutos haberent, sed ecclesias clericorum frequentarent in iisque celebrarent, sapienter utique disposuerat Divus Franciscus in *prima* sua Regula (1209-10), ut Fratres « faciant Officium, et dicant pro vivis et mortuis, *secundum consuetudinem clericorum* (1) »: nempe, secundum consuetudinem locorum.

Sed, processu temporis, auctis numero Fratribus, creatis et circumscriptis per orbem provinciis, domibus et ecclesiis conventualiter undique constitutis, necessario inde prodiit, ut et in divinis officiis uniformitas quaedam servaretur in Ordine constans et immutabilis. Hinc est, quod Divus Franciscus, qui Romanam Petri Cathedram summo semper prosecutus est amore et reverentia, sapientissime ultro se gessit mutando primaevam libertatem circa celebrationem divini Officii, aliterque disponendo in secunda Regula (anni 1223), scilicet quod Fratres « clerici faciant divinum Officium *secundum ordinem sanctae Romanae Ecclesiae,* excepto psalterio » (2).

Sic itaque, Romanum Officium, quod solummodo in Urbe et in sola Curia romana celebrabatur, per Fratres Minores acceptum, ubique terrarum per eosdem fuit divulgatum.

Sed, data libertate, de qua superius diximus, qua singulis ecclesiis et Ordinibus licebat addere vel minuere in divino Officio, licuit etiam Minoribus hac libertate uti, qua equidem et uberrime usi sunt, et divinum Officium pluries sibi reformarunt.

Primus qui rem liturgicam in Ordine Fratrum Minorum reformavit, rubricis et regulis peculiaribus disposuit, fuit celeberrimus Fr. *Haymo de Faversham* generalis Minister Ordinis (1 nov. 1240-1244 †). Primo enim, in generalibus Comitiis Bononiae celebratis (1242), « fecit illam rubricam de agendis in *Missa,* quae incipit: *Indutus planeta sacerdos* (3) »; dein, vel tunc vel in sequentibus Comitiis Ianuae habitis (1244), « fecit diligenter *Officium* corrigi et rubricas alias suppleri de voluntate domini Papae [Innoc. IV] privilegiis declaratas (4) ».

---

(1) Regula prima, cap. 3: *Opuscula S. P. Francisci,* Ad Cl. Aquas 1904. p. 28, ap. Wadding, *Annales,* an. 1210 t. I p. 68.

(2) Regula II^a cap. 3: *Opuscula,* p. 66. Cfr. Wadd. an. 1223, t. II p. 65. Pro Clarissis idem iussum est: « Sorores litteratae faciant divinum Officium *secundum consuetudinem fratrum Minorum,* ex quo poterint habere Breviaria » Reg. Clariss. cap. 3, *Seraphicae Legislationis textus orig.,* Ad Cl. Aq. 1897, p. 55; cf. Wadd. an. 1224. II, 79. Et e converso Tertiariorum regula praecipit, ut sese uniforment *ecclesiis localibus,* et horas et psalmos dicant « quos dicunt clerici, vel ecclesia cathedralis ». Nicolai IV Reg. III Ord. cap. VIII, apud *Textus orig.* 85; cf. Wadd. an. 1221, II, 11. Cfr. item *Reg. 3 ord.* edita a cl. Sabatier, *Opuscules de critique histor.* t. I p. 21 ubi idem aliis verbis praecipitur, ut « *clerici* (tertiarii), *secundum ordinem clericorum* » dicant officium.

(3) Ita *Monum. Ord. Min.* ed. Salmanticae 1511, f. 201 v., ubi assignatur annus horum Comitiorum m. cc. [x] lii. — Cfr. *Chron. 24 Gen.* ap. AF III, 247. Wadd. an. 1242 n. 1.

(4) Ita *Monum. Ord. Min.* loc. cit. Cfr. *Chron. XV Gen.* ap. AF III, p. 696. — *Chron. 24 Gen.* 247, et Glassberger ap. AF II, p. 68, utrumque factum, tum

Ad haec cl. Batiffol correctioni Haymonianae tribuit praecipue dispositionem *Psalterii* per ferias hebdomadae, et *Ordinarium de tempore*, quippe quae in solis Breviariis franciscalibus saeculi XIII inveniantur (1). Pisanus item, Haymonem praeter rubricas, etiam « antiphonas ad laudandum B. Virginem post Completorium » instituisse testatur (2).

Secundus, qui rem liturgicam rubricis disposuit et restauravit, est B. *Fr. Ioannes de Parma*, item generalis Minister Ordinis (3 iul. 1247 — 2 febr. 1257). Hic reapse Breviarium Haymonianum minime reformavit, sed eatenus auxit et renovavit quatenus *antiphonas* quasdam B. Virginis (3) et *Sequentias* (4) primus in celebratione divini Officii addidit, vetuit tamen, ne quid novi adderetur. Primus item fuit, qui Ordinem ditavit hoc egregio *Ceremoniali* seu hisce *Ordinationibus*, quas hic integras et genuinas damus, quaeque ferme ad medium usque saeculi XVI constanter in Ordine observatae sunt, paucis mutatis.

Tertius tandem, qui in decursu saec. XIII Breviarium novis rubricis auxit et reformavit, fuit *D. Bonaventura* Gen. Minister (2 feb. 1257 — 19 mai 1274). Hic enim primo, in generali Capitulo Pisis celebrato (1263), « aliquas rubricas Breviario addidit (5) » ; dein alia quaedam liturgica decrevit in sequentibus Comitiis Parisiis (1266), Assisii (1269) et Lugduni (1274) celebratis (6).

Itaque, Breviarium Romanae Curiae sic a Fratribus Minoribus gradatim auctum, reformatum, magisque choro adaptatum, brevi ipsa Romana Curia sibi vindicavit, et Nicolaus III (1277-80) « fecit in ecclesiis Urbis amoveri libros Officii antiquos, et mandavit, ut de cetero ecclesiae Urbis uterentur Breviariis Fratrum Minorum (7) ». Dein Benedictus XII (1337) idem Avenionensi ecclesiae imposuit (8), et sic sensim per universam Ecclesiam fuit propagatum (9).

---

tractatum '*Indutus*' tum reformationem *Officii*, in uno eodemque Gen. Cap. Bononiae (1242) locum habuisse supponunt. — Duae exstant bullae de breviario franciscano: prima est Gregorii IX, diei 6 iun. (non 7 iun.) 1241, ante correctionem Haymonianam: Sbaralea, *Bull. Fr.* I, 298; Eubel, *Epit. Bull. Fr.* n. 309; AFH I, 604 n. 32; secunda est Innocentii IV diei 20 iun. 1244, post correctionem Haymonianam; Sbaralea, I, 344; Eubel, n. 358; AFH I, 605 n. 39; verum neutra ne verbum quidem facit de hac correctione.

(1) Ap. AF, IV p. 517. (2) Batiffol, op. cit. p. 208.

(3) Cfr. *Chron. 24 Gen.* p. 275; et *Chron. XV Gen.* p. 697. Cfr. §§ 25, 38 harum *Ordinationum* infra. Cfr. Batiffol op. cit. p. 20. (4) Cfr. § 70 *Ordinationum*.

(5) *Chron. 24 Gen.* p. 329; Glassberger p. 76-77; *Monum. Ord. Min.* cit. tract. III fol. 247 r; Wadd. an. 1263 n. 15, t. IV, p. 218-19. — Has rubricas Cap. Pisani anni 1263, integras ex nuper invento codice dabimus in hoc *Archivo*.

(6) Horum Comitiorum decreta collegit et edidit cl. A. G. Little ap. *English Historical Review*, London 1898, tom. XIII. p. 703-708.

(7) Ita Rodulphus Tongrensis, *De canonum observantia* prop. 22, ap. *Maxim. Bibl. Vet. Patrum* t. XXVI, Lugd. 1677.

(8) Martène, *Thesaurus novus anecdotorum*, t. IV p. 558.

(9) Subsequentibus saeculis, plures alii Minoritae adlaboraverunt in reformatione Breviarii Romani; saec. XVI: Fr. Gratia Felte (1513), Franc. Card. Quignonius ex-Gen. Minister (c. 1535), Sixtus V (1585-90); saec. XVII: celebris noster P. Lucas Waddingus cum aliis sub Urbano VIII; et saec. XVIII cl. P. Azzoguidi Ord. Min. Conv. sub Benedicto XIV; de quibus omnibus cfr. Batiffol *op. cit.* p. 214, 220, 250, 261 et sq.

2. — Quis auctor harum Ordinationum? — Horum statutorum prima memoria exstat in actibus generalis Capituli Pisis anno 1263 celebrati, generalante Divo Bonaventura. Ibi enim iussum fuerat, ut « Ordinationes generales de officio chori, quae incipiunt *Ad omnes horas canonicas* etc., uniformiter et generaliter ab omnibus observentur (1) ». Sed nullibi penes antiquos scriptores auctor horum statutorum reperitur, si excipias Marianum, qui primus et solus asseruit has Ordinationes auctorem habere Fratrem Haymonem generalem Ministrum (2).

Verum nunc, testimonio implicito codicis Londinensis, satis superque evincitur auctorem horum statutorum fuisse *fratrem Ioannem de Parma,* et quidem, ut videbimus, in generali Capitulo Ianuae celebrato anno 1254. Etenim, in § 29 horum statutorum, generale Capitulum praecipit: « Item litera generalis Ministri de Officii uniformitate est servanda, quae incipit sic: *Indubitanter,* usque *servetur* ». Haec vero epistola profecto alia non est, quam illa Fratris Ioannis de Parma, cuius meminit Fr. Salimbene (3), cuiusque exemplar habes penes Waddingum (4), quaeque incipit: *Quia sicut indubitanter* etc. — Praeterea: cum ex interno studio textus, certe constet, statuta haec emanata fuisse *post Capitulum Metense* (cfr. §§ 24, 29), scilicet post annum 1251; cumque quidam articuli eorumdem statutorum (nempe §§ 37 et 49) fuerint postea, die 1 iun. 1256, per litteras apostolicas aliqualiter reformati (5); cum etiam, si placet, in iisdem nulla mentio fiat festi S. Clarae, quippe quae sanctis adscripta fuerit anno 1255, liquido inde pateat oportet, quod statuta haec nonnisi anno 1254 poterant emanari per Fr. Ioannem de Parma, et quidem in generali Capitulo Ianuensi. Quod quidem in generali Capitulo fuerint evulgata, patet etiam ex §§ 24, 29 et 75 eorundem statutorum. De anno tamen et de generali Capitulo clarius et fusius infra in sequenti articulo disseremus.

3. — Statuta haec emanata fuerunt in gen. Capitulo Ianuae an. 1254. — Sed adest quaestio chronologica non facile solvenda, nempe: Quonam in generali Capitulo, et in quo anno statuta haec liturgica condita fuerunt?

Nullius generalis Ministri historia Comitiorum generalium ita neglecta fuit, veluti historia Comitiorum generalatus Fratris Ioannis de Parma. Ioannes enim, per decem fere integros annos Ordinem rexit

(1) Cfr. acta huius Capituli ap. *Engl. Hist. Review,* XIII 704.

(2) Vide *Chron. fr. Mariani* ap. AFH II, 305. — Item gratuito, neque innixus testimonio Mariani, easdem Ordinationes primum Divo Bonaventurae dein fratri Haymoni attribuit cl. P. Eduardus O. Min. Capuccinorum in *Analecta Ord. Min. Capuccinorum* t. XXI p. 91 sq.

(3) *Chronica,* ed. Parmae 1857, p. 130; ed. Holder-Egger, Hannoverae 1905 p. 301.

(4) *Annales* ad an. 1249 n. 1-2. — Cfr. *Chron. 24 Gen.* p. 275, et *Chron. XV Gen.* p. 697. — Exemplar epistolae penes Waddingum, videtur nobis non esse integrum, si id compares cum illis, quae refert Salimbene citatus de argumento huius epistolae.

(5) Cf. notam 2am ad § 37.

(1247-57); et generalia Comitia, vir regulae zelantissimus, iuxta praescriptum regulae, singulis tribus annis, celebrare debuit, et celebrasse credimus firmiter; et tamen, vel ipse Salimbene, si excipias Metense et Romanum, nullius alterius generalis Capituli meminit generalante Ioanne.

Si excipias Lugdunense Capitulum (1247) in quo Fr. Ioannes electus fuit, primum celebravit Capitulum (si *primum* licet vocare) Metis in Lotharingia, teste Salimbene (1) et Ecclestonio (2) coaevis; sed de anno celebrationis uterque silet! Auctor *Chron. XXIV Generalium* illud celebratum supponit anno 1253, quia sub hoc anno de illo memoriam facit (3). Marianus, illud sub anno 1251 memorat, celebratumque asserit *post reditum* Ioannis a Graecia, etsi de anno non sibi « clare » constet (4). Waddingus vero, secutus Rodulphium, illi annum assignavit 1249 (5), quem item secuti sunt fere omnes recentiores historici (6).

Secundum generale Capitulum (si *secundum* licet dicere) Ianuae celebrasset, solo teste Ecclestonio (7), ceteris prorsus silentibus! Huius Capituli epocham praefixerunt recentiores annum 1254 (8), sed gratis et absque ratione. Quidquid tamen sit, Ecclestonio certe fidendum est; recentioribus vero, quoad annum, item fidem praesto damus, sed rationibus sequentibus innixi.

Ioannes enim, post suam electionem (1247 iul.), longis et continuis detentus fuit itineribus per Galliam, Hispaniam et Angliam, usque fere ad initium anni 1249, quo circa finem februarii ex Hispania rediens adiit Lugdunum a Pontifice revocatus; inde « finita septimana paschali (11 apr. 1249) » recessit, Ianuamque primum, dein Parmam pervenit *circa medium iunii*, ut inde in Orientem properaret, comitantibus graecis legatis ab imperatore missis (9). Patet igitur, quod interim (a iul. 1247 — iun. 1249) nullum celebrare poterat generale Capitulum, statuto tempore a Regula (scilicet in Pentecoste), quod certe Salimbene, perspectis contingentiis, non siluisset.

---

(1) *Chron.* ed. Parm. p. 180; ed. Holder-Egger, 300-01.

(2) Ap. AF I. 236, 255.

(3) Cf. AF III, 275; et iterum illius meminit, uti iam celebratum, sub anno 1255, ib. p. 279.

(4) Cf. AFH II, 311: « Decimum Capitulum celebratum est Metis Provinciae Franciae... per fratrem Ioannem de Graecia reversum, sed quo anno non clare habetur ». (5) *Annales* sub an. 1249 n. 1.

(6) Editores *Chron. 24 Gen.* p. 275-279 in notis. — Ehrle ap. *Archiv für Litt.* etc. t. VI p. 20. — Holzapfel, *Manuale hist. Ordinis* p. 28, 623, et alii communiter: excipe Affò, *Vita del B. Giov.* ed. Roma 1777, p. 49, qui annum assignat 1253, sed erronee citat Marianum.

(7) AF I, 245. Nec *Chron. 24 Gen.*, nec Marianus, nec Glassberger, neve ipse Waddingus huius Capituli mentionem faciunt.

(8) Ehrle loc. cit. p. 30; Editores *Chron. 24 Gen.* p. 270; Holzapfel *Manuale* cit. p. 623.

(9) Cfr. Salimbene, *Chron.* ed. Parmae, p. 148-9 151, 159. ed. Holder-Egger, 320-1. — Cfr. etiam nostram *Biblioteca bio-bibliografica* t. I p. 222-225. — Fr. Ioannes pro sua legatione ad Graecos accepit litteras papales iam a die 28 maii 1249 datas Lugduni. Cfr. Eubel *Epitome Bullar. franciscani* p. 52 nr. 586.

Rediit tandem Ioannes ex Oriente Lugdunum, circa mensem augusti anni 1250 (1). Ast, neque in hoc anno licuit ei convocare Comitia, quia tempus praefixum Pentecostes transierat, et opus unionis cum ecclesia graeca adhuc urgebat (2). Verumtamen potuit et debuit convocare Comitia anno proxime sequenti, in Pentecoste scilicet anni 1251, idque eo magis, quia ab anno 1247 nullum generale Capitulum celebraverat.

Hisce igitur rationibus ducti, statuimus Ioannem *primum* celebrasse Capitulum anno 1251 (probabilius in Pentecoste), et quidem in civitate *Metensi*, et post reditum a Graecia, ut recte suspicatus est Marianus, cui hic ultro ob rationes expositas fidem damus. Et his concessis, liquido etiam patet, rationabile esse criterium illorum, qui *secundum* seu sequens Capitulum generale, *Ianuae*, et anno 1254 celebratum dixere. Sic enim Regula et Constitutiones Ordinis urgebant, singulis tribus annis Comitia celebrare (3); quodque eo magis libenter concedendum est, quia Fr. Ioannes « *ultimum* » generale Capitulum Romae « *acceleravit* » (2 feb. 1257) teste Salimbene (4). Sic ergo, concludendum, Fratrem Ioannem *tria* tantum regulariter celebrasse Capitula: primum *Metis* anno 1251, secundum *Ianuae* anno 1254, et ultimum *Romae* anno 1257, singulis tribus annis, praecise iuxta Regulam et consuetudinem statutam.

His necessario praemissis, quaerimus: quonam in Capitulo Statuta haec sancita fuere?

Metense Capitulum (an. 1251) omnino excludimus, tum quia eius mentio fit in § 24 horum statutorum, utpote cap. iam celebrati: tum etiam, si placet, quod teste Salimbene, Fr. Ioannes nulla *nova statuta* condere voluit in Capitulo Metensi (5). Item, Capitulum Romanum (1257) necessario excludimus, tum quia ibi non ad leges ferendas venerat, sed ab officio decedere, et interesse et praesse actibus fuit coactus, ut saepe citatus refert Salimbene. Restat igitur, solummodo in generali Capitulo *Ianuae* celebrato, et quidem anno 1254, Statuta haec liturgica fuisse sancita et promulgata (6).

4. — Descriptio et integritas textus Codicis Londinensis. — Codex noster Londinensis (British Museum n. 21,155) compactus

---

(1) Cfr. Golubovich, *Biblioteca* cit. p. 227-28.

(2) Ioannes, post reditum ab Oriente (aug. 1250), sine dubio per aliquot tempus Lugduni mansit pro negotiis Graecorum, forsan usque ad exitum Pontificis qui Romam versus properavit a Lugduno post festum Paschae anni 1251.

(3) Cfr. cap. 8 Regulae II. *Opuscula* p. 70 et *Constit. Narbon.* rubr. XI: « ne ultra tres annos gen. Capitulum differatur..., nisi manifesta necessitate prolongandum... et alternatim citra montes et ultra ». S. Bonav. *Opp.* VIII, 462; Ehrle, l. c. VI, 133-4.

(4) *Chron.* cit. p. 187; ed. H-E. 309.

(5) *Chron.* cit. p. 130. ed. H-E. 300-01. Excipe *Epistolam* quam Wadd. sub an. 1249 n. 2 refert ut in Cap. Metensi promulgatam. Ipsam, uti in Cap. Metis datam, et transumptam habes in *Chron. 24 Gen.* p. 275.

(6) Adde, quod cum in hisce statutis seu Ordinationibus nulla mentio fiat solemnitatis Sanctae Clarae, quae anno 1255 sanctorum catalogo adscripta fuit, et eius festum primo memoretur in Cap. Romano an. 1257 (cfr. AF II, 74; t. III, 324), sequitur ante annum 1255 statuta haec fuisse promulgata.

alternis membraneis et chartaceis foliis 146, millim. 140×103, a duplici manu saec. XV transcriptus fuit. Prima manus folia 1-102 exaravit, circa medium saec. XV, inter quae (foll. 14r-20v) inseruit *Ordinationes divini Officii* quas hic edimus. Secunda manus reliqua foll. 102-146, paulo post an. 1495, transcripsit. Utraque tamen manus diligentissime et nitidissime scripserunt. Totus codex, qui ad Italos Observantes pertinuit, multa et varia continet ad Ordinem spectantia, scilicet: notas declarationes super Regulam, casus conscientiae, statuta liturgica, constitutiones generales et particulares familiae de Observantia, et similia.

Uterque scriba codicis, ut diximus, optime et diligentissime opus implevit. Primus praesertim qui foll. 1-102 transcripsit, ita bene materiam omnem revisit, ut vel minimos errores calami, nunc in corpore, nunc in margine correxerit diligentissime.

Scriba igitur noster, qui has *Ordinationes* transcripsit, *integritatem* textus fidelissime nobis transmisit; quod eo magis patebit, si sequentes rationes consideremus: *α*) Scriba noster nullibi ullam omnino interseruit rubricam vel ordinationem liturgicam ex illis, quae pluries in subsequentibus generalibus Capitulis post an. 1254 emanatae fuerunt. *β*) Ex interno enim studio nostri textus, nil prorsus inveniri potest, quod eius genuinam et puram ab omni interpolatione materiam labefaciat vel minuat. *γ*) Imo, quemadmodum interpolationibus recentioribus caret, ita *solus* cod. Londinensis (hucusque saltem), habet fere 22 *paragraphos,* seu statuta vetustissima, quae in ceteris codicibus et editionibus plus minusve desiderantur: quaeque 22 paragraphi minime certe dici poterunt additiones recentiores. (Vide §§ 20-25, 28-29, 34-37, 48-51, 70-75). Quod si in ceteris codicibus constanter omissae videantur, hoc ideo factum, vel quia usu defecerint, vel quia sensim, novis statutis emanatis, vetera sunt deleta. *δ*) Tandem, codices a nobis explorati, et vel ipsae editiones auctae et interpolatae, egregie conspirant in favorem genuini textus Londinensis. Variantes etenim lectiones codicum, minimae sunt comparatae ad textum Londinensem; et omissiones vel additiones posteriore tempore factae in ceteris codicibus tam perspicuae sunt, tamque evidentes ubique, ut purus appareat hucusque solus textus Londinensis.

Demum, monendum est, ne quis lector, primo intuitu, inordinatam nimis, imo et passim imperfectam, indigestam, et deficienti forsan ordine collectam et compilatam diiudicet seriem hanc statutorum, ut inde impugnet earundem formam genuinam. Codex enim noster in hoc convenit cum ceteris omnibus. Dein, notandum, quod in hisce statutis seu Ordinationibus, minime contineatur series integra rubricarum Ordinis Minorum: hae enim non aliud erant tunc, nisi *nova elementa* veteribus adiicienda. Et reapse, *Ordinationes* istae nos remittunt passim ad alia statuta: ex. gr. ad illa Metensia (§ 24), ad « Ordinarium » romanae ecclesiae (§ 28, 49, 70), ad litteras Generalis Ministri (§ 29), ad Constitutiones generales (§ 36), et demum ad rubricas Breviarii (§ 30) et Missalis (§ 108).

5. — Codices a nobis collati. — Descripto codice Londinensi, damus hic seriem omnium codicum seu textuum quos in hac editione curanda adhibuimus, singulos propria initiali littera designando.

L = Hoc signo indicamus Codicem Londinensem n. 21,155, saec. XV, qui prae ceteris exhibet textum genuinum et authenticum.

O = Variantes praebet Codicis membr. Bodleianae Oxoniensis, inter Canonicianos Miscell. n. 75 (fol. 46 v — 57 r), cuius prima pars, seu folia 1-70, exarata sunt non multo post annum 1296: cetera foll. (70-105) circa medium saec. XIV. Inc. « *In nomine domini amen. Incipiunt rubrice de modo officii ecclesiastico:* Ad omnes horas canonicas. — Des. et sic ad loca sua ordinate revertantur ».

V = Exhibet variantes Codicis Vaticani (Regin. 429) memb. saec. XIV, quo usus est P. Eduardus Alenconiensis O. M. Capucc. in *Analecta Ord. Min. Capuccinorum* t. XXII, 1906, pag. 91 sqq.

C = Praebet lectionem cuiusdam Codicis saec. XIV qui penes PP. Capuccinos est Romae, quo pariter usus est P. Eduardus in *Analectis* citatis.

A = Praebet lectionis Cod. celeberrimi 338, Conventus S. Francisci, (nunc Bibliothecae municip.) Assisii, saec. XIII vel XIV (1), quem cl. v. L. Alessandri, dictae bibliothecae sollers praefectus pro nobis humanissime contulit.

R = Lectiones variantes denotat cuiusdam codicis (non signati) Collegii S. Antonii Romae, qui plures constitutiones Ord. Min. continens suo tempore in AFH accurate describetur. Eius variantes pro nobis notavit R. P. Mich. Bihl O. F. M.

S = Lectionem exhibet *Speculi Minorum* ed. per Martinum Morin, civem Rothomagensem, Rothomagi 1509, « per mandatum Rev. P. Fratris Gerardi Zoethelme super fratres de Observantia... Provinciae Franciae Vicarii Provincialis ». — Fol. 219 r: « *Incipit ordinarium ceremoniarum divini officii secundum consuetudinem sancte romane ecclesie. De pulsatione campane.* Ad omnes horas canonicas.. ». Des. fol. 222 v. « et sic ordinate ad loca sua revertantur. *Explicit Ordinarium romanum* ».

M = Exhibet variantes textus qui habetur ap. *Monumenta Ordinis Minorum,* Salmantice 1511, edita per Fr. Iohannem de Rio, Vicarium Provincialem Observantium S. Iacobi (cfr. tr. II fol. 11 r). In tractatu III, fol. cclxiii a: *Incipit Ordinarium* etc., et desinit fol. cclxvii b.

F = Exhibet lectionem textus editi ap. *Firmamenta trium Ordinum B. P. N. Francisci* Parisiis 1512, edita per Fr. Bonifacium de Ceva Ministrum Provinciae Franciae. Bonifacius exhibet textum *Ordinarii* in pluribus auctum, interpolatum et emendatum per Generalem Ministrum Fr. Raynaldum Gratiani de Cotignola, ut patet etiam ex litteris encyclicis eiusdem, datis die 1 iulii an. 1508, in quibus ait: « Auctoritate apostolica nobis super hiis concessa, rubricas et ordinationes *antiquas*, et novas seu modernas divini officii, festivitates, commemorationes, solempnitates, atque cerimonias tam in Missali quam in Breviario et in Kalendario, et in Ordinario antiquo

(1) L. Alessandri, *Inventario dell'antica Biblioteca del S. Convento di S. Fr.*, Assisi 1906, p. 78, 166-9.

romano descriptas, iuxta modum inferius describendum, a Summis Pontificibus et Capitulis generalibus, *et a nobis* auctoritate apostolica *ordinatas, innovatas, correctas, ampliatas et declaratas,* volumus et mandamus respective observari ab universis fratribus et sororibus trium Ordinum » Ib. tract. III fol. 42 v; datam vero litterarum habes infra in fol. 59 r. b. Textus *Ordinarii* replet 29 coll. inter foll. 48 r-55 r.

Si excipias textum hunc Fr. Gratiani, in multis auctum et mutatum, ceteri omnes textus plus minusve egregie conveniunt cum codice Londinensi, qui tamen ceteros antecellit, ut diximus, genuina origine et integritate.

B = Demum, recentissime occurrit nobis alter codex membr. et chart. Archigymnasii Bononiensis, signatus 16. b. V. 24, scriptus parum post annum 1447. Hic prae ceteris omnibus magis cum textu nostro Londinensi convenit, quippe qui habeat integras §§ 48-51, 70-73 et 75 quae in solo cod. Londinensi habentur. Codicem hunc sero perspeximus, ideoque parce usi sumus. Ceterum, nil novi continet nisi aliquas variantes et additiones, quae in aliis habentur. *Ordinationes* exstant inter foll. 58 r-63 r huius codicis Bononiensis.

Sunt et alii quamplurimi Codices, quos vel videre non potuimus, vel expresse negleximus (1), quippe qui, ut persuasum nobis habemus, in minimis differant cum codicibus et editionibus superius indicatis.

Demum, modum quo in hac editione curanda usi sumus, breviter explicamus. Textus Ordinationum purus putusque est, ut in codice Londinensi habetur, in nullo prorsus immutatus. Illum solummodo in paragraphos (§§) nos primi distinximus, claritatis et facilioris studii gratia. Paragraphos vero, quae in reliquis codicibus desiderantur, maioribus consulto litteris expressimus. Rubricas seu titulos aliquos praefiximus ex variis codicibus, uti singulis vicibus indicavimus. Variantes multas, et quidem notabiliores, aliorum codicum in calce adiecimus, neglectis prorsus minimis variantibus et nullius momenti. Interpolationes seu additiones, quae in aliis codicibus reperiuntur, nunc integras dedimus, nunc simpliciter indicavimus, quippe quae satis clare sese ostendunt additamenta esse recentiora.

(1) Ex. gr. Cod. Vaticanus Ottob. n. 15. — Cod. 654 bibl. S. Antonii Patavii — Cod. miscell. s. XV bibliothecae *Paravia* Jaderae in Dalmatia — Alter est penes cl. Sabatier, cuius apographon ita benevole nobis descripsit, quem tamen mutilum et imperfectum arbitramur:

« Dans cet exemplaire le § [24] *Item te Deum laudamus et Credo cantentur sicut ordinatum est in capitulo celebrato Metis,* est immediatement précedé d'un § [21] *Item antiphona scilicet lux orta* etc. Un peu avant la fin: *Pro sancto Francisco letabundus,* explicit: *in sancto Antonio legatur de legenda sua et cantetur ystoria.* Je pense que ces dernières colonnes à partir de *Infra octavam nativitatis beate Virginis* [§ 23] sont des additions presque contemporaines. Je n'y trouve ni la phrase *Item littera generalis Ministri* [§ 29], ni *Item ordinetur de legenda b. Francisci* [§ 74] qui me paraissent d'une grande importance » — Codex iste videtur idem esse cum illo citato, sine ulla tamen indicatione loci, a P. Fidele a Fanna in opere *Ratio novae collectionis operum S. Bonav.* Taurini 1874, p. 266 n. 19: « *Incipiunt Ordinationes divini Officii. De pulsatione ad horas:* Ad omnes horas canonicas etc. », et desinit: « *In Sancto Antonio legatur de legenda sua, et cantetur historia* ». — Ceterum cod. iste non alius esse videtur quam ille qui describitur a Sbaralea *Suppl. SS.* (1806), p. 165 n. 99; I², (1908) 170 in fine cuiusdam Missalis S. Conv. Assisiensis sub Bonif. VIII exarati.

[fol. 14r.] ORDINATIONES DIVINI OFFICII

ET PRIMO DE PULSATIONE CAMPANARUM (*a*).

§ 1. — Ad omnes horas canonicas primo pulsetur campanella (*b*) maior aliquantulum (*c*) pro signo; et facto intervallo competenti, quo fratres expediti (*d*) necessariis commode possint, sine mora (*e*), convenire in ecclesia, eadem iterum pulsetur prolixius. Hic modus pulsationis semper servetur, excepto quod in festis duplicibus, ad Vesperas et Matutinum, tribus vicibus prolixe (*f*) pulsetur, factis congruis intervallis: et hiis (*g*) diebus ad Tertiam bis pulsetur prolixe, facto congruo intervallo; et (*h*) post Tertiam ad Missam semel. Ad (*i*) Missam autem conventualem omni die pulsetur semel prolixe, competenter, et parum (*j*) antequam incipiatur Introitus.

§ 2. — Item (*k*) in dominicis diebus et (*l*) semiduplicibus et duplicibus pulsetur campanella (*m*) quando incipit *Te Deum laudamus* usque ad versum illum *pleni sunt celi et terra* etc.

§ 3. — In illis autem dominicis diebus quando cantatur nonum Responsorium, pulsetur cum incipitur *gloria patri* (*n*), vel in repetitione ipsius Responsorii quando *gloria patri* non cantatur (*o*).

§ 4. — Item, in elevatione corporis Christi pulsetur campana maior (*p*) parumper (*q*) in Missa conventuali tantum (*r*); in Missis autem privatis nulla campana pulsetur (*s*).

§ 5. — Item ad prandium et cenam semper pulsetur campanella, post cuius pulsationem fiat congruum intervallum, in quo fratribus lotis (*t*) et congregatis ante refectorium, pulsetur campana refectorii a refectorario (*u*) uno ictu; et fratribus fere ingressis, pulsetur aliquantulum prolixius ab eodem. Finita pulsatione, incipiat cantor *Benedicite;* respondentibus fratribus *benedicite,* incipiat cantor versum (*v*). Cum autem perventum fuerit ad *Jube domne,* lector circa inferiorem partem conventus procedat in medium, et inclinato capite (*x*) recipiat benedictionem.

§ 6. — In fine autem commestionis pulsetur campanella uno ictu (*y*), et statim lector dicat: *Tu autem;* et (*z*) fratribus egredientibus [fol. 14 v]

(*a*) *Cod.* O *habet rubricam:* In nomine [domini] Amen. Incipiunt rubrice de modo officii ecclesiastico. — MS: Incipit ordinarium ceremoniarum divini officii secundum consuetudinem sancte romane ecclesie. — R. Incipiunt ordinationes offitii divini. De pulsatione ad horas. (*b*) OMFCVSAR campana. *Sed Codd. passim etiam habent* campanella. (*c*) O *om.* aliquant. (*d*) OMFCVSAR expeditis. (*e*) F *om.* sine mora. (*f*) AR prolixius. (*g*) CVSA et in eisdem. (*h*) M et post Tertiam ad missam semel prolixius competenter, anteq. inc. intr. — F *om.* et post Tert. *et pergit uti Cod.* Ad miss. semel.... prolixius parum anteq. inc. intr. (*i*) S *om.* Ad Missam—semel. (*j*) CVS *om.* parum. (*k*) C *add.* ad laudes Matutinorum in. (*l*) MFOCVSR *add.* festis. (*m*) OMFCVA campana. (*n*) F *add.* usque ad *Deus in adiut.* de laudibus vel in repetitione ips. resp. qu. non dicitur *glor. patr.* (*o*) M vel in reinceptione.... quando *gloria* non cantatur. — OS *item. om.* « patri ». (*p*) A *om.* puls. camp. mai. (*q*) F *add.* ex una parte et hoc. (*r*) O *om.* tantum. (*s*) F *pergit* nisi parva.... et alie minime, iuxta altaria posite,... ubi consuetudo etc. (*t*) F *add.* manibus. (*u*) F *add.* vel a prelato. (*v*) CV versus. — O *add.* congruentem. — F *add.* qui competit, et omnes similiter continuent usque ad *Pater noster.* (*x*) OMCVSAR et inclinatus r. (*y*) F *add.* a prelato. (*z*) AR Et respondontibus: *Deo gratias,* et fere egressis a mensis.

a mensa (*a*), pulsetur aliquantulum prolixius. Finita vero pulsatione, incipiat cantor versum (*b*). Cum autem dicuntur versiculi *Dispersit dedit* etc., fratres stent erecti, et ad se conversi usque ad *Retribuere*, ad quod fratres inclinare se debent.

§ 7. — Sed cum agimus gratias (*c*) in refectorio post cenam, qui comederunt et ibi non sunt necessarii ad serviendum (*d*), cum silentio egrediantur extra.

§ 8. — Item ad collationem, que semper in refectorio facienda est, primo pulsetur campana maior (*e*) pro signo; et facto congruo intervallo, pulsetur campana refectorii sic diu, ut fratres omnes valeant convenire; et congregatis fratribus (*f*), statim a lectore dicatur *Jube;* et benedictione recepta, incipiat legere. Post primum vero versum vel secundum lectionis, dicatur a lectore *Benedicite* (*g*). Facta autem collatione et finita (*h*) lectione, et dicto in fine (*i*) *Fratres sobrii estote,* egrediantur fratres. In exitu vero a collatione, fratribus ordinate in ecclesiam euntibus dicendo *Miserere mei Deus* sine nota, pulsetur campana minor (*j*) pro Completorio; et dicto in ecclesia *Adiutorium nostrum* et *Pater noster,* fiat confessio (*k*). Et fiat collatio in diebus ieiunorum tantum. Ceteris diebus conveniant fratres (*l*) in ecclesia sicut ad ceteras horas diei.

[MF *De pulsatione silentii*].

§ 9. — Item tempore quo fratres dormiunt, scilicet (*m*) a pasca usque ad festum exaltationis sancte crucis (*n*), pulsetur campanella refectorii ab eo qui legit in mensa illico postquam comederit (*o*). Ad quam pulsationem fratres in pace et silentio quiescant; vel qui dormire non possunt vel nolunt, silentium interim servent (*p*); et caveatur ab introductione secularium illa hora, ubi tamen (*q*) sine scandalo poterit evitari (1).

[F *De pulsatione ad capitulum*].

§ 10. — Item quandocumque fratres debeant in capitulo congregari, pulsetur campanella capituli ex una parte tantum prolixe, ad quam pulsationem fratres sine mora in capitulo conveniant.

(*a*) CVAR a mensis. (*b*) O *add.* congruentem. (*c*) AR gratie redduntur. (*d*) F *add.* bini et bini eundo ad ecclesiam c. sil. ordinate. (*e*) AR campanella. O *om.* maior. (*f*) F. *add.* et facto signo, vel pulsato uno ictu a prelato super campanella, dicatur a lect. circa finem vel medium refectorii in medio stante: *Jube dompne benedicere.* (*g*) F *add.* et tunc ebdomadarius respondeat faciendo benedictionem et dicendo: *Potum caritatis benedicat dextera Dei patris,* vel: *Potum servorum* etc. Et fratres respondeant: *Amen.* — R et data benedictione. (*h*) SR terminata; *inde om.* et dicto — a collatione. (*i*) F *add.* a lectore in loco, ubi supra stante: *Fratres sob.* vadant fratres ad ecclesiam processionaliter. (*j*) MFS *om.* minor; OR *vero habet* maior; CV magna. (*k*) F *add.* Terminata autem confessione, incipiat ebdomadarius completorium. (*l*) CVSAR *add.* ad completorium. (*m*) F *om.* tempore—scilicet. V dormiunt in die; et *praemittit huic* § 9 *rubricam:* Ad dormitionem in estate. (*n*) F *subdit:* et quando non ieiunant fratres pulsetur sexta hora congrua, sive paulo ante prandium. Et post prandium pulsetur campanella refectorii ab eo q. l. in m. statim postq. com. nisi pro complendis aliquibus officiis vel necessariis conventus, aliquando prelatus faciat aliquandiu diferre. Ad quam *etc.* (*o*) A comederint. (*p*) CVS observant. (*q*) OSCV *om.* tamen.

---

(1) Ex hac § 9 verbotenus quaedam inserta sunt in *Constitut. Narbonensibus*, an. 1260, in rubr. IV. Cfr. *S. Bon. Opera om.* VIII, 453b-454a. Ehrle, l. c. VI, 99.

L *De prosecutione officii.*

§ 11. — Congregatis in ecclesia fratribus, ad omnes Horas, et ultima pulsatione finita, ebdomadarius faciat manu signum percutiens formam, ut fratres prostrati (*a*), si sit ferialis dies, sin (*b*) autem inclinati, dominicam orationem dicant; qua finita, et signo sur-[fol. 15 r] gendi facto (*c*), incipiat officium stans (*d*) in sede sua verso vultu contra altare, aliis fratribus consimili modo stantibus usque ad *gloria patri,* et tunc vertant se e regione. Consimili modo capitula et orationes dicantur a sacerdote in loco suo.

[MFS *De Psalmodia*].

§ 12. — Nota quod quandocumque dicitur psalmodia plane et sine nota, stare debent omnes fratres erecti, praeterquam in psalmodia mortuorum in qua fratres sedeant.

§ 13. — Item quandocumque duo psalmi vel quatuor sub una antiphona dicuntur, ille chorus debeat stare in quo (*e*) inchoatur antiphona, preterquam in Prima tempore pascali (*f*). In omnibus aliis (*g*) stent et sedeant alternatim, preterquam in *Laudate dominum omnes gentes,* et *Laudate dominum de coelis* (*h*), et *Quicumque vult salvus esse,* et officio Beate Virginis, et eiusdem lectionibus plane dictis, et *Benedictus* et *Magnificat* et *Nunc dimittis* et himnis, in quibus omnes (*i*) debent stare erecti (*j*) sive cantentur sive legantur.

§ 14. — Item cum psalmodia plane dicitur (*k*), distincte et tractim dicatur, ita quod finitis versibus ex una parte alia incipiat, maxime in officio beate Virginis et mortuorum; quando vero cantatur, non fiat protractio in puncto metri, sed pausa conveniens et equalis.

[MS *De dandis antiphonis et intonandis psalmis*].

§ 15. — De dandis antiphonis et intonandis psalmis hic modus habeatur ubique (*l*): — In quolibet choro sint duo cantores, unus ex una parte, et alius ex alia parte, qui distribuant singulas antiphonas per singulos fratres, unusquisque in sua parte. Et cantor qui dat antiphonam intonet psalmum, et solus reincipiat post psalmum eandem, et cantetur comuniter ab utroque (*m*), et nunquam antiphona reincipiatur a duobus ante psalmum.

[M *Quod lectiones legantur in medio chori*].

§ 16. — Lectiones autem legantur in medio chori vel alibi ubi commode (*n*) fieri poterit.

§ 17. — Responsoria nocturna et diurna cantent fratres (*o*) in stallis (*p*) suis sicut et antiphonas (*q*), ubi libri sufficientes habentur, ubi autem unus (*r*) habetur, vadant ad cantandum in medio chori communiter.

(*a*) F genibus flexi. (*b*) MS sive incl. (*c*) OMFCVSAR ab eodem facto. O *tamen om.* facto, R eodem. (*d*) OMCVSAR *om.* stans. (*e*) OAR a quo. (*f*) OMFAR *add.* et in completorio. (*g*) V *add.* horis fratres. (*h*) O *add. hic* et Benedictus. (*i*) OMFSCVA omnibus. R *om.* (*j*) F *om.* erecti. (*k*) F cum sine nota dicitur. (*l*) O *pro rubrica habet:* De dandis autem antiphonis et inchoandis psalmis hic modus (AR teneatur) habeatur ubique. In.... — R (*ut et* A) *in genere addit textum pleniorem benedictionum.* (*m*) OCVAR *add.* choro. (*n*) OCVSAR commodius. (*o*) F *add.* communiter. (*p*) R stadiis. (*q*) S sicut et alia. (*r*) OCSAR *add.* tantum. — V *add.* tantum liber.

§ 18. — Cum autem perventum fuerit ad benedictiones (*a*), lector petat (*b*) benedictionem inclinato capite versus altare, et sacerdos sedens, preterquam ad benedictionem Evangelii, mediocri voce (*c*) eam conferat (*d*).

§ 19. — Benedictiones autem tam in diebus ferialibus quam festivis (*e*) hee sunt: prima: *Benedictione perpetua* (*f*); secunda: *Unigenitus Dei filius;* tertia: *Spiritus sancti gratia;* quarta: *Deus pater omnipotens;* quinta: *Christus perpetue;* sexta: *Ignem sui amoris;* septima, quando non legitur Evangelium, dicitur: *Ille nos benedicat;* octava: *Divinum auxilium,* si fuerit festum dicitur: *Cuius* vel *Quorum festum* (*g*) *colimus;* nona: *Ad societatem;* si vero legitur (*h*) Evangelium, dicitur: *Evangelica lectio;* si vero duo Evangelia dicantur, ad secundum dicitur: *Per evangelica dicta:* si vero tercium Evangelium legeretur, ut in nativitate (*i*) Domini, tunc fiat hec benedictio: *Verba sancti Evangelii doceat nos Christus filius Dei.* Absolutiones vero terminantur in tono capitulorum, benedictiones vero in tono lectionum.

§ 20. — Item (*j*), absolutiones videlicet, *Exaudi domine Iesu Christe,* et alie due sequentes, semper in suis locis et diebus dicantur, etiam in ferialibus diebus, licet sit omelia.

Benedictiones vero ultime, videlicet *Evangelica lectio,* et due sequentes, semper dicantur ad omilias.

§ 21. — Item antiphonis, scilicet *Lux orta est iusto: Sacerdotes Dei,* et *Martirum chorus,* addatur *in eternum* loco *Alleluia,* quando non cantatur *Alleluia.*

§ 22. — Item novem lectiones fiant de *Sancto Antonio* abbate. Item de *beata Christina.* Item de *Sancto Ignatio* episcopo et martire. Item de *beato Hilarione* abbate. Item de *beata Anna* matre Virginis. Item de *beata Marta* virgine. Item de *Sancto Egidio* abbate. Item de sanctis, scilicet, *Perpetua* et *Felicitate,* et fiat officium de vera virgine prout in Breviario continetur.

§ 23. — Infra octavam nativitatis beate Virginis, lectiones primi nocturni dicantur de *Cantico:* tres de *sermone S. Augustini episcopi:* ultime de omelia. Et quotidie incipiatur a primo responsorio, et octava fiat die suo, non obstante si cadat in dominica habente hystoriam primo ponendam.

(*a*) OFR lectiones. (*b*) R recipiat bened. scil. *Jube dompne benedicere.* (c) MOSA *add.* devote. (*d*) F *plura hic subdit de novis orationibus et festivitatibus recenter admissis.* (*e*) R dicantur et non alie. In primo nocturno has (!) tres dicantur scil. *In fine § 19 alia addit.* (*f*) MFVS *benedictiones integras dant, uti hodie adhuc sonant.* — V *in fine cuiusque add.* Respondetur: Amen. (*g*) OS *add.* vel quorum vel quarum, ipse vel ipsi, vel ipsa (S *add.* vel ipse) intercedat etc. (*h*) OF dicitur. (*i*) MFS natali. (*j*) OCSVMAFR *non habent §§ 20-25 inclusive.* VFR *autem habent primam partem huius 20 §, sed modo inverso, quin sensum mutent. Dein* FR *alia statuunt prorsus nova.*

§ 24. — Item *Te Deum laudamus* et *Credo in unum Deum* cantentur sicut ordinatum est in generali capitulo Methis celebrato (1).

§ 25. — Item benedictio post completorium dicatur ante antiphonam de beata Virgine, et post dictam antiphonam et orationem dicatur *Fidelium anime*.

§ 26. — Orationes vero ad omnes horas diei, scilicet, Primam, Tertiam, Sextam et Nonam et Completorium, terminentur in tono capitulorum; et tunc sacerdos, qui dicit orationem, dicat *Dominus vobiscum* et *Benedicamus* in eodem tono, et suspensive respondeatur: *Deo gratias*. In vesperis autem et matutinis semper orationes dicantur solemniter ut in Missa.

§ 27. — Tempore vero generalis interdicti, fratres legant officium [fol. 16 r] distincte et simpliciter sine nota (*a*).

§ 28. — Item (*b*) nota himni *Rex gloriose martirum*, et similium himnorum, possunt pro aliqua festivitate in nota himni *Eterna Christi munera* commutari. Aliorum autem himnorum note sicut statutum est in Ordinario omni tempore observentur, nec pro Adventu vel Quadragesima vel festo aliquo varientur, excepto quod in festis duplicibus et per octavas eorum cantentur himni diurni in tono himni omnium sanctorum, scilicet, *Christe redemptor omnium*.

§ 29. — Item litera generalis Ministri de officii uniformitate est servanda, que incipit sic: *Indubitanter*, usque *servetur* (2).

[MS *De genuflexione*].

§ 30. — Nota quod in ferialibus diebus, quando (*c*) dicitur prima oratio ab omnibus genuflecti debet usque ad *per dominum;* et idem in orationibus beate Virginis et beati Francisci fiat, tantum ad nomina ipsorum, preterquam ad *Pretiosa* (*d*). Et idem (*e*) quandocumque dicitur *pater noster*, sive in principio horarum, sive in fine (*f*). Quando autem dicitur

(*a*) F *add. alia iuxta diversa privilegia vel novas consuetudines sancitas.* (*b*) OMFSCVAR *non habent prorsus* §§ 28-29. (*c*) AR dum. (*d*) V *add.* « Item in vigilia Nativitatis Domini cum pronunciatur in Datario: *Iesus Christus in Bethleem nascitur*, et in Passionibus Domini cum legitur: *et inclinato capite emisit spiritum*, et simile, omnes ad terram prosternant se, propter tanti beneficii memoriam et summam dignationem D. N. I. C. ». — *N.B. Additio haec Codicis Vat. desumpta fuit ex actibus Gen. Capituli Parisiis an. 1266 celebrati*. Cfr. A. G. Little in *The English Historical Review*, to. XIII, p. 705. (*e*) O *add.* fiat. (*f*) F *add. plura; i. e. 23 lineas*, fol. 49 r. a: « Item secundum generalia statuta antiqua et moderna etc. »; *enumerantur diversa verba, ad quae genuflectendum est.*

(1) Capitulum generale Metis celebratum fuit, ut in praefatione diximus, anno 1251. Sequentes item §§ 37 et 49, ex Cap. Metensi repetitae sunt.

(2) Agitur de epistola b. Joan. de Parma generalis Ministri redacta in Gen. Cap. Metis (1251), quam habes penes Wadd. ad an. 1249 n. 2. Cfr. § 49 n. 8.

pater noster ante lectiones, et in benedictione mense (*a*), et in agendis gratiis (*b*) non genuflectimus; sed in ultimo *pater noster* post gratias et post *Pretiosa,* si dicantur in ecclesia, fratres flectant genua, et (*c*) in suffragiis et precibus, sicut (*d*) in Breviario continetur. Sacerdos vero qui dicit orationem (*e*) stet erectus, si cantando eam dicat.

§ 31. — In Missa autem prosternant (*f*) se fratres cum dicitur prima collecta (*g*); quando autem una vel plures dicuntur, ad illas omnes (*h*) non prosternant se fratres, nisi ad illam ad quam dicitur *Dominus vobiscum.* Semper autem sive sit festum, sive non, inter offertorium et *Orate fratres,* sint erecti versis vultibus ad altare.

§ 32. — Item prosterna[n]t se cum sacerdos dixerit *Orate pro me* (*i*), et surgant cum dixerit *per omnia secula seculorum.* Et dicto *Sanctus* prosternant se usque ad elevationem corporis Christi, et tunc surgant, et depositis mantellis, si qui habuerint, et nudatis capitibus, adorent humiliter et devote, flectentes genua versus corpus Christi, et iterum (*j*) sint prostrati e regione usque ad *per omnia secula seculorum* de (*k*) *pax domini* (*l*). Item a dicto *Agnus Dei* sint prostrati usque ad comunionem.

§ 33. — In diebus autem dominicis et festivis (*m*), fratres non prosternant se nisi ad corporis Christi elevationem, et sint prostrati usque ad *per omnia* ante *pater noster.*

§ 34. — Item (*n*) in festis duplicibus sint fratres prostrati post elevationem corporis Christi sicut in aliis festis (*o*).

(*a*) O sive ad benedictionem mense. (*b*) F *add.* in feriis. (*c*) OMFCSVAR *add.* quando dicitur *Credo,* et in.... (*d*) OS de eis in. (*e*) OCVSAR orationes.... eas dicat. (*f*) F genua flectant. (*g*) F *add.* Item in oratione *A cunctis* etc. — V *add.* « Item in oratione *A cunctis nos quaesumus Domine* etc., a nomine gloriose Virginis usque *et omnibus sanctis,* in festis, inclinant se fratres, et in diebus ferialibus genuflectant. Quando autem dicitur Prophetia una vel plures, ad illas orationes... ». — *N.B. Item haec additio desumpta est ex Gen. Cap. Parisiensi an. 1266. Cfr. supra notam seu secund. variantem sub* § *30,* p. 68, n. *d.* (*h*) OMA (*et* F *post aliqua alia*) quando autem dicitur prophetia una vel plures ad illas orationes non.... (*i*) MFCVSAR orate fratres. — O *om.* fratres. (*j*) MVR interim. — F Et sic versi.... remaneant.... usque.... *uti Cod.* (*k*) M ante *pax dni.* (*l*) A *add.* et tunc surgant. (*m*) CVS *om.* dominicis et. — SMA In diebus autem festivis tam duplicibus quam aliis.... a corporis Christi elevatione. — S *om.* et sint prostrati. (*n*) *Solum quidam codd. a nobis collati vel unam vel alteram ex istis* §§ *34-37 habent. Codd.* CV § *34 longiorem et auctam sic exhibent:* « In festis vero duplicibus aliquantulum sint prostrati post elevationem Corporis Christi, et statim surgant, facto signo a cantore. Cantor vero signum faciat, cum sacerdos calicem deposuit et manus elevavit ». *Item, praeter codicem nostrum Londinensem soli* R et V *habet sequentes* §§ *35-37, quos tamen* V *ex hoc loco transtulit et immediate post* § *64 relegavit. Cod.* V *differt a nostro in istis, quae sequuntur:* « [§ 35:] Item... defunctis quando cantantur... in elevatione Corp. Dom.... sicut in missa de festo. [§ 36:] Si... solemniter celebretur... [§ 37:] Similiter... scilicet de S. Spiritu... de sancto Francisco, de sancta Cruce et consimilibus, in quibus dicitur... et Agnus Dei cum cantu solemni. Nec propter huiusmodi peculiares missas missa conventualis, que secundum ordinarium dici debet, aliquatenus omittatur, quin debita hora fiat. De missa vero sancti Spiritus in Quadragesima dicatur: ' *Dum sanctificatus fuero* ' ». (*Ultima pars huius additionis scil.* « De missa vero etc. » *habetur in nostro cod. sub.* § *71*). — *Paucis mutatis, haec eadem habentur etiam in* F *fol. 50r.a. Ceteri codd. non habent* §§ *34-37.* (*o*) R festivitatibus supradictis... ad elevationem... usque ad *per om. sec.* ante *Pat. nost.* Cfr. § 33.

§ 35. — Item in Missis pro defunctis que cantantur in festis novem [fol. 16v] lectionum, non prosternant se fratres nisi ad elevationem corporis domini sicut in Missa de sanctis (a).

§ 36. — Si vero Missa solemnior celebratur in die feriali, sicut in tribus officiis in constitutione positis (1), vel presente funere, et consimilibus, habeant se fratres sicut in festo.

§ 37. — Similiter se habeant in Missis peculiaribus de Spiritu Sancto, de Beata Virgine, et de Beato Francisco (b), in quibus dicantur *Kirieleison*, *Prefationes*, *Sanctus* et *Agnus* in cantu solemni: non tamen in Missis huiusmodi (c) dicatur *Gloria in excelsis* (d), preterquam in Missa de Beata Virgine et de Spiritu Sancto (2).

§ 38. — Item flectant genua fratres in (e) Quadragesima (f), quando dicitur tractus *Domine non secundum peccata*, ad illum versum *Adiuva*, et ad *Salve regina* (3), et ad *Ave regina celorum* (g) in principio tantum (h); et ad versum illum *O crux ave spes* etc., in ferialibus tantum (i) diebus.

§ 39. — Et nota quod ubicumque in ferialibus diebus genuflectitur, in diebus festivis inclinatur, preterquam in precibus Prime et Completorii, in quibus stent erecti et e regione conversi (j).

§ 40. -- In Missa autem post *Orate fratres*, usque ad *Sanctus*, stent ad altare conversi, et post *Sanctus* similiter, quandiu stant (k) erecti et communiter aliquid non cantatur.

(a) R festis. (b) R *add.* et similia. (c) R horum. (d) R *om.* preterq.— sancto. *add. vero.* In diebus festivis fratres non prosternant se nisi ad elevationem corporis Christi usque ad per *omnia secula seculorum. Idem ergo est ac supra ad* § 34 *additum.* (e) A *add.* in ferialibus diebus ad *Salve sancta parens* et in missa de sancto Spiritu, cum dicitur *Veni S. Spiritus* (et in quadr.). (f) OM *praemittunt:* Item flectant genua fratres in ferialibus diebus ad *Salve sancta parens*, et in Missa de Spiritu Sancto cum dicitur *Veni S. Spiritus*, et in Quadragesima quando (OF cum) etc. (g) F *add.* « et *Salve sancte pater* in pr. t. », *deinde alia ibi. cf.* fol. 49 r. a. (h) O tantum ad versum.... (i) FCOM *om.* tantum. (j) V *hic subdit:* « Item Prime preces et Completorii, diebus Dominicis et festivis, dicantur cum nota mediocri, diebus vero ferialibus sine nota ». (k) V *add.* stant erecti et hoc diebus dominicis et festivis.

---

(1) Cum hic memorentur *Constitutiones*, ad illas primas profecto intenditur, quae anno 1239 in Gen. Cap. Romae factae fuerunt (cfr. Salimb. *Chron.* ed. Parm. p. 410, ed. Holder-Egger, p. 159), quae postea, ordinatae in meliorem formam a S. Bonaventura, dictae fuerunt Narbonenses (1260). De his *tribus* officiis vide *Const. Narbon* in *S. Bon. Opera*, t. VIII, p. 464 b; et ibid. p. 467 a, inter statuta Capituli Pisani an. 1263, ubi tota § 36 horum statutorum verbotenus repetitur.

(2) Paragraphus ista 37 et § 49 ex statuto Metis hic renovatae videntur. Sed parum post, anno scil. 1256 die 1 iunii, Alex. IV indulsit praecibus quorumdam Parisiensium, ut possint etiam « hymnum angelicum et sequentias dicere in privatis Missis,... *statuto contrario, et praesertim Metis in generali Capitulo edito, non obstante* ». Cfr. Sbaral. *Bull.* t. II, p. 133; Wadd. *Annal.* t. IV regesta, p. 434. — Eadem *Chron. 24 Gen.* 279, sed an. 1255. Cf. p. 111, n. 1.

(3) Primus, Ordo Minorum fuit, qui in suo Breviario inseruit antiphonas: *Regina coeli*, *Alma redemptoris*, *Ave Regina* et *Salve Regina*, ut constat ex citata epistola fr. Ioannis de Parma (Wadd. 1249 n. 2), et assentire videtur Batiffol, op. cit. p. 204.

§ 41. — Item (*a*), quandocumque dicitur *Gloria patri*, semper ab omnibus equaliter inclinetur et profunde: et quando dicitur (*b*): *Te ergo quesumus* etc., *et homo factus est*, in Credo: et in *Gloria in excelsis Deo* ad (*c*) *suscipe deprecationem nostram*, et in fine himnorum, et ad penultimum versum de *Benedicite*.

[M *Que debent dici ab uno vel a pluribus*].

§ 42. — In (*d*) diebus autem dominicis Invitatorium et ultimum Responsorium et *Alleluia* in Missa, semper a duobus cantetur (*e*) in medio chori (*f*); versiculi vero et *Benedicamus* ab uno dicantur in stallo (*g*).

§ 43. — In festis semiduplicibus oratio a sacerdote dicatur ad gradus ante altare in utrisque Vesperis et Matutinis.

§ 44. — Invitatorium, tertium, sextum et ultimum Responsorium, et graduale et *Alleluia*, cantentur ad pulpitum a duobus in medio chori (*h*).

§ 45. — Item in ferialibus diebus inter pasca et pentecosten, secundum *Alleluia* cantetur in Missa a duobus fratribus (*i*).

§ 46. — Brevia (*j*) vero Responsoria, et versiculi, et *Benedicamus*, in Matutinis et utrisque Vesperis semiduplicium (*k*), dicantur a duobus ad gradus ante altare: et unus cereus habeatur in (*l*) Vesperis et Matutinis.

§ 47. — Si vero in secundis Vesperis a (*m*) capitulo in antea fiat de festo simplici, totum fiat sicut in festo simplici (*n*).

(*a*) F *novam paragraphum incipit et alia hic addit similia.* (*b*) O *add.* « *Te deum laudamus* ad illum versum *te ergo....* ». (*c*) OS quando dicitur. (*d*) OMFSCVAR praemittunt: « *Invitatorium et omnes versiculi cum Benedicamus ab uno fratre tantum dicantur in sede sua, in ferialibus diebus* (F *add.* in vesperis et matutinis) *per totum annum, et etiam ab octava Resurrectionis usque ad Ascensionem. Item in festo* (A in festis vero) *novem lectionum et diebus Dominicis invitatorium...* » etc. ut in Cod. (*e*) O *add.* ad pulpitum. (*f*) MFCV dicatur a duobus ad pulpitum in medio chori. (*g*) A *add.* in loco suo. (*h*) A *om.* a duobus. (*i*) OCVSA *non habent* § 45. (*j*) F *pluribus variat hic et fere ubique in sequentibus, quae utique recentiora sunt.* (*k*) OCVSAR *om.* semidupl. (*l*) OCVSAR *add.* utrisque. — V. *om.* habeatur. (*m*) O et a cap. in ante. — *Cod. vero* B *legit* in antiphona. (*n*) *Solus Cod. Lond. non habet elenchos festorum.* O *immediate addit:* « Hec autem sunt festa *semiduplicia:* festum S. Nicolai, S. Lucie, SS. Innocentium, Octava Ephiphanie, festum S. Agnetis, festum S. Agathe, utrumque festum sante Crucis, apparitio S. Michaelis, Octava Ascensionis, Octava b. Antonii, Octava b. Ioan. Bapt., festum S. Marie Magd., Octava S. Laurentii, Decollatio S. Ioan. Bapt., Octava natalis B. Virginis, festum S. Martini, S. Elisabeth, S. Cecilie virginis, S. Catherine virginis ». — *Praeter has festivitates etiam alias addit* M: « festum S. Andree Ap., S. Thome Ap., Conversio S. Pauli, S. Agnetis Virg., Cathedra S. Petri, S. Mathie Ap., Marci Ev., Apostolorum Philippi et Iacobi, fest. S. Barnabe Ap., S. Iacobi Ap., Petri ad vincula, S. Bartholomei Ap., S. Mathei Ap., S. Luce Ev., Apostolorum Simonis et Jude » — F *elenchum horum festorum transfert inferius in fol. 51r. a., et eius festa vix concordant cum ceteris codicibus et editionibus.* — *Cod.* V *in hoc elencho festorum bene concordat cum cod.* O, *excepto quod* V *omittit festa S. Luciae, Decollationis S. Ioan., et fest. S. Elisabeth.* — *In cod.* C *desunt:* Oct. S. Stephani, oct. S. Ioan., Decol. S. Ioan., et fest. S. Elisabeth; *et quoad alia convenit plerumque cum* M *et cum* S. — A *festa generatim habet uti* O *et* M.

§ 48. — Item (*a*) festum *beati Dominici* non transferatur de die suo, et ponatur in letaniis que cantantur (1).

§ 49. — Item ad Missas votivas non dicatur *Gloria in excelsis Deo,* nec in con-[fol. 17r]ventu nec extra, preterquam in Missis beate Virginis et de Spiritu Sancto, ut supra dictum est (2). Nec propter huiusmodi peculiares Missas, Missa conventualis, que secundum Ordinarium debet dici, aliquatenus omittatur quando debita fiat hora (3).

§ 50. — Item benedictio ista, scilicet, *Benedicat et custodiat nos omnipotens Deus pater et filius et spiritus sanctus,* dicatur ad omnes Missas in fine, data benedictione simpliciter cum manu, ante *Placeat tibi sancta Trinitas* (*b*).

§ 51. — Item in Vesperis et Matutinis habeatur semper una candella, quando fratres volunt et possunt, maxime in dominica.

[M *De festis duplicibus maioribus*].

§ 52. — In festis duplicibus maioribus (*c*), et immediate post secundam pulsationem, in utrisque Vesperis et Matutinis, sacerdos cum duobus cantoribus, vel quatuor in magnis conventibus, superpelliciis (*d*) induantur, et duo accoliti cum turibulario superpeliciis solummodo induantur (*e*), ita quod in principio tertie pulsationis, preparato turibulo, et luminaribus accensis, hoc ordine chorum ingrediantur: primo, precedant cantores, demum ceroferarii, tertio turibularius, dextera manu portans turibulum et sinistra incensum, ultimo sacerdos coram altari procedens, et stans in medio accolitorum, ponat incensum in turibulo.

(*a*) OMFCVSAR *non habent* §§ 48-51. *Extant tamen in cod.* B. — *Cod. vero* V *habet* § *50 et 51 ut infra.* (*b*) *Codex* V *habet hanc* § *50, sed relatam in* § *90. Differt tamen in istis:* « Item.... data benedictione cum patena vel corporali, ante *Placeat...* ». *Cfr. variantes in* § *90 ; cf. ibid. etiam* R. V *habet etiam* § *51 sed sub* § *65.* (*c*) AR duplici maiori. (*d*) *Cod. semper* superpliciis. (*e*) F *plura inserit, hinc pressius sequitur codicem* L *et* M.

(1) Mirum quod nullibi inveniatur decretum de nomine b. Francisci in *litaniis* ponendo, licet nullum dubium sit, illud introductum fuisse paulo post suam canonizationem (1228). Tardius tamen, in Gen. Cap. Narbonensi (1260), iussum fuit: « nomen [S. Clarae] ponatur in litania... et nomen b. Francisci in confessione [scil. in *Confiteor*] ponatur ». Si nomen S. Clarae et S. Dominici erat in litaniis, profecto deesse non poterat S. Franciscus. Cfr. Definit. Cap. Narb. in S. Bon. *Opera om.* t. VIII p. 465b.

(2) Cfr. superius notam sub § 37.

(3) Huc faciunt verba Fratris Salimbene (*Chron.* ed. Parm., 130, ed. H.-E. 301): « Verumtamen unam scripsit epistolam frater Iohannes generalis Minister, quam per totum ordinem misit, praecipiendo, quod omnes fratres Officium ecclesiasticum ubique secundum rubricam *Ordinarii* uniformiter facerent, quod prius non fiebat. Quia si habebant summo mane in conventu de mortuis aliquam Missam, ex illa in aliquibus locis contenti erant, et aliam, quae occurrebat illa die de dominica vel de festo circa tertiam [*scil. Missam conventualem*] penitus dimittebant; et alia faciebant quae vidi oculis meis, vel contra rubricam vel omnino praeter. Quae omnia per venerabilem patrem nostrum Iohannem de Parma, generalem Ministrum, in melius sunt reformata ».

Qu'il me soit permis, pour terminer cet ensemble de documents nouveaux, de parler d'un curieux MS. possédé par les Clarisses de Poligny, la vie de sainte Colette par Pierre de Vaux.

C'est un fait assez étrange que de la vie d'une française écrite par un français, nous n'ayons encore qu'une traduction latine, celle publiée par les Bollandistes, car on ne peut guère tenir compte de ce qu'en a donné l'abbé Corblet dans son *Hagiographie du diocèse d'Amiens,* tom. I, Paris-Amiens 1868, pag. 363 à 530.

La vraie raison de cette anomalie, c'est qu'on n'a pas encore su discerner le bon manuscrit qui servirait de base à cette publication. C'est cependant ce qu'il faut tout d'abord retrouver. Nous allons tacher d'élucider un peu le problème.

Il existe depuis longtemps, depuis le XVII[e] siècle au moins, une tradition: c'est que le MS. original de Pierre de Vaux fut donné par l'auteur aux Clarisses de Besançon et qu'elles le gardèrent jalousement. Après la Révolution, ce MS. fut confié aux Clarisses de Poligny, avec les autres reliques de la Sainte réformatrice, et lors du rétablissement du monastère de Besançon vers 1887, tandis que les

différents trésors, la croix miraculeuse, le bréviaire, les ossements du P. Henri, le MS. de Soeur Perrine, etc. revenaient en cette ville, le MS. de Pierre de Vaux restait à Poligny.

Bizouard (1) a raconté tout au long cette affaire. Que penser de cette tradition et de ce MS. ?

En voici d'abord une très exacte description:

Feuille de garde en tête: « *Ihs ✝ Maria. Ce libure est à l'usage des Rses de Ste Claire de Besançon* [écriture du XVIIe siècle semblable à une que l'on retrouve dans des pièces relatives aux Clarisses de Besançon et d'Amiens] *Confié à Ste Claire de Poligny* » [écriture fin XVIII ou com'. XIXe siècle]. Reliure de l'époque. Traces de fermoirs. Papier. Deux feuillets de garde en parchemin. 250 pages. 215^mm sur 170^mm.

Corrections au bas et en marge de certaines pages. Nombreux renvois à la fin, p. 229-250 sous les signes des lettres de l'alphabet. Je donne l'*incipit* et l'*explicit* de ces *additions:*

P. 229. A. Auquel religieux Dieu par sa grâce volut manifester en aucune especiale vision.... à la reparation duquel estat elle est efficaulment et vertueusement par tous les temps de sa vie exercitée et occupée comme l'oeuvre le montre et signifie. [Addition au ch. III. p. 21].

B. Entre lesquelz de la dicte compaignie en l'amenant ou dit couvent de besançon.... d'empres elle toutes les fois que devers elle se retournoit. [Add. au ch. VII. p. 45].

C. Laquelle reformation comment elle estoit à Dieu aggréable et... et la blancheur d'icelle corde la pureté et netteté de corps et de conscience qui est et doibt estre à ceulx et à celles qui par sa grace ont esté appelés à la ditte reformation. [Add. au ch. VII].

D. Une moult belle petite alouette luy fust... aux champs et aux boys avec les aultres de leur espece. [Add. au ch. IX].

E. Et pourtant que en lancement de la ditte reformation elle estoit en perplexité... et selonc ycelle statuerent et ordonerent que à tous iours mais, ledit office fut ainsi dit et fait. [Add. au ch. X].

F. Aucunes fois quand elle estoit en ses ferventes oraisons... et en la fin de saintes paroles la reconforta. [add. au X].

G. Une grace de moult grande excellence lui voult... elle demouroit comme toute transie et comme insensible. [add. au ch. XI].

H. Ung aultre miracle du signe de la croix. Une aultre fois que ladicte ancelle aloit d'ung couvent en l'aultre le char... excepté un petit la plante du piet. [add. au ch. XI. p. 108].

I. Ung aultre miracle du Signe de la Croix. Une autre religieuse estoit en l'enfermerie... elle fut toute garie et party le landemain toute saine de l'enfermerie. [add. au ch. XI. p. 109].

K. Quant elle estoit joene et petite... jusques à l'eure de vespres. [add. au ch. XIII. p. 117].

L. Excepté que aucuneffois apres yceulx griefs... à l'ancelle et espouse de leus souverain roy. [add. au ch. XIV. p. 130].

M. L'une des desolables paines... vierge Marie. [add. au ch. XIV. ad finem. p. 131].

N. Encore une aultrefois que elle estoit à l'office divin... quant je serai hors du couvent aussy bien comme dedens. [add. au ch. XV. p. 141].

(1) *Histoire de Ste Colette,* 489 suiv.

O. Une fois elle existant à table... comme elle avoit precongnue. [add. au ch. XVII. p. 168].

P. Il fut ung religieux de grande dignité... du tout expedies et perdurablement glorifiez. [add. au ch. XVII. p. 160].

Q. Encore en ung aultre de ses couvens avoit une devote religieuse... apres elle au royaulme de paradis. [add. au ch. XIX. p. 199].

R. En la ville de Poulengi estoit ung notable bourgois et marchant nommé jehan Courart... vesqui apres plus de cinq ans. [add. au ch. XX. p. 213].

S'. En la ville de Pouligni eut une bourgoise... que ce elle n'eust onques esté malade. [add. au ch. XX. p. 214].

SS". Une dévote religieuse par la permission divine... de laquelle tantost qu'elle en eust goustée elle se trouva garie. [add. au ch. XX. p. 214].

T. Une notable femme de la ville d'Orbe... et ledit enfant fut parfaittement gary et sané. [add. au ch. XX. p. 216].

U. Une religieuse estans au courent de la petit ancelle... garye de la ditte enfievre punaise et mesellerye. [add. au ch. XX. p. 217].

X. [p. 243-250]. Une fois la petite ancelle de notre S. étoit allée visiter le couvent d'Auxonne...

Du couvent de Pouligny...

En celluy couvent de Pouligny...

Du couvent de Besançon...

Une religieuse estoit en ung de ses couvents...

Une seur nommèe Henriette...

Du couvent d'Orbe fut une religieuse...

En cellui couvent d'Orbe...

Une seur nommée Margarite de Beauvoir.

[P. 246]. Une religieuse en ung de ses couvens fut moult angoisseusements malade d'aucune maladie secrete que nullement ne voloit dire. Et si en estoit gravée et traveillie de cuer et de corps qui luy sembloit que plus ne la pourroit porter sans le manifester dont elle estoit moult dolente et sy ny provoit trouver quecumque remede. Si advint que le jour de la Penthecoste apres la reception du tres [p. 247] precieulx corps de notre seigneur, la dicte religieuse estant à l'église en grant angoisse de cuer, et comme elle qui estimoit que jamais fruit ne pourroit faire en la religion, retourna en son cuer à la petite ancelle de notre seigneur et luy pria humblement que elle voulsist avoir pitié et compassion d'elle. Merveillez fust, car incontinent en la propre place elle fut si parfaittement guarye que oncques depuis ne senty de la ditte maladie mal ne doleur. Et non pas tant seulement de la ditte maladie mais aussy d'une aposteume que longuement avoit portée au costé dont elle estoit moult afflicte. De celle heure en avant plus ne le senty et fut depuis aussy saine et aussy alegie qn'elle avoit oncques esté.

Une religieuse par l'espace de iiij. ans...

Une aultre religieuse secretaine du couvent où elle demouroit.....

Une notable borgoise de Bryode, femme de Iehan Sandu avoit eu costume d'enffanter ses enfans à moult grant paine et excessive douleur, dont elle avoit en son cuer une grande tristesse et freour [p. 249]. Advint dernierement comme elle traveilloit d'enfant en moult grant paine, elle se recommanda humblement à la glorieuse vierge Marie et à la petite ancelle de notre seigneur, et incontinent elle enfanta ij. enffans, c'est assavoir ung filz et une fille. Desquelx enffans l'ung qui estoit fils

avoit vye, et l'aultre qui estoit fille n'en avoit point. Donc la dicte femme et son mary furent moult afflictz et desolez. Lequel enfant mortnez ardentment et devottement recommandèrent aux merites de la petite ancelle, et assez tost la recommandation faite, il demonstra avoir vie. Dont leur tristesse et douleur fut transmuée en grant joye et lyesse et fut baptisez et au saint fons de baptéme regeneres. Et le nom de la ditte ancelle, c'est assavoir Collette, luy fust imposeez, et est encore vivant à la fasson de ceste presente escripture.

Ung notable homme de la viscontée de Carladez et d'une ville nommee . . . . (1) fut si griesment et incurablement malade que par les medicins il fut jugiez à morir et qui n'estoit pas chose possible que voye naturelle il peust jamais gairir. Et de fait plusieurs fois la chandelle luy fut baillie à la main pour ce que on estimoit qui trespasseroit. Il estoit enflez par le ventre comme ydropiques et les jambes grellez et seches, et si avoit comme tout le sens perdu, et avec ce il avoit comme une grosse barre au travers du ventre. Sa femme qui estoit norrice des enfans du tres noble et tres puissant prince conte de la Marche [p. 250] humblement et devottement, par le consentement de son mary mortellement malade, comme dit est, le voua à la petite ancelle de nostre Seigneur et le reccomanda et fist recommander à ses saintes prières, et assez tost après par ses mérites il fut parfaittement guary et sané.

Une femme de bien et d'honneur demourant en une ville de Calnomme causac (?) avoit traveilliet d'efant par l'espace de VI. ou VIJ. jours moult doloreusement et angoisseusement et si ne povoit enfanter et finablement elle fut par les matrones et saiges femmes habandonnee et jugerent que elle n'enffanternit point. Aucun noble prince à qui la congnoissance en vint, meu de pitié et de compassion, par aucun homme d'esglise charitablement la fist visiter et avecques luy aucunes saintes reliques porter, entre lesquelles en y avoit de la petite ancelle de notre seigneur, à laquelle elle fut devottement recommandée et vouée. Et assez tost après que la ditte traveillant eut touchié audittez reliques, elle enfanta deux enfans tous vis, lesquelx furent baptisiez et regenerez au sains fons de baptesme ».

Les passages ici publiés ne se trouvent pas dans le MS. d'Amiens dont nous parlerons, et c'est pour ce motif que nous en donnons la teneur entière.

A la feuille de garde en parchemin de la fin du livre, on trouve cette note dont le fond est très connu :

« Comme notre glorieuse mère . . . . (?) singulier refuge à sainte oreson.

« Moy frere glende champion notifie que moy estant au couvent de sainte clere d'Amiens, province de France, venerable seur Marie de la Marche fille du roy Jaques, vicayre dudit couvent, me racuntitz sce qui s'ensuit en disant: Moy se[r] Marie demourant au couvent de Besancon par le temps que la bulle et ses divisions de l'ordre de s. françois se publioient par deça les monts, venerable frere Jehan de Capistrano premier vicayre par dessa le monts vient

(1) Le nom de la ville manque.

demander à notre glo. m^re^ S^r^ collete ou dit couvent s'elle et ses filles se vouloyt point mettre en ceste bulle (1) laquelle non confiant en soyt, demendit 3 jours pour donnes réponse. Esqueux trois jours ordonnat continuelement deux se^rs^ estre en oreson jo^rs^ et nuyt et quand les deux estoent lassées, deux aultres estoient incontinant substituee et ault bout des 3 jo^r^ demandant ledit f^re^ Io. instament reponse, laquelle répondi, quaa la matiere estoit pesante, le priant d'avoyr ung petit de pacience et entretant demandat l'avis de ses filles les quelles par humilité se metoyt toutes à son voloir et de sce les reprint egrement, disant: mes filles, je vous dis que james ny deves consentir combien je ny metroie. Et pour les myeux certifie, derichié les fit metre en oreson et fire teulement leur devoir que la nuit ensuivant le dit f^re^ fut visité de notre seigneur et de luy eut teule réponse que à grant painne peut ilz attendre le jo^r^ qui ne courir a la chapelle de la glo. M^e^ priant à aulte vois: O Se^r^ Collete, je te crie mercj. Ie te dis ma coulpe de t'avoir empechie et perturbee sans cause ne james de cecy te melesteray quar je corroyt que tu es bien et justement et ta reformation est selon Dieu et saint franchois et portant perseveret comme tu as commencer, quar dieu est avequez toy. Adonques biens pacifié et bon amis d'elle sce partit et grand reverence avec ung f^re^ que la glo. m^e^ luy ballet et s'en allaz morir sus les . . . . . (?) et tot le couvent demourat....

Le reste, une ligne environ, est illisible. Le morceau paraît autographe. Il est de la même écriture que le n° 55 du *dossier Casal* que nous avons étudié (2), ce qui nous permet de déterminer la paternité de ces très curieuses réflexions du n° 55, et de les attribuer au Frère Claude Champion.

Et maintenant que nous avons une description détaillée du ms. de Pierre de Vaux que l'on affirme être l'original, pouvons nous accepter la tradition et regarder ce codex comme l'autographe ainsi qu'on le prétend? Donnons quelques détails nouveaux.

Dans le procès de canonisation rédigé à Gand en 1747, procès en 33 cahiers de papier in-folio possédés par les Clarisses de Poligny (3), on remarque que le postulateur avait eu des préoccupations analogues aux nôtres. A la page 16 du cahier n° 6 on lit en effet qu'il se fit présenter par l'abbesse de Gand trois manuscrits:

« *Tria instrumenta publica, in pergameno conscripta in approbationem libri manuscripti iam compulsati, primum quidem in magno folio confectum iussu et authoritate Guilelmi abbatis Trinchiniensis ordinis*

(1) On pourrait croire qu'il s'agit de la bulle *Ut sacra ordinis minorum*, nommée aussi *Bulla Eugeniana*, du 11 janvier 1446, obtenue par S. Jean de Capistran. Cette bulle rendit durable l'institut des Vicaires généraux des Observants. Voir Wadding, *Annales*, ad an. 1446 n. 2; XI, 251; Holzapfel, *Manuale hist. O. F. M.* § 23 p. 108. Toutefois cette supposition est impossible pour la bonne raison que le voyage de S. Jean de Capistran en France date au plus tard de 1442. Il s'agit à mon avis du décret du Concile de Constance dont nous a entretenu la soeur C. Ruffiné, et le Fr. Iean Maubert (*Etudes Franc.* t. XIX, 1908, p. 669).

(2) Dans les *Lettres inédites de Guill. de Casal* p. 8-10.

(3) Les Clarisses de Poligny n'ont plus en réalité que les 31 premiers cahiers

Praemostratensis, et Cornelii Voet decani ecclesie collegiate S. Pharaildis Gandensis de anno 1494, adhibitis testibus a duobus notariis publicis conscriptum appensis cum cordulis sericis viridis coloris duobus sigillis in cera viridi: alterum in folio minori confectum Hesdinij eodem anno 1494, adhibitis testibus a duobus notariis publicis subscriptum: tertium denique confectum Atrebati eodem anno 1494 adhibitis testibus, per duos similiter notarios publicos subscriptum ».

Dans le cahier n° 1 du même procès, on cite les pièces présentées au même procès de 1747:

1° « *Liber manuscriptus in quarto, gallico idiomate, continens vitam B. Colete a Petro a Vallibus, authenticatus instrumento et sigillis abbatis Tronchiniensis et decani ecclesie collegiate S. Pharaildis Gandensis anno 1494* ».

2° « *Instrumentum publicum in pergameno conscriptum authoritate prefatorum abbatis et decani per dicto libro manuscripto* (sic) *a notariis duobus signatum et iisdem sigillis munitum anno 1494* ».

3° La copie d'Hesdin de 1494. C'est le ms. 1. des Clarisses actuelles de Gand.

4° La copie d'Arras de 1494.

5° « *Alius liber manuscriptus in quarto, gallico idiomate, eamdem vitam continens a Petro a Vallibus conscriptam pretiosissimis picturis ornatus et oblatus monialibus a Margareta ducisse Burgundie sororis Eduardi regis Anglie* ». D'après le cahier 7 on y trouvait à la fin cette addition autographe: « Votre Loyal fylle Margarete d'Angleterre pryez pour elle et pour son salut ». En tête ses armes, une hymne et une oraison à Ste Colette (1).

6° Le texte flamand d'Olivier de Langhe. Original. 149 feuillets. daté du 22 janvier 1493. Cf. Bibl. roy. Belgique. ms. 3164 (4837-44) et *Lettres inédites de Guillaume de Casal.* p. 32 (2).

D'autre part, s'il faut en croire un document de 1624 cité par Bizouard (3) la Vie de la Sainte par Pierre de Vaux « est en deux tomes de caractères très anciens dont l'un est dificile à lire. Ils contiennent vingt chapitres avec un appendice de divers miracles faits en divers lieux par la prière et l'intention de sainte Colette. Le plus lisible a deux cent cinquante feuillets in-4° ».

---

(1) Cet admirable MS. de Marguerite d'Angleterre est aujourd'hui chez les Clarisses de Gand, coté n° 8.

(2) La suite de cette énumération indique au § 8 l'oeuvre de soeur Perrine: « *Manuscriptum in quarto idiomate gallico continens attestationem emissam a sorore Petrina de Balma, socia quondam B. Colete Virg. authenticatum instrumento publico et sigillo connexis anno 1494* ». Cette copie de 1494 avait été exécutée à Hesdin et contenait 69 feuillets (cahier N° 7). Elle est aujourd'hui chez les Clarisses de Gand. ms. 2.

Les Clarisses de Besançon ont une copie manuscrite de l'oeuvre de Soeur Perrine. — Une copie authentique de la même se trouve dans les cahiers 7, 8 et 9 du procès de 1747.

Ce même procès contient le premier *jet des Constitutions* daté d'Orbe, 1430 — des extraits de la *vie de S. Colette par Jean d'Ennetières*, cfr. *Lettres inédites* p. 32, note 4. — La copie de la bulle de Léon X, Sacre religionis *Cum itaque sicut dilectus filius noster Iohannes*. — Rome, 16 novembre 1521; cf. l. c. p. 31.

(3) *Hist. de Ste Colette*, 255-6.

Et l'abbé Bizouard admet, comme les Clarisses de Besançon de 1624, que Pierre de Vaux envoya son oeuvre originale aux moniales de cette dernière ville, et que c'est là qu'il faut en retrouver la trace.

Je ne crois pas que cette opinion puisse être soutenue. Prenons en effet ce MS. de Poligny: On y trouve beaucoup de fautes de copiste, *en* pour *on* par exemple, des répétitions (v. gr, p. 3), — des additions d'un mot (p. 15) et même d'une phrase au bas de la page (p. 8, 21, 199, 128, 213), mot et phrases qui ont été primitivement oubliés. La langue du ms. de Poligny est plus française et moins picarde, et l'auteur cependant parlait et écrivait en picard.

Enfin et surtout, nous avons trois copies authentiques de l'original de Pierre de Vaux, l'une contenue dans les cahiers du procès de canonisation de 1747, l'autre dans un MS. (papier et parchemin. Archives des Clarisses de Amiens carton 27, n° 1) et la troisième le MS. 1 des Clarisses de Gand. Or il y a entre les deux des différences notables de texte. Donc le MS. de Poligny n'est pas le MS. original.

Nous disons qu'il y a des différences de texte: les passages que nous avons copiés plus haut ne sont pas dans le MS. d'Amiens. Le MS. d'Amiens est seul en langue picarde. Il renferme lui-même certains passages qui ne se trouvent pas dans le MS. de Poligny. L'ordre du récit n'est pas toujours identique. Le MS. d'Amiens n'a point, en particulier, ces multiples renvois à la fin sous la rubrique des lettres de l'alphabet que nous avons vu précedemment.

Reste à prouver la valeur du texte d'Amiens. Elle est indubitable. Déjà en 1747 elle fut reconnue.

On lit de plus à la fin même du MS. ces paroles:

Che livre fut encommenchié par j e h a n b r a n d i n le viij jor de maers en l'an de la nativitet de notre seigneur 1494 et fust accomply le xxiiij^e jour dud. mois la veuille de l'anunciacion notre seigneur l'année dessusdite.

« *De praesenti copia facta fuit collatio legitima cum originali. Per me Reginaldum Leurin presbyterum auctoritate apostolica publicum curieque Morinen. notarium unacum providis viris domino Laurentio Part presbytero et Mikaele de Herbelles arcium graduato, et concordat. Teste signo meo manuali hic aposito anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto mensis aprilis die decima octava* ».

La fidélité de la copie « Leurin » de 1494 est attestée par l'abbé prémontré de N. D. de Tronchiennes, Guillaume, et par Corneille Voet, doyen de l'église collégiale de S. Pharahilde de Gand, le 15 mai 1494, avec leurs sceaux.

La conclusion qui ressort de cette petite dissertation, c'est que l'éditeur de la vie de Ste Colette par Pierre de Vaux, et j'espère pouvoir bientôt me glorifier de ce titre, doit ne pas faire fi du très intéressant MS. de Poligny, mais qu'il doit prendre pour base le MS. d'Amiens, copie certifiée de l'original.

XVII.

Nous donnons enfin quelques pièces tirées des archives municipales de Gand. Sur notre demande M. van der Haeghen, le savant conservateur de ce dépôt, a bien voulu nous en adresser la copie.

Trois de ces pièces nous sont révélées par un vidimus sur parchemin d'Antoine de Buxo, gardien de Dole, délivré le 17 mai 1443.

La première est la lettre de Guillaume de Casal à Henri de Baume, Thonon 25 septembre 1434, et publiée dans AFH II, 1909, 455.

La seconde est une lettre d'Antoine de Massa général de l'Ordre au même P. Henri de Baume.

In Christo sibi carissimo fratri Henrico de Palma provincie Burgundie, frater Anthonius de Massa, tocius ordinis fratrum minorum generalis minister et servus et sacre theologie magister salutem et pacem in Domino sempiternam. Sacratissimarum religionum ordinis nostri et Sancte Clare ad incrementa virtutum pervenire affectans et totis precordiis fraterna sollicitudine desiderans, hinc est quod de tua laudabili vita et sufficiencia precipue confidens, illa tibi placide concedimus que aspiciunt anime salutem et dictarum religionum honestatem et profectum. Quapropter tuis et carissime filie nostre in Christo sororis Colete iam dicti ordinis sancte Clare piis et iustis postulacionibus condescendens, tenore presencium te nostrum commissarium instituimus cum plenitudine potestatis super omnes fratres in monasteriis edifficatis per dictam sororem Coletam seu edifficandis commorantes, et super omnes sorores sancte Clare quos et quas Deo auctore in sancta religione agregastis. Videlicet in conventibus ordinis sancte Clare de Bisuncio, de Auxona, de Poligniaco, de Sorrogio, de Molinis, de Aquasparsa, de Viviaco et de Orba provincie Burgundie et de Decisia (1) *provincie Turonie, ita quod tu possis de consilio dicte sororis Colete et aliarum sororum discretarum dictorum locorum in prefatis conventibus seu monasteriis instituere et destituere confessores et alios fratres locare et repetere. Item quod tu possis omnia predicta monasteria visitare corrigere et punire et sorores de loco ad locum mutare, causa mutandi seu edifficandi locum, societate matura honesta secura eisdem prudenter assignata. Item quod tu possis licenciare eandem sororem Coletam auctoritate nostra, quod ipsa cum duabus sororibus vel pluribus possit visitare sorores suas omnium conventuum cum fuit necessitas evidens, et si contingat quod de novo aliquod cenobium earumdem construatur quod ipsa cum sororibus suis per eam electis possit accedere ad idem et in eo residere, si sit necessitas evidens refformacionis. Item quod possis recipere ad nostrum ordinem fratres clericos et laycos ad noviciatum et ad professionem pro subsidio dictorum conventuum, statutis nostri ordinis super eorum vita et sufficiencia penitus observatis, et confessores sororum possint tantum (tamen?) ad noviciatum fratres recipere in ordine. Item tibi concedimus quod tu possis mittere fratres tibi subditos ad sacros ordines et eos presentare episcopis pro confessionibus audiendis, statutis nostri ordinis super eorum vita et sufficiencia observatis. Item tibi concedimus quod tu possis mittere pro fratribus nostri ordinis ubicumque*

---

(1) Besançon, Auxonne, Poligny, Seurre. Moulins, Aigueperse, Viviers, Orbe, Decize.

existentibus pro habendis salubribus consiliis cum eisdem, et quod ipsi possint manere vobiscum pro vestro adiutorio nisi fuerint in officio prelacionis de facto constituti. Item quod tu possis mittere fratres tibi subditos ad conventus nostri ordinis de Dola, de Cheriaco, de Saleriis et de Biffrato (1) *pro mansione ibidem facienda et eciam recipere in vestro auxilio fratres dictorum locorum et conventuum secundum tuam et sororis Colete gardianorum et fratrum assensu providam discrecionem prehabitam. Item si aliqui fratrum nostri ordinis venerint ad te pro observatione regule sanctiori, possis eos absolvere a quacumque sententia ad nos spectante si indiguerint. Item si fiat aliquod monasterium sancte Clare de novo, concedimus tibi quod tu possis assignare sorores et mittere ad locum de novo constructum et assignare fratres in eodem loco pro servicio dictarum sororum ponere secundum morem et formam aliorum conventuum. Item concedimus quod si te contingat ab humanis discedere, quod possint fratres predictorum conventuum una cum abbatissis supra dictorum conventuum auctoritate nostra alium sibi eligere in nostrum vicarium et patrem vices nostras in omnibus gerentem. Item concedimus omnibus fratribus et sororibus tibi subditis quod sex vicibus in anno possint se facere absolvi nostra plena auctoritate. In his autem vel in aliquo premissorum nolumus quod aliquis me inferior valeat vel possit te vel aliquem seu aliquam predictorum quovis modo aliquatenus impedire per obedientiam salutarem, non obstantibus quibuscumque graciis seu privilegiis per me datis sive dandis. Supradictas gratias non intendimus revocare in capitulis generalibus vel alibi nisi de verbo ad verbum expressa mencio fieret de eisdem in scriptis. Vale in Christo Iesu et ora pro me. Datum Rome die sexta mensis septembris anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo septimo.*

La troisième pièce enfin est une lettre de Guillaume de Casal au P. Henri de Baume, et donnée à Toulouse en 1437, avec cette simple indication de temps: *tempore nostri generalis capituli inibi celebrati.* Elle est conçue en termes presque identiques à ceux de celle précédemment publiée (AFH II, 1909, p. 455, n. VIII).

Dix années plus tôt, dès 1427, le P. Henri de Baume avait reçu du ministre général Antoine de Massa une feuille de pouvoir l'instituant vicaire général sur plusieurs couvents de l'observance régulière. Cette pièce est en copie de l'époque, sur parchemin, dans le fonds des Pauvres Claires des archives municipales de Gand. En voici la teneur:

In Christo sibi carissimo fratri Heinrico de Palma provincie Burgundie frater Anthonius de Massa, totius ordinis fratrum minorum generalis minister et servus ac sacre theologie magister, salutem et pacem in Domino sempiternam. De tua laudabili vita et sufficiencia precipue confidens, omnes gratias tibi alias per me concessas et sorori Colete filie mee carissime, nec non et abbatissis suorum conventuum, per ipsam edificatorum et etiam edificandorum in futurum, verum eciam et fratribus cum eisdem commorantibus per presentes confirmo et ratifico. Item augmentando gratias per me tibi concessas, te instituo vicarium meum cum plenitudine potestatis super conventus in observantia regulari in predicta provincia Burgundie viventibus, videlicet Dole, Cheriaci, loco

(1) Dole, Chariez, Sellières. *Biffrato* me fait penser à Béziers: *Biterris*, mais je ne puis l'identifier. Ou serait-ce *Berchorio*, Bressuire?

Saleriarum et Biffrati (1) *et quod pro eisdem possis recipere fratres tam clericos quam laicos ad noviciatum et ad professionem. Item si contingat te ab humanis discedere, possint fratres predictorum conventuum una cum abbatissis supradictis auctoritate mea alium sibi eligere in fratrem et meum vicarium vices meas in omnibus gerens. Vale in Christo Iesu et ora pro me. Datum Casali, tempore nostri generalis capituli in festo Penthecostis ibidem celebrati. Anno Domini millesimo CCCC°XXVII° undecima die iunii.*

Visa.

XVIII.

C'est toujours à Gand, mais alors chez les Clarisses, que se trouve une dernière pièce de 1461, en original, avec sceau plaqué. C'est une lettre de Jacques de Sarzuela, général de l'Ordre, adressée aux Clarisses:

Paterno affectu cupiens statum congregationis vestre cunctorumque nostri ordinis visitatorum vestrorum confessorum ceterorumque vobiscum degentium in observantia regulari et pace et serenitate consciencie nutrire, dirigere, protegere et conservare, ut quemadmodum a principio fundationis vestrorum monasteriorum, vivente bone et sancte memorie sorore Coleta matre vestra incepistis et vixistis, sic xpo auxiliante usque in finem perseveretis habito super hoc maturo et deliberato consilio cum reverendis ministris Francie, Burgundie, Turonie, Provincie, in quorum provinciis maior pars vestrorum monasteriorum est fundata, et de concilio et assensu omnium aliorum diffinitorum tocius nostri generalis capituli, tenore praesentïum declaramus sicut olim fecistis vos et omnes fratres qui vobiscum degunt, vivatis actusque vestros reguletis et dirigatis secundum regulam beate virginis Clare, quam Deo vovistis et promisistis et secundum statuta et declarationes vivente eadem sorore Coleta vobis data et tradita et per bone memorie fratrem Guillelmum de Casali predecessorem meum generalem ministrum confirmata et approbata olim Gebennis anno M°CCCC°XXXiiij die xxvijª Septembris... Datum Divione (2) *tempore nostri generalis capituli in festo Pentecostes celebrati. Anno Domini M°CCCC°LXj° et die xxvjª maij.*

fr. Ja^{b9}. G.

Visa: f.

XIX.

Nous aurions voulu, pour finir, étudier quelques pages d'un ms. du XVe siècle de la bibliothèque de Valognes: « *Dyalogus inter fratres duos unum de Coletanis et alium de Observantia* » (ms. 16. f. 1 à 12); mais il m'a été impossible de faire venir ce MS. à Paris. Le comité de perfectionnement de la ville de Valognes est le seul en France qui refuse de seconder les efforts des travailleurs.

Paris. P. UBALD D'ALENÇON, O. C.

---

(1) Dole, Chariez, Sellières; Béziers (Bressuire) (?). (2) Dijon.

STATUTA PROVINCIAE SAXONIAE

condita Brandenburgi an. 1467, immutata Luneburgi an. 1494.

(E CODICE AMSTELODAMENSI, SIGN. I E 29).

Inter documenta Franciscana, quae magno virorum doctorum plausu hisce temporibus e bibliothecarum eruuntur latebris et vulgando curantur atque illustrantur, principem obtinere merentur locum medii aevi Statuta tam Generalia quam Provincialia. Norunt tamen viri periti, raro admodum inveniri exemplaria integra et incorrupta. Cuius rei causae fuerunt non solum persecutiones quas Ordo noster per saecula passus est, illa praesertim quae saeculo XVI pseudo-reformatione se iactabat, sed et ipsorum maiorum nostrorum incuria.

Sed quid loquor incuriam! Maioribus nostris econtra cura fuit ut antiqua quaeque Statutorum exemplaria delerentur! Iam anno enim 1260 sub ipsius S. Bonaventurae generalatu in Capitulo Generali Narbonensi definitum fuit:

« Quilibet Guardianus studeat sollicita diligentia in domo sua Constitutiones generales habere, quas ipse sub custodia reservet et caveat, quod ab extraneis nullatenus communicentur. Ipsas etiam Constitutiones faciat semel in mense suis Fratribus legi, ubi et quando sibi videbitur expedire, maxime septem capitula prima, quae omnem tangunt communitatem. **Et istis publicatis, veteres destruantur** (1).

Et quamvis in sequioris aetatis Statutis, sive Generalibus, sive Provincialibus — quae utique valde mutila ad nos pervenerunt — tale praeceptum non inveniatur, id tamen sine dubio saltem ex consuetudine et pro maiori observantiae utilitate servatum fuisse fas est opinari (2). Ante enim inventam artem typographicam valde erat timendum — ut unum solummodo tangam incommodum — ne fratres sive ex parsimonia, sive ex ignavia, radendo, exstinguendo, in marginibus addendo, aliisque huiusmodi remediis ineptis, antiquatas redactiones in novas commutare conarentur (3), textum misere corrumpentes et verba.

Multa igitur exemplaria priscorum Statutorum lugemus perdita. Nec meliorem sortem nacta sunt Provincialia quam Generalia; imo plerumque peiorem. Plurima enim exemplaria, si quando supererant, asservabantur in regionibus ubi persecutiones maiori vi grassatae sunt. Et sic perierunt.

---

(1) S. Bonaventurae, *Opera omnia*, VIII, Quaracchi 1898, p. 464, col. 2; F. Ehrle, *Die ältesten Redactionen der Generalconstitutionen des Franziskanerordens*, in *Archiv für Literatur- und Kirchengeschichte des Mittelalters*, VI, Freiburg 1892, 33; cf. 10-11.

(2) Ehrle, *Archiv*, VI, 11.

(3) Talem codicem memorat Ehrle, l. c. 11, Anm. 1 et 84.

Gaudens igitur quae sequuntur Statuta Provincialia suscepi edenda, quibus quippe non solum illustratur inclytae Provinciae Saxoniae historia, sed et exordia liberae evolutionis Statutorum Provincialium apud Observantes Ultramontanos (1). Statuta namque hic edita condita fuerunt vigore Decreti Capituli Generalis Observantium Ultramontanorum, anno 1467 Montis Lucii (Montluçon) celebrati, quo cuique Provinciae data fuit facultas redigendi propria Statuta Provincialia (2).

Antequam tamen ad ipsa perveniam Statuta, opus est nonnulla praefari, quibus tam historice quam critice illustranda esse videntur.

Regularis Observantia inde ab anno 1421 in Provinciam Saxoniae introducta (3), post varias vicissitudines anno 1452 firmissimas coepta est agere radices. Eo enim anno S. Ioannes Capistranus Praeses fuit in capitulo provinciali Provinciae Saxoniae ab Observantibus celebrato in conventu Arenstadiensi (Arnstadt), ibique «salutares fecit et fieri suasit ordinationes» (4). Provinciae Vicarius tunc electus (vel confirmatus) (5) est Fr. Henningius Sehle, qui usque ad annum 1468 officio suo functus est, et anno 1472 iterum electus, denuo Vicarii Provincialis munus obivit; cuius tamen triennio nondum expleto obiit (6). En verba, quibus eum memorat *Compendium chronologicum* mox laudatum:

«R. P. Henningius Sehle [Selem, Seelen, Zelen], Praeside S. Ioanne Capistrano 1452 in Capitulo Arenstadiensi electus, apprime Observantiam excrescere fecit. Vir hic erat omnibus numeris absolutus, et ideo vigore Indulti Congregationis Generalis successive repetitis vicibus reelectus, a. 1461 a Pio II. facultatem accepit quatuor novos Conventus aedificandi; a. 1467 e Capitulo Brandenburgensi Statuta Provincialia publicavit».

---

(1) Sedulo animadvertendum est non unam semper apud auctores usurpari methodum in denominandis binis Observantium familiis. Quos ex. gr. De Gubernatis, natione Italus, vocat Observantes Ultramontanos, eosdem Nicolaus Glassberger, natione Germanus, vocat Cismontanos vel Citramontanos; et vice versa. Nos imitamur authenticum loquendi modum apud de Gubernatis recte usitatum, illos vocantes Ultramontanos, qui pertinebant ad Familiam in partibus Europae septentrionalibus praecipue commorantem; Cismontanos vero nuncupamus, qui degebant in partibus Italiae et Orientis. Cf. De Gubernatis, *Orbis Seraphicus*, t. IV, Index secundus, p. 39 (in fine libri) et H. Holzapfel. *Handbuch der Geschichte des Franziskanerordens*, Freiburg 1909, 120.

(2) Cf. infra, in Statutorum Prologo, p. 99, nota 6.

(3) Gonzaga, *De orig. Seraph. Relig.*, Venetiis 1603, p. 766.

(4) Cf. *Compendium chronologicum Provinciae Saxoniae S. Crucis Ord. Fratr. Min.*, Warendorpii, s. a. (c. 1874), p. 16-19. — Utinam omnes Provinciae talia suae historiae — severiore tamen crisi — curarent edere Compendia! Non solum enim apud ipsos Provinciae filios, eorum quae maiores actitarunt augent notitiam foventque amorem, sed et exteris administrant media necessaria, si quando de aliena Provincia scribere eis contingit.

(5) *Compendium chronologicum* etc., p. 19.

(6) Eodem anno 1472 Fr. Henningius Sehle die 14 Augusti Congregationem habuit Provincialem in conventu Cellensi. Cf. L. Lemmens, *Niedersächsische Franziskanerklöster im Mittelalter*, Hildesheim 1896, S. 20, Anm. 5; P. Albert, *Matthias Döring, ein deutscher Minorit des 15. Jahrh.* Stuttgart 1892, S. 74, Anm. 6. Tabulam Congregationis Cellensis (non ipsas ordinationes, si quae forte factae sunt) typis habes vulgatam a R. P. Leon. Lemmens in opere *Jahrbuch der Sächsischen Franziskaner-Provinz vom H. Kreuze*, Düsseldorf, 1907, S. 1-9.

Et alibi:

« R. P. Henningius Sehle a. 1472 iam denuo reelectus, regularis disciplinae zelator eximius Provinciam strenue gubernavit. Triennio necdum expleto beato fine quievit in Domino, in Capitulo Generali Audomarensi cum laude recommendatus (1) ».

Statuta in Capitulo Brandenburgensi promulgata, iterum fuerunt revisa in Capitulo Luneburgensi per Vicarium Provincialem fr. Henricum Voss, cuius idem *Compendium* meminit his verbis:

« R. P. Henricus Voss, a. 1492 iterato in Vicarium Provincialem electus est, qui Statuta Provincialia, in Capitulo Luneburgensi recognita publicavit (2), quae inter alia provident ne Vicarii Provincialis tempus ultra triennium extendatur (3) ».

Haec ipsa igitur Statuta Provincialia, in Capitulo Brandenburgensi anno 1467 sub Henningio Sehle edita, et in Capitulo Luneburgensi anno 1494 sub Henrico Voss revisa publici hic fiunt iuris. Statutorum textum inveni in codice Bibliothecae communalis Amstelodamensis, sign. I E 29, fol. 44a-52b. Quem codicem iam fuse descripsi in hoc AFH I, 108-115, ita ut non amplius opus sit de eodem denuo disserere.

Praeter haec Statuta aliae in alterutro vel in utroque Capitulo factae fuisse videntur ordinationes, quod eruitur ex his verbis (II. 18): « Item omnes et singuli gwardiani sint solliciti quod ad laudem dei genitricis marie, ad minus in sabbatis, missa de domina semel in quolibet mense cum nota decantetur. Item offitium votiuum de beata virgine et spiritu sancto secundum variacionem temporum seruetur, provt in praesenti capitulo est determinatum (4), et ad singulos conuentus est transmissum ». Hae ordinationes tamen in nostro codice non inveniuntur.

Quoad modum, quo haec Statuta curavi notisque illustravi, haec memorare liceat.

Nonnullibi in ipsis Statutis expressis verbis laudantur auctoritates, a quibus Patres Definitores suas mutuati sunt ordinationes. Ubique conatus sum fontes istos accurate determinare. Quod tamen haud semper potui, cum plurima quae laudantur documenta nondum, quod sciam, sint typis vulgata. Hoc autem maxime obtinet in Statutorum nostrorum Capitulo II, quod est de rebus liturgicis.

Saepius namque laudantur Rubricae conditae in Capitulo Generali Pisano (II. 5. 6. 7. 10) anno 1263 habito, quae tamen teste

(1) *Compendium chronologicum*, p. 26 et 27. — Notatum velim, apud De Gubernatis, *Orbis Seraphicus*, III, 123, col. 1, inter nomina defunctorum, quae in Capitulo Observantium Ultramontanorum anno 1475 Audomari (St. Omer) celebrato memorantur, Fr. Henningii Sehle nomen non inveniri. Sola ibi ponuntur nomina Ioannis Psatelli, Nicolai de Orbellis et Ioannis Brugman.

(2) Quod factum est anno 1494. Cf. Prologus Statutorum. — Eodem anno 1494 Bartholdus Episcopus Hildesheimensis celebravit Synodum Dioecesanam « apud Fratres Minores ». Lemmens, *Niedersächsische Franziskanerklöster*, S. 22, Anm. 1.

(3) *Compendium chronologicum*, p. 28. — Quoad determinationem de Vicarii Provincialis triennio vide infra VII, 10.

(4) Haec determinatio facta esse videtur in Capitulo Luneburgensi. Vide infra, p. 102.

R. P. Ehrle nondum fuerunt typis vulgatae (1). Semel allegatur Capitulum Generale Ferrariense (II. 13), sed quae ibidem dicuntur constituta, minime reperies in actis Capitulorum Generalium Ferrariae olim habitorum annis 1383, 1424 et 1472 (2). Laudatur insuper nonnumquam « modus noviter ordinatus » (II. 2), et alibi « Capitulum Generale » (II, 2 [in nota critica] 5. 8. 13), quin definiatur, ubi vel quando sit habitum (3). Alia praeterea citantur documenta, quae hucusque mihi videntur inedita, ex. gr. Rubricae quaedam constitutae a SS. Pontificibus Ioanne XXII (II. 8. 9) et Clemente VI (II. 3. 4); provocatur quoque ad « scripta nostra (II. 21; VII, 5) vel ad « praescripta nostra » (II. 6. 22. 30) (4), vel ad consuetudines sive ipsius Provinciae Saxoniae (II. 14. 15. 19), sive solius Conventus Brandenburgensis (I. 1), sive aliarum Provinciarum (II. 26), sive demum Curiae Romanae (II. 9).

Ad plures contra locos apposui notitias congruas, quae ad textum illustrandum videbantur apta vel necessaria. Non semel quoque laudavi decreta Capitulorum Generalium Observantium Ultramontanorum inter annos 1451 et 1494 constituta, id est post condita anno 1451 Statuta Barchinonensia (de quibus cf. infra in nota 4 ad Statutorum Prologum), et ante redactionem Luneburgensem anno 1494 definitive stabilitam. Praecipue autem id feci ubicumque laudantur « Statuta generalia », vel « Statutum », vel « nova generalia ordinis instituta » (cf. Prologus et II. 24. 27; VI. 1 [bis]; VII. 3 [bis]. 5. 6. 8 [bis]. 9 [bis]). Nonnullibi deinde adduxi ordinationes, quae in Provincia Argentinensi, Saxoniae Provinciae terra et moribus contigua, eo tempore erant in usu, quasque invenire est in Chronicis a Nicolao Glassberger lepide conscriptis. Utriusque enim Provinciae hoc tempore eadem fere erant fata, eaedem vicissitudines. Eodem imo agebantur spiritu, Sancti inquam Ioannis a Capistrano, qui in utraque Provincia Observantiae Regulari stabiliendae strenue adlaboravit, cuius etiam Constitutiones

(1) Perpaucae inveniuntur in *Chronologia hist. leg.*, I, 27, col. 2. Integrae exstant manu scriptae in codice B 51 bibliothecae Capituli Paduani, et partim in cod. Vaticano 7339, fol. 116b-117b. Cf. Ehrle, *Archiv*, VI, 37 seq. not. 1. Ait tamen I. H. Sbaralea, *Supplementum ad Scriptores*, Romae 1806, p. 165, i. v. Bonaventura, n. 99. Rubricas in Cap. Generali Pisae 1263 conditas exstare impressas in libro *Familiaris Clericorum*, edito « Venetiis an. 1530, & 1561, in 8°, typis Juntae & Bindoni ». Idem Sbaralea, l. c. p. 60, sub *Anonymus* Italus XXXIII Florentinus, scribit eundem librum *Familiaris Clericorum* editum fuisse: « Venetiis an. 1517 per Gregorium de Gregoriis, deinde alibi in-8° ». Hunc tamen librum *Familiaris clericorum* (cuius editionem Venetiis an. 1542 typis cusam, una cum integro libri titulo memorat J. Ch. Brunet, *Manuel du libraire et de l'amateur des livres*, II, Paris 1861, s. v. Familiaris) nullibi in his regionibus invenire potui. — Ceterum huius Cap. Pisani an. 1263 Rubricae in hoc AFH mox vulgabuntur, a R. P. Hieron. Golubovich.

(2) Apud De Gubernatis, III, 76, 82, 121.

(3) « Capitulum generale » quod ad II, 2 (in nota critica) laudatur, celebratum fuit, ni fallor, post annum 1517, cum in codice eadem (tertia) manu fuerit adscriptum, quae exaravit notam ad IX, 1, in qua sermo est de Ministro Provinciali. Cf. infra, p. 102. Ad alia duo loca (II, 5 et II, 13) ubi etiam provocatur ad « Capitulum generale », in notis addidi ea Capitulorum Generalium decreta, quae spectari mihi videntur.

(4) « Iuxta prescripta nostra », quod II, 23 occurrit, significat *Ordinarium Divini Officii*. Cf. infra ad h. l. *Cer. Vt.* denotat editionem *Ceremonialis Vetustissimi O. M.* hoc fasc. 64-81 factam.

et Declarationes, anno 1443 editas (1), Statutis Provinciae Saxoniae intime esse coniunctas, cuique intuenti statim patebit.

Quaenam ex hisce Statutis Provinciae Saxoniae decreta fuerint anno 1467 in Capitulo Brandenburgensi, quae vero in Capitulo Luneburgensi fuerint addita vel mutata, ipse codex nullibi manifestat, uno excepto loco (VII. 5), ubi expressis verbis dicitur: « ex determinacione capituli presentis, scilicet brandenburgensis ». Ex quo etiam eruendum esse videtur, alio loco, ubi scribitur « in presenti capitulo » (II. 18), quin addatur aliquod distinctivum, Capitulum Luneburgense intelligi debere (2). Nonnullibi tamen in codice manu, ni fallor, coaeva atramento depictum invenitur signum], quo additiones et immutationes Luneburgenses videntur assignari. Id saltem in uno loco certum est. Ex libro namque iam saepius laudato *Comp. chronol.*, p. 28 patet, in Capitulo Luneburgensi fuisse determinatum, ut munus Vicarii provincialis ultra triennium non protraheretur (cf. supra, p. 100). Haec autem determinatio exstat in Statutis infra editis VII. 10, his verbis: « Item offitium prouincialis vicary ad plus de cetero non nisi ad triennium extendatur ». Post verbum vero « extendatur » in codice ipsum signum | ponitur. Quidquid est, omnia signa, etiam minima, lineolas quoque omnes quas in codice inveni textui adscriptas, diligenter curavi suis locis adnotandas in notis criticis. Post alios enim codices forte detegendos adminiculo esse poterunt, ut Statuta Brandenburgensia a Luneburgensibus ad amussim discerni queant.

Ad textum prout in codice exstat duae praesertim manus aetate diversae hic illic nonnulla addiderunt vel in ipso textu aliqua mutaverunt. « Secunda » et « Tertia » manus a me vocantur. Secunda manus, ipsi amanuensi paene coaeva, nonnulla in margine adscripsit claritatis plerumque gratia (sc. ad I. 4: IV. 3. 4: VII. 3. 4). Tertia manus non solum in margine novas quasdam addidit determinationes, sed et nonnullibi verba ex ipso contextu abradere aliaque superscribere est ausa (cf. notas criticas ad II. 2. 9. 12; IV. 4; VI. 2; VII. 2. 3. 9; IX. 1). Haec tertia manus certo videtur sua egisse post annum 1517. Notavit enim ad IX. 1: « Item misse perpetue in conventibus numquam recipiantur neque memorie sine expresso consensu R. p. ministri provincialis ». Fratres vero Observantes ante annum 1517 non habuisse Ministros Provinciales sed solummodo Vicarios Provinciales, non est quod hic moneam.

Medii aevi orthographiam duxi retinendam. Hac enim edendi methodo magis delectantur viri periti, et facilius explicantur atque indicantur lectiones variae, quae in aliis codicibus, quos spero detegendos, offeruntur. Solam inter i et j litteras negligendam putavi differentiam, cum in ipso codice incerta scribantur et adhibeantur methodo. Ubique igitur i litteram posui. Interpunctionem tamen ipse addidi. Ipsum tandem Statutorum contextum per singula capita numerorum distinxi serie, ut promptior sit cum aliis Statutis iam editis vel postea edendis collatio.

(1) Typis habentur vulgata apud De Gubernatis, III, 95-106; *Chronologia historico-legalis*, I, 102-112.

(2) Cf. supra, p. 100, nota 4.

[fol. 44a] **Incipiunt statuta prouincialia edita anno dni. 1467 in capitulo brandenburgensi et iam aliqualiter inmutata Anno dni. 1494 in capitulo luneburgensi** (*a*) **per ablacionem quorumdam abolitorum et insertionem quorundam magis accomodorum.**

PROLOGUS.

Quoniam Reverendus pater noster Vicarius generalis (1) in capitulo generali, Anno domini 1467 in conuentu montislucii prouincie burgundie profesto penthecostes celebrato, voluit, vt singule prouincie de statutis reuerendorum patrum generalium et prouincialium vicariorum illa eligere et habere possent, alys dimissis, que amplius pro manutenentia ac directione obseruantie regularis conducere viderentur (2), Propterea reuerendus pater et frater Henningus Selen (3), Vicarius prouincialis, ac diffinitores cum ceteris patribus Anno domini 1467 in conuentu brandenburgensi profesto assumpcionis gloriose virginis Marie capitulariter congregati, de omnibus statutis eorumdem patrum vicariorum aliqua que magis vtilia et salubria videbantur extrahere et in vnum, ne ignorantia sit occasio delinquendi, redigere [*supple:* decreuerunt] secundum ordinem capitulorum statutorum generalium barcinone (4) editorum, vt facilius eorum noticia haberetur, provt presentium tenor ostendit — feceruntque omnibus aliis seclusis quia etiam iam in vsu habentur — [eaque] citra peccati vinculum ab omnibus fratribus huius prouintie Saxonie vicariatui subiectis voluerunt et statuerunt obseruari.

(*a*) Post *luneburgensi* in codice depictum exstat signum], de quo cf. supra, p. 102.

(1) Scilicet R. A. P. Ioannes Philippi, primo electus die 17 Maii 1467. Ct. de eo Glassberger, *Chronica*, in *Anal. Franc.*, II, p. 428 et in Indice, p. 612, col. 1.

(2) En verba Capituli Montis Lucii, anno 1467 celebrati: « Item ordinatum est ad conscientiarum pacem et tranquillitatem, quod de statutis et ordinationibus, temporibus retroactis per quoscumque prelatos, tam Vicarios Generales quam Provinciales et editis, tantum illa debeant observari, quae Capitulum Provinciale cuiuslibet Provinciae videbuntur ad regularis observantie conservationem et incrementum idonea ». *Speculum Minorum*, Rothomagi 1509, I, 73a; *Firmamentum*, Venetiis 1513, I, 39b2; Glassberger, *Chronica* (ed. cit.), p. 430. — Hoc statutum desideratur apud De Gubernatis, *Orbis Seraphicus*, III, 118.

(3) De quo, vide supra, p. 99-100.

(4) Celeberrima sunt ista Statuta Generalia Barchinonensia, quae anno 1451 in capitulo generali Observantium Ultramontanorum, Barchinonae (Barcelona) celebrato, sunt condita. Sunt quasi nova redactio Constitutionum Narbonensium, quas edidit S. Bonaventura, in capitulo generali Narbonensi anno 1260. Statuta Barchinonensia per quatuor saecula et amplius, nomine licet nonnunquam suppresso, et variis licet in redactionibus et formis, fundamentum fuerunt Statutorum Generalium, quae apud varias Observantium familias olim in usu erant. Eorum imo vestigia adhuc reperire est in novissimis Ordinis Fratrum Minorum Constitutionibus Generalibus, a fel. mem. Leone Pp. XIII anno 1897 approbatis. Typis exstant vulgata Statuta Barchinonensia in opere *Monumenta Ordinis Minorum*, Salmanticae 1506, III, 249; item in ed. Salamanticae 1511, II, 265; insuper in *Monumenta Franciscana*, II, ed. R. Howlett, London 1882 (in *Rerum Britannicarum medii aevi scriptores*), p. 81-119. Compendium vero, idque lingua medii aevi Anglica, prodiit in *Monumenta Franciscana*,

[I]. *De nouiciorum receptione. Primum capitulum.*

1. Ordinamus quod pueri de cetero etiam sedecim annorum, nisi de speciali vicary prouincialis licentia, non recipiantur ad ordinem (*a*). Et in nouiciorum induitione seruentur benedictiones et huiusmodi secundum morem conuentus brandenburgensis. Et de breuiario, aut panno, seu alys prosequendis, uel de prandio, uel alys, conuentui dandis, nullatenus per fratres directe uel indirecte informetur (1).

2. Et non sic indifferenter et inexaminate recipiantur habitum petentes: et qui recipiendi erunt, cum summa diligentia instruantur, ac in humilitate et sancte oratio[nis stu] dio (*b*) per magistros ydoneos sibi deputandos, bene probentur et exerceant[ur, ita quod] huiusmodi magistri, quantum fieri poterit bono modo, secundum conuentuum dispositionem [in aliis] non ocupentur (2).

3. Et induendi absoluantur illa magna auctoritate Bonifacy Octaui (3) per vicarium prouincialem uel custodem uel commissarios eorumdem, quibus ipsi in hac parte hanc auctoritatem dederint; qui commissary hanc auctoritatem alys fratribus subdelegare non poterunt. Nec ad professionem recipiantur nisi de consensu maioris partis conuentus seu loci vbi probati fuerint.

4. Qui nouicy (*c*) per circulum conuentus bis uel ter ad minus in anno sue probacionis visitentur, et visitacione audita, ipsis vocatis ad capitulum, coram [fol. 44b] fratribus eorum pronunctientur defectus, vt se sciant ex hoc eo melius emendare, et etiam postea non sit eis locus excusacionis.

5. Item fratres conuentuales ad nostram familiam recipi cupientes et de licentia ministri, saltem petita, spe et intentione vberioris frugis,

---

(*a*) Post *ordinem* habetur in codice signum].

(*b*) Hic in codice desunt quaedam litterae, eo quod folii pars fuerit evulsa. Duae, quae mox sequuntur lacunae, ex eodem oriuntur defectu.

(*c*) Manus secunda in margine addidit: *a gardianis*.

[I], ed. J. S. Brewer, London, 1858 (in *Rer. Britt. med. aevi Scr.*), p. 574-578. — Optandum esset, ut Statuta Generalia Barchinonensia in commodum praesertim eorum, qui antiquis Ordinis nostri Statutis investigandis dant operam, denuo, critice tamen, ederentur, cum hucusque non inveniantur nisi in libris rarioribus.

(1) Vetitum informandi apud novitios de eorum bonis iam dedit Cap. Gen. Obs. Ultr., Fontinaci (Fontaneti) Comitum (Fontenay-le-Comte) anno 1457 celebratum. Cf. *Spec. Min.* 1509, I, 71a; *Firmamentum*, 1513, I, 88b2.

(2) Incisum quod 2 notatur fere integrum habetur inter ordinationes Capituli Fontinaci Comitum (cf. not. praeced.). Verba in codice mutila ibi habentur hac forma: « ac in humilitate et sancte orationis studio per magistros idoneos sibi deputandos probentur et exerceantur, ita quod huiusmodi magistri in aliis non occupentur secundum ordinationem capituli generalis ». *Spec. Min.*, 1509, I, 71a-b; *Firmamentum*, 1513, I, 88b2; cf. etiam Glassberger, l. c., p. 375.

(3) Id est privilegium Bonifacii VIII: *Volentes vestro aggregari consortio*, quod deest quidem apud Sbaralea, *Bullarium*, t. IV, sed quod exstat in variis Constitutionibus antiquis, ex. gr. in Constitutionibus quas « Farinerias » vocant (tit. I), sub Guilielmo Farinerio, Min. Gen., in Capitulo Generali anno 1354 Assisii habito conditis. Nuper has Constitutiones denuo vulgavit C. Eubel, O. F. M. Conv., *Bullarium Franciscanum*, VI, Romae 1902, p. 639ss. Exstat etiam bulla Bonifacii VIII in Statutis Barchin., Cap. I, ed. Howlett, p. 84.

non ad fugiendam correctionem venientes, et bene et diligenter examinentur et probentur, ac in humilitate debita tam in loco inferiori quam in alys teneantur, et sic post spatium certi temporis, vnius anni uel dimidii, mayoris quoque seu minoris, secundum personarum morum qualitatem, per vicarium prouincialem ad nostrum gremium recipi poterunt (1). Recepti autem non cito et faciliter ad offitia ordinis promoueantur.

6. Inhibetur quod nullus frater nostre familie tam nouicius quam professus audeat litteras mittere alicui intra uel extra ordinem, nec etiam litteras sibi missas ab alio recipere uel aperire sine licentia gwardiani sui, uel in eius absentia, alterius presidentis, cum commode non poterit aduentus gwardiani exspectari. Et si quis contrarium fecerit grauius punietur (2).

7. Professi tamen vicario litteras mittere possint, nec est necesse quod eas gwardianis ostendant. Item nullus frater laycus nesciens litteras eas adiscat, nisi dumtaxat *Confiteor, Suscipiat dominus, Miserere mei deus, Benedicite, Gratias* (3), Et *de profundis,* sic tamen quod litteras alphabeti non adiscant. Nec detur alicui licentia studendi pro clericatu, licet in seculo didicerit litteras.

[II]. *De diuino offitio. secundum capitulum.*

1. Quoniam secundum Augustinum beatum Divino officio nichil proponere licet, Hinc est quod, vt ipsum diuinum offitium reuerentius ac decentius possit persolui, Ordinatur quod cantores et ceteri officiarii ad hoc deputati, nec non et fratres iuuenes sollicite prouideant ea que legenda uel cantanda sunt in ecclesia; et illi qui in hoc deprehensi fuerint culpabiles debite puniantur.

2. Item de laudibus ferialibus in aduentu seruetur modus nouiter ordinatus, videlicet de feria nocturnaliter obseruanda. Item in aduentu fiant offitia ferialia feria 4ta, 5ta, sexta et sabbato quatuor temporum. Item in vigilia natiuitatis cristi quantum ad genu[flec]tiones (*a*) et pre-

(*a*) Quae hic et duobus sequentibus locis notantur lacunae oriuntur ex defectu, supra ad I. 2 memorato.

(1) « Fratres Conventuales, volentes nostro aggregari consortio, probentur plus vel minus infra annum secundum qualitatem personarum, iuxta Vicariorum Provincialium discretionem cum consilio Discretorum ». Cap. Gen. Obs. Ultr. Basileae, an. 1454; ap. Glassberger, p. 347; De Gubernatis, III, 111. — Idem fuit decretum in Cap. Gen. Obs. Ultr. Basileae, an. 1472; vide De Gubernatis, III, 122.

(2) Vetitum de scribendis litteris exstat inter decreta Cap. Gen. Obs. Ultr. Tolosae 1496. Cf. Glassberger, p. 514; *Spec. Min.*, I, 77a; *Firmamentum,* I, 42b 2; De Gubernatis, III, 137. — Idem iam fuerat statutum pro Provincia Argentinensi (Strassburg) anno 1464 in Convocatione Provinciali habita in conventu Heidelbergensi. Cf. Glassberger, p. 414; F. Hueber, *Dreyfache Cronickh von dem dreyfachen Orden des grossen H.... Francisci in Teutschland,* München 1686, Sp. 415.

(3) « Gratias » vocabantur orationes quas Fratres dicebant gratias agendo post mensam. Memoratur etiam infra, II, 27. Cf. *Ordinarium Divini Officii,* Cap. V, De genuflexione, *Spec. Minorum,* 1509, III, 220a. Vide etiam Cap. Gen. Obs. Ultr. an. 1487 Tolosae habitum, in *Spec. Min.*, 1509, I, 76a; *Firmamentum,* 1513, I, 42a 1; De Gubernatis, III, 132. — Vide ap. Ducange, *Glossarium,* s. v. Gratiae.

ces habeant se fratres sicut in festo duplici (1); ympni autem ..... [Te Deum?], *Kyryeleyson, Sanctus, Agnus dei, Benedicamus,* dicantur sicut in simp[licibus] solemnibus. Versiculi et responsoria breuia ab vno tantum dicantur (*a*) (2).

3. Item secundum ordinacionem clementis pape sexti: Si festum purificacionis marie venerit in septuagesima, benedictio candelarum fiat eodem die, et processio cum secularibus. Sed offitium purificationis transferatur in crastinum.

4. Item 4ta feria cinerum quodcumque festum venerit, etiam duplex, transferatur, sicut idem clemens papa sextus statuit (3). Item in quadragesima et in 4or temporibus, quando festum occurrit, vtraque missa tam de tempore quam de festo complete a conuentu decantari uel legi debeat, non interponendo horas seu in silentio earumdem missarum ipsas [fol. 45a] horas inchoando; nec tunc in missa de festo fieri debet commemoratio de tempore iuxta notularium (4) expressum. Et semper missa de tempore seu de vigilia vltimo debet dici. Et hoc post sextam finitam.

5. Item. Si contingit festum annunctiationis beate virginis venire in ebdomoda ante pasca, et a secularibus anticipari contigerit, ipso die quo a secularibus celebratur idem festum debet anticipari et celebrari cum populo, secundum determinacionem patrum in capitulo generali (5). Item in triduo ante pasca dicatur *pater noster* flexis genibus ante principium horarum. Et nonum responsorium dicatur tantum a duobus, ex capitulo pysano.

6. Item ympni inter pasca et ascensionem domini dicantur etiam in quibuscumque festis duplicibus in tono pascali, cum hoc nobis expresse prescribatur. Item in festo sancti Iohannis ante portam latinam dicitur in missa ewangelium quod legitur in nocte. Tres lectiones le-

---

(*a*) Manu tertia infra in margine additur: *Item in Octava S. Stephani dicitur* Credo *quia sic per capitulum generale noscitur diffinitum. Et in die S. Francisci tantum* (Addita post an. 1517? Cf. supra, p. 102).

---

(1) *Cer. Vt.* § 34ss.

(2) Ad verba quae hic in codice adscribuntur in margine (cf. notam criticam (*a*)), notandum est, quod iam in Capitulo Brugensi (Brugge, in Belgio) anno 1484 celebrato, concessum fuit: « quod possumus dicere *Credo* in festo B. P. N. Francisci, et per eius Octavam ». Cf. *Spec. Min.* 1509, III, 208b; De Gubernatis, *Orbis Seraphicus,* III, 225. De octava S. Francisci idem iterum fuit constitutum in Cap. Gen. Obs. Ultr. Mechliniae anno 1499 habito; cf. *Spec. Min.* III, 208b. Mirandum sane est, quod additio manus tertiae in codice manifestis verbis *Credo* permittat « in die S. Francisci tantum ».

(3) Quod idem decrevit Cap. Gen. Obs. Ultr. Basileae an. 1454 habitum (ap. De Gubernatis, III, 111), atque renovavit Cap. Gen. Obs. Ultr. Basileae an. 1472 celebratum. Cf. *Spec. Min.* III, 208a; Glassberger, p. 454.

(4) « Natularium » erat, ni fallor, liber vel charta in qua « notulae » de Divino Officio seu Rubricae habebantur descriptae. Vox « notula » infra etiam occurrit II. 9. 11 (bis) et 18. Sed alio loco (II. 15) significat notam musicam. Cf. Ducange, *Glossarium,* s. v. Notalarium.

(5) « Quodsi contingat, festum Annuntiationis beatae Virginis venire in triduo ante Pascha, transferatur secundum Ordinarium ». Ita Cap. Gen. Obs. Ultr. Montislucii (Montluçon), anni 1467, ap. Glassberger, p. 429. « Ordinarium » hic non significat *Ordinarium Divini Officii* in nostro Ordine ab initio usitatum, sed potius ordinem Officii in Ecclesia Romana tunc temporis vigentem, sicut infra p. 108, nota 1.

guntur de ipso die, et 3ª lectiones 2ⁱ nocturni de legenda ipsius, scilicet *Secundam post neronem* (1), in qua fit mentio de isto miraculo vsque ad *benedictus qui venit.* Etiam pro eo quod lectiones, que assignantur in breuiario vix suffitiunt pro tribus; Sicut alias etiam fuit ordinatum in capitulo generali pysano. Item ad ympnum *ihesu nostra redemptio,* non dicatur *gloria tibi domine.* Sed vltimus versus cantetur *Tu esto nostrum gaudium.* Et cantetur *futurus* et non *futurum* secundum mammetractum (2).

7. Item infra octauas in quibus festa occurrentia celebrantur, non dicuntur occurrentia que veniunt ipso die uel etiam die octaua. Et post octauam ascensionis, quantum ad duos dies sequentes, ymmo festa que cadunt in dictis octauis et in dominicis diebus, nullo die sequenti infra octauas celebrentur, quia non sunt occurrentia in aliquo die sed fuerunt (3). Item quarta feria infra octauas penthecostes *Gloria in excelsis* dicitur post prophetiam, ex capitulo generali pysano.

8. Item quandocumque festum sancti bernhardini venerit infra octauam penthecostes, transfertur in 2ᵃᵐ feriam post trinitatis. Et si eadem die venerit festum translacionis sancti francisci, ipsum transfertur in 3ᵃᵐ feriam. Si vero festa sanctorum barnabe et Anthony ambo uel alterum illorum venerit intra octauas penthecostes, transferantur post dominicam trinitatis, ita quod festum sancti barnabe primo celebretur secundum ordinacionem capituli generalis. Et si octaua sancti anthony infra octauam corporis cristi venerit, fiat de ea commemoratio tantum. Sed alia festa non duplicia transferantur secundum determinacionem johannis pape 22. Festa tamen terrarum celebria in populo ibidem celebrari poterunt, quia transferri non debent (a) (4).

9. Item in die corporis cristi et per octauam vniformiter dicatur ad ympnos *Gloria tibi domine, qui natus es de,* vbi potest applicari. Et in prima ad responsorium breue *Criste fili dei:* versus *Qui natus es,* sicut in natiuitate cristi, quia sic facit curia romana. Et *alleluya* non additur nec in breui responsorio completorii. Item in 2ⁱˢ vesperis et per totam octauam festi eukaristie dicantur antifone de primis vesperis scilicet

---

(a) Infra in margine manu tertia: *Item si octava S. Bernhardini venerit in die ascensionis vel in die penthecostes aut 2ª vel 3ª feria nichil tunc agetur de ea. Sed de octava S. Clare fit commemoratio que venit in die S. Ludouici.*

---

(1) Est Vita S. Ioannis Evangelistae auctore Pseudo-Mellito; recensiones etc. vide in *Bibliotheca hagiographica Latina,* Bruxellis 1898-1901, nn. 4320 et 4321.

(2) Cf. *Mammotrectus,* Tit. Hymni, in Ascensione Domini ad Vesperas (ed. Argentinae 1489 [Hain * 10568], fol. 101a2), ubi legimus: « Es futurus premium; non futurum ». — De huius libri auctore, fr. Marchesino de Regio Lepidi, vide ap. Wadding, *Scriptores Ordinis Minorum,* Romae 1806, p. 169; 1906, 166: et Sbaralea, *Supplementum,* p. 509.

(3) Haec verba sic interpretari oportet: Infra octavam Ascensionis Domini et in duobus sequentibus diebus, item in diebus Dominicis non celebrentur festa translata. — Similem rubricam a Capitulo Generali Tolosano anno 1487 conditam videsis apud De Gubernatis, *Orbis Seraphicus,* III, 92 et 224.

(4) Cap. Gen. Obs. Ultr. Palenzuelae (Palenciolae, Palencia) iam anno 1470 declaraverat, quod festum in foro locale deberet a fratribus celebrari, idque « eo die quo cadit ». *Spec. Min.,* 1509, III, 208a.

Sacerdos in eternum (1). Et de festis occurrentibus infra octauam corporis cristi vniformiter notula Iohannis pape [fol. 45 b] vicesimi 2^i ab omnibus obseruetur. Item ipso die corporis cristi et per integram octauam singulis diebus ante 3^am exponatur solemniter cum ceroferarys, sono, tintinabula et cantu sacramentum altaris in monstrantia uel pixide super altare; et sub *recordare* (2) simili modo debet reponi.

10. Item festum solempne in aliquibus locis non transfertur de loco suo, etiam si venerit infra octauam in qua festa occurrentia non celebrantur, Preterquam infra octauam resurrectionis et penthecostes; ex capitulo pysano. Item in ipsa octaua die apostolorum petri et pauli Antifona scilicet *Gloriosi principes* dicatur ad *benedictus*. Et *petrus apostolus* ad *magnificat*, eodem modo et ordine sicut per annum (3); sed versiculi dicantur de communi apostolorum (*a*).

11. Item notula de dominicis vacantibus, que ponitur in festo sancti iohannis baptiste, de cetero obseruetur; que etiam in cedula in loco patenti affigi debet. Similiter et de hystorys inponendis, Et de mense septembri notule affigantur. Item festa maiora duplicia et minora duplicia, semiduplicia et solemnia celebrantur sicut sunt scripta; et in quolibet conuentu in patenti loco similiter affigantur. Item festa patronorum conuentuum tam principalia quam minus principalia pro maioribus duplicibus celebrentur.

12. Item festa sancte Marie magdalene et sancte katherine et sancte barbare in hac prouintia pro minoribus duplicibus peragentur, provt in capitulo generali Tolosano Anno domini 1437 die 28 may auctoritate sanctissimi domini nostri pape Eugeny quarti celebrato, huic prouincie spetialiter fuit concessum (4). Item festum indulgentiarum portiuncule

(*a*) Post *apostolorum* abrasa fuerunt plurima verba per spatium 2½ linearum.

(1) « Item in Festo Eucharistiae antiphonae de primis Vesperis scilicet *Sacerdos in aeternum* debent dici in secundis Vesperis eiusdem diei, et per totam Octavam, cum iste modus servetur in Cappella Domini Papae; et de hoc (*Spec. Min.* addit: « speciale ») Ordinarium habeatur ». Cap. Gen. Obs. Ultr., Audomari (St. Omer) anno 1447 habitum, apud De Gubernatis, III, 109; *Spec. Min.* III, 207 b.

(2) Antiphona *Recordare* etiam infra (II. 20) memoratur cum suo versiculo *In omni tribulatione* et Collecta *Omnipotens sempiterne Deus*. — Videtur fuisse recitata pro determinata aliqua tribulatione, v. g. contra Turcas. Cf. huiusmodi antiphonam apud De Gubernatis, III, 129 inter acta Capituli Gen. Obs. Ultr. Montislucii 1481.

(3) Intellige: in Suffragiis Sanctorum ad Laudes et ad Vesperas.

(4) Capitulum Generale Tolosanum anni 1437, non die 28, sed 18 Maii fuit celebratum, i. e. in Vigilia Pentecostes. — Eugenius IV sua Constitutione *Romani Pontificis*, iam die 28 Martii 1437 Ministro Generali aliisque Superioribus, in Capitulo Generali congregandis, concesserat facultatem reformandi, ordinandi et abrogandi in Divino Officio quidquid sibi videretur, dummodo haec a duobus Capitulis Generalibus immediate subsequentibus confirmarentur. Bulla exstat apud Wadding, *Annales*, ad an. 1437, n. 31 (cf. Alva et Astorga, *Indiculus*, I, 345, n. 16). Ipsum Capitulum Generale deinde decrevit: « Eae dumtaxat Festivitates celebrentur, quae Kalendario Romano inscriptae sunt, non quae ad libitum seliguntur ex Martyrologio. Festa peculiaria Provinciarum et Conventuum Minister Generalis iuxta suam prudentiam pro qualitate Sanctorum, rerum et locorum circumstantiis dignificet. Duplicia faciat maiora vel minora ». De Gubernatis, *Orbis Seraphicus*, III, 92; Wadding, l. c., n. 30. Ex his intelligitur, Ministrum Generalem anno 1437 ex facultate sibi ab Eu-

pro minori duplici celebretur; et fiet offitium de dedicacione. Item de festo transfigurationis domini nostri ihesu cristi, quod celebratur sexta die augusti, fiat festum maius duplex. Et fiat eo modo et forma provt est a summo pontifice ordinatum, quod videlicet offitium habet pro capitulo *Saluatorem exspectamus,* Et pro primo ymno *Gaude mater pietatis* (a) (1). Item in festo sancti ludowici episcopi fit commemoratio sancte clare virginis.

13. Item in festo sancte Sabine et Felicitatis fiat offitium totaliter de vna vidua, Excepto quod primum Responsorium dicatur *Veni sponsa cristi,* et Responsorium *Media nocte* obmittatur; Et octauum Responsorium erit *Regnum mundi* (2). Item de festis sancti eustachy et angnetis 2°, si in dominica venerint, transferantur in 2am feriam, et ibi celebrentur, si ibidem impedimentum non fuerit; et fiant de eis nouem lectiones (3). Item in festo vndecim milium virginum fiat offitium de virginibus sicut alias in capitulo ferrariensi fuit determinatum; et est festum semiduplex (4). Item ad introitum misse in die sancti fran-

(a) Tertia manus in margine addit: *Item festa domini Sabaoth totas habeant secundas vesperas.*

genio IV concessa, decrevisse, ut festa SS. Catharinae, Barbarae et Mariae Magdalenae in Provincia Saxoniae celebrarentur ritu duplici minori. — Celebres praecipue apud medii aevi Germanos erant SS. Catharina et Barbara, quippe quae numerabantur inter XIV Sanctos Auxiliatores. Cf. A. Franz, *Die Messe im deutschen Mittelalter,* Freiburg 1902, S. 171 ff. et libros ibidem laudatos. De S. Barbara cf. Glassberger, pp. 499 et 529. — Festum S. Mariae Magdalenae pro tota Familia factum est duplex minus in Cap. Gen. Obs. Ultr. Tolosano 1496 «prout voluit Dominus Apostolicus» (Alexander VI). Cf. De Gubernatis, III, 137, 226; *Spec. Min.*, III, 209a.

(1) Festum Transfigurationis Domini a Calixto Pp. III, anno 1457 institutum vel potius universaliter extensum fuit in memoriam victoriae a Turcis reportatae «in qua victoria.... frater Iohannes de Capistrano plurimum laboravit». *Spec. Min.* 1509, I, 71b; *Firmamentum,* 1513, I, 38b2. — Ordinatio liturgica supra laudata iam facta est in Cap. Gen. Obs. Ultr. Salmanticae (Salamanca) anno 1461 habito; cf. De Gubernatis, III, 115; *Spec. Min.,* III, 207b. Renovata vero fuit in Cap. Gen. Obs. Ultr. Montislucii, an. 1467; cf. Glassberger, p. 429.

(2) De SS. Sabina et Felicitate iam idem decrevit Cap. Gen. Obs. Ultr. Montislucii an. 1467. Cf. *Spec. Min.,* III, 208a; Glassberger, p. 429; De Gubernatis, III, 118.

(3) Eadem decreta de SS. Eustachio et Agnete 2° vide in actis Cap. Gen. Obs. Ultr. Montislucii an. 1467, ap. Glassberger, p. 429; De Gubernatis, III, 118. In *Spec. Min.,* III, 208a idem dicitur de festo S. Agnetis 2°, sed deinde additur: «quod non sic erit de sancto eustachio». — De festo S. Agnetis 2° vide etiam Glassberger, p. 461 inter acta Convocationis Capitularis in conventu Moguntinensi Provinciae Argentinensis.

(4) In actis Capitulorum Generalium Ferrariae annis 1383, 1424 et 1472 habitorum (De Gubernatis, III, 76, 82, 121) nihil huiusmodi invenitur. Non una olim erat sententia quale Officium esset recitandum de XI Millibus Virginum, de Martyribus nempe, an de Virginibus. *Ordinationes Divini Officii,* auctae et promulgatae a Raynaldo Gratiani de Cotignola, Min. Gen. Ord. Min. anno 1508, quae exstant in opere *Firmamentum,* Parisiis 1512, III, 47bss., praescribunt: «Item acceptatur constitutio quae dicit, quod de undecim milibus virginibus fiat de Martyribus, iuxta ritum Romanae Curiae». *Firmamentum,* 1512, III, 54b2.

cisci Versus *intellexisti cogitationes meas* ab omnibus vniformiter obseruetur (*a*). Item de sancta elisabeth et sancto Ioseph et de sancta Anna fiat festum minus duplex sicut in capitulo generali fuit ordinatum (1).

14. Item in aduentu in diebus dominicis dicuntur ymni horarum sub nota *verbum supernum*. In festis vero solemniter, sicut solent dici alys temporibus. Et in [fol. 46a] quadragesima sub nota *audi benigne conditor* usque ad dominicam de passione. Et deinceps sub nota *vexilla regis prodeunt*. Item *Gloria in excelsis* semel tantum incipiatur in die natalis domini in qualibet missa, et Similiter sequentia *Grates nunc omnis* tantum semel cantetur. Item *Ite missa est* ante septuagesimam non cantetur cum duplici alleluya, vt fieri consueuit; neque addatur alleluya ad reliqua officy, nisi prout in missali continetur.

15. Item ymnus *iste confessor* cantetur in duplicibus sub nota ymni *Vt queant laxis*. Item *Magnificat* et *benedictus* de plano et non cum notis eleuatis post medium ab omnibus vniformiter cantetur. Item *nunc dimittis* in festo in tono semper solemni dicatur; similiter et toto tempore pascali etiam in ferys. Item in fine ymnorum cum dicitur *amen*, non fiat tale neuma sic prolixum vt consuetum est, sed tantum dicatur cum tribus notulis, vt fit in alys prouincys.

16. Item ut fratres possint recollectione mentali vacare ordinatur, quod completorium dicatur sic, quod hora sexta post meridiem uel saltem prope perfitiatur. Item genuflectant (2) fratres chori et etiam ministri altaris, quando a sacerdote cantatur in missa *Gratias agamus*. Item *kyrieleyson* infra pasca et penthecosten de cetero taliter cantetur, quod in festis maioribus et minoribus duplicibus et semiduplicibus cantetur sicut de eisdem festis prescribuntur [*sic*]. *Kyrieleyson* vero quod dicitur pascale (3), de quo nichil prescribitur aliud nisi quod in vigilia pasce et penthecostes incipiatur, solemniter cantetur infra octauam pasce et et penthecostes, feria 4ta, 5ta, 6ta et sabbatho; Et infra octauam ascensionis et duobus diebus post octauam ascensionis, et in festis solemnibus et diebus dominicis. In festis vero IX lectionum simplex proprium [*cod.* prium], et aliud in ferys.

17. Item pulsetur in missa pro sanctissimo sacramento cum parua campanella quando incipitur *Sanctus*. Et iterum pulsetur parumper ante *qui pridie*. Et semel in eleuacione sanctissimi corporis cristi unico ictu. Similiter et in eleuacione calicis (4).

(*a*) Verba *Item ad introitum* usque ad *obseruetur* atramento deleta fuerunt, quibus manus aliena saec. XVI ineuntis addidit in margine: *abrogatum sicut et multa alia*.

---

(1) Cap. Gen. Obs. Ultr. anno 1489 (vel 1490): cf. *Anal. Franc.*, II, 505, nota 7) in conventu De Fonte apud Rupellam (La Rochelle) congregatum decrevit: « Festa etiam S. Ioseph, S. Annae, S. Elisabeth, duplicia minora de caetero fiant ». Cf. De Gubernatis, III, 134. — Sed Cap. Gen. Obs. Ultr. iam anno 1461 Salmanticae decreverat: « et de Sanctis [sic] Ioseph Sponso B. M. Virginis maius duplex. 19 Martii ». De Gubernatis, III, 115. Glassberger tamen ait p. 389: « De sancto Iosepho, XIX die Martii festum solemne, fiat Officium de Confessore non Pontifice ». Et *Spec. Min.*, 1509, III, 208a: « Item quod festum sancti Ioseph sponsi virginis Marie, XIX die Marcii celebretur ».

(2) Cf. *Cer. Vt.* § 32, p. 69.

(3) Aliud decretum de *Kyrie eleison* paschali, emanatum in Capitulo Provinciali Tübingensi anno 1455 (pro Provincia Argentinae) vide apud Glassberger, p. 344.

(4) Cf. *Cer. Vt.* § 4.

18. Item omnes et singuli gwardiani sint solliciti, quod ad laudem dei genitricis marie, ad minus in sabbatis, missa de domina semel in quolibet mense cum nota decantetur. Item offitium votiuum de beata virgine et spiritu sancto secundum variacionem temporum seruetur, provt in presenti capitulo est determinatum, et ad singulos conuentus est transmissum; quorum offitiorum notula ad singula missalia debet scribi.

19. Item secundum [*cod.* 2um] priuilegium allexandri 4ti, datum Anno domini 1254, fratres in missis votiuis de sancto spiritu et de beata virgine ymnum angelicum *Gloria in excelsis*, et sequentias competentes, tam in missis conuentualibus quam priuatis, cantare possunt (1). Item Antifone de beata virgine scilicet *Salue regina*, *Alma*, *Aue regina*, *Regina celi* post completorium concorditer cantentur et non alie. Et feria 6ta et sabbato cantentur *Salue regina*, Et *alma* secundum consuetudinem conuentuum. Alias semper *aue regina* cantetur, nisi presidens aliam aliquando cantare iusserit. In quadragesima tamen semper *Salue regina* secundum communem consuetudinem cantetur.

20. Item antifona *Recordare* (2) cum versiculo *in omni tribulacione* et cum collecta *Omnipotens* [fol. 46b] *sempiterne deus* semper post missam conuentualem principalem, cum nota cantatam dumtaxat, cum nota concorditer cantari debet; sic, quod tam post missam quam completorium, sine mutacione pro aliqua festiuitate (*a*) cuius [fit?] commemoracione [i. e. commemoratio?] dicatur; post missam sicut in paruis horis, post completorium vero solemniter concludatur. Item cantetur vbique secundum libros; et libri debite corrigantur.

21. Item fratres vniformiter post conclusionem horarum ad Antifonam *Salue regina* sint prostrati, et deinceps vsque ad finem. Et in corona beate virginis se eleuent sub *Aue maria*, et post conclusionem

(*a*) Verbum *eius* ab amanuensi hoc loco descriptum videtur abrasum. Ceterum totius huius pericopes nexus atque significatio vix intelligibilis videtur.

(1) Hoc Alexandri IV privilegium. *Pressi gravi orbis sarcina,* datum fuit non anno 1254 sed vel Kalendis Junii, vel Idibus Iunii 1256 (i. e. anno Pontificatus 2o, qui comprehendit dies 20 Dec. 1255 usque ad diem 19 Dec. 1256). Bulla exstat apud Sbaralea, *Bull. Franc.*, II, p. 138; Wadding, *Annales*, Reg. Pont. ad an. 1256, n. 49; *Speculum Minorum*, 1509, I, 6a; *Firmamentum*, 1512, II. 1. 13b1: ed. 1513, I, 14a1, et ubique emissa dicitur: Anagniae, Kal. Iunii. Pontificatus anno 2o. Contra Alva et Astorga eandem Bullam dicit emanatam: Idibus Iunii. Pontificatus anno 2o (*Indiculus Bullarii*, I, 60, n. 8, ubi eam inepte ponit sub anno 1255; cf. AFH I, 111, nota 1), eamque invenit in Archivo Conventus SS. Apostolorum PP. Conventualium, Romae (cf. *Indiculus*, Apparatum, litt. A). Locus ex quo Alexander IV hanc Bullam promulgavit ab Alva et Astorga non memoratur, sed Gonzaga perhibet suo tempore Parisiis asservatum fuisse authenticum exemplar, datum: « Laterani anno Pontificatus secundo » (*De origine Seraph. Religionis*, [ed. 2], Venetiis 1603, p. 131). — Ex ipso Bullae contextu, collata mentione quam de ea faciunt *Chronica XXIV Generalium*, *Analecta Franc.*, III, p. 279 (cf. Ehrle, *Archiv*, VI, 32. Anm. 5) eruitur Alexandrum IV idem privilegium bis concessisse, prius namque Fratribus (cantoribus) Parisiensibus et dein toto Ordini. Cf. etiam Sbaralea, l. c., nota b; C. Eubel, *Bullarii Franciscani Epitome*, Quaracchi 1908, p. 84, n. 861. — Cf. *Cer. Vt.* p. 70, § 37s., 49.

(2) De antiphona *Recordare* cf. supra, ad II., 9.

vsque ad finem etiam se prosternant (1). Item vniformiter se prosternant uel inclinent atque surgant ad signum offitiatoris in principio et in fine horarum. Item seruetur ordinarium misse ab omnibus vniformiter, nec addant aliqui tot cruces seu genuflexiones extraneas uel alia quecumque, in verbis aut signis, que in nostris scriptis non habentur.

22. Nec in missa legens ewangelium signet librum sed se ipsum tantum secundum ordinarium (2), faciens dumtaxat vnam crucem sub hys verbis *secundum Matheum etc.* Nec misse ante diem aut auroram dicantur, nisi in nocte natiuitatis dominice, in qua prima tantum eiusdem sanctissime diei missa etiam media nocte dici potest. Sed pro secunda et tertia ipsius diei missa, etiam in priuato dicenda, debet aurora uel initium diei exspectari. Audiui tamen quod papa Sixtus 4^{tus} dedit fratribus itinerare volentibus uel in itinere constitutis, quod ante auroram et lucem celebrare possunt (*a*) (3). Item pro missis de requiem uel alys quibuscumque votiuis cum nota cantandis non debet obmitti (*b*); quin etiam missa conuentualis, que est obligatoria, etiam cum nota cantetur; nisi quod ante aduentum domini et ante septuagesimam tales misse possunt, iuxta quod nobis prescribitur, pro missis conuentualibus in quibusdam diebus ferialibus interdum decantari.

23. Item ordinatur, quod quamcicius commode fieri poterit, honeste piscine iuxta altaria construantur pro ablucionibus manuum sacerdotalium reponendis. Item mappe altaribus seruientes et manutergia seu sudaria de cetero mundiora ac sepius lota, et presertim corporalia [sint] mundissima, nullo modo farina linita, quia sacramentum debet poni supra corporalia de puro lino (*c*), Vt habetur in canone Siluestri et Euseby (4), Duplicia ac quatuor plicas habentia, iuxta nostra prescripta (5);

(*a*) Hoc incisum inde a verbo *Audivit* atramento fuit deletum.
(*b*) Videntur hic excidisse verba: *missa conventualis.*
(*c*) Inde a *nullo modo* usque ad *puro lino* verba in codice sunt deleta.

---

(1) « Item, quod singulis diebus faciant coronam Virginis Mariae cum VII meditationibus, sicut VII sunt partes ipsius coronae, et cum genuflexione, dum dicunt *Iesus,* » etc. Cf. Litteras S. Ioannis de Capistrano ad Albertum Puchelbach, Guardianum Norimbergensem (Nürnberg), apud Glassberger, p. 842; cf. Wadding, *Annales* ad an. 1422, n. 6, ubi narratur legenda de origine Coronae B. M. V. in Ordine nostro ab antiquis temporibus usitatae.

(2) « Et signans se signo crucis, legat Evangelium supra sinistro cornu altaris ». Tract, *Indutus planeta sacerdos,* Cap. VI, De prosecutione Missae, Nota. — *Spec. Min.*, 1509, III, 223b; *Firmamentum*, 1512, III, 55b2, § De corporalibus. — Cf. *Cer. Vt.* p. 77.; cf. § 11.

(3) Inter privilegia a Sixto IV concessa tale indultum non invenio, nisi dixeris illud includi in celebri « Bulla aurea » (7 Kal. Aug. 1478), in qua idem S. Pontifex sub formula generali pro Fratribus tam Minoribus quam Praedicatoribus concedit, renovat et communicat multa privilegia. — Refert *Speculum Minorum*, 1509, I, 58b, Innocentium VIII (1484-1492) concessisse Fratribus Praedicatoribus Hispaniae, quod possent celebrare una hora ante diem et una hora post meridiem. Forsan huius concessionis fama ad nostri amanuensis aures pervenit.

(4) Vide Cap. 46, Dist. I, *De Consecratione:* « Item ex Epistola Eusebii Papae et Sylvestri ». Cf. etiam *Liber Pontificalis*, ed. L. Duchesne, t. I, Paris 1886, p. 171 et p. 190, n. 24.

(5) « Corporale vero, quod supponitur calici, habeat quatuor plicas in longitudine et tres in latitudine », ait Tract. *Indutus planeta sacerdos,* Cap. VI, De prosecutione Missae, Nota. — *Spec. Min.*, 1509, III, 223b; *Firmamentum*, 1512, III, 55b2, § De corporalibus.

ac pelues munde pro abluendis digitis post secundam perceptionem ubique habeantur, nec non et parua coclearia pro quolibet calice, ad aquam infundendam.

24. Item puluinaria seu cussini de lino pro reuerentia misse ac mapparum conseruacione habeantur. Et missalia lineys commisys (1) induantur. Item cingula fracta seu renodata seu alias profanata pro missis seruire non permittantur. Item pro missis celebrandis seu pro ministrando in sacris, haberi debent calcei de corio etiam integri in communi, iuxta antiquissima statuta (2) ac etiam noua generalia ordinis instituta. Item habeantur *Qui pridie* et *gloria* [fol. 47a] *in excelsis*, Et *credo in vnum deum* in quolibet altari in cedula cum patenti littera scripta. Et in magno altari *Gloria in excelsis* habeantur notata.

25. Item Crates seu cancelli clausi teneantur, et semper vbi tamen bono modo fieri poterit, non seculares sed fratres, in missis etiam priuatis, seruiant. Item ministri altaris assistere debent sacerdoti celebranti, et cum eo introitum et alia consequenter, que a choro cantantur, legere. Et acolitus retro post dyaconum stare debet. Ceroferary vero in duplicibus ad dexteram et ad sinistram diaconi. Et sic ad modum crucis vsque ad finem misse se teneant, nisi pro iuuamine chori interdum eos ab altari oporteat recedere. Item in diebus dominicis, semiduplicibus et duplicibus post calicis oblacionem debet fieri thurificacio super oblata. Et fiant tres cruces concorditer cum turribulo super ea. Et deinde altare. Sed in alys festis, etiam ferys, thurificetur tantum altare post calicis oblacionem, vt in ordinario continetur (3), siue una missa siue plures dicantur, de feria uel de sanctis; dummodo tamen ambe sint conuentuales.

26. Item sanctissimum eukaristie sacramentum de cetero non renouetur in qualibet dominica, sed quando semel in mense aut minori tempore renouandum erit, sacerdos tunc celebrans, hostiam se communicando, accipiat quam ipse confecit, nec magnam hostiam, sed ad minus tres paruas ad reseruandum dimittat seu reponat. Item cum non sit conswetum in alys prouincys, quod fratres in processionibus quas fatiunt deferant vexilla, Ordinatur quod vbicumque fuerint in conuentibus huius prouincie ammoueantur, nec de cetero ullo modo in processionibus deferantur.

27. Item seruetur statutum de preparacionibus ante horarum principia, ita quod [ad] primum pulsum fratres, qui necessarys alys non impediuntur, ad ueniendum ad chorum se disponant (4). Item servetur statutum de pulsando prolixe omni die pro missis conuentualibus. Ad omnes autem horas canonicas, quando distincte dicuntur, sicut in ordi-

(1) Idem ac « camisiis », id est, involucris ex lino confectis.

(2) « Et habeantur calceamenta pro celebrandis Missis in communi, et Fratres occasione Missarum illis tunc et non alias calcientur ». *Constitutiones Narbonenses* (an. 1260), Rubr. II, in *S. Bonaventurae Opera omnia,* VIII, 1898, p. 451, col. 2; Ehrle, *Archiv*, VI, 91. — Cf. *Cer. Vt.* § 83.

(3) *Ordinarium Div. Off.*, Cap. XII, De thurificatione (*Speculum Minorum,* 1509, III, 221 b), collato Cap. XIII, De officio Missae (*ibid.* III, 222 a); *Firmamentum,* ed. 1512 respective III, 52 b 1 et III, 53 b 2, § De agendis in diebus dominicis etc. — *Cer. Vt.* § 99 ss. § 77.

(4) Cf. *Statuta Barch.*, Cap. II, ubi legitur: « Statuimus et ordinamus quod ante horarum et missarum principia fratres omnes quos causa rationabilis non excusat, ad chorum conveniant, praeparaturi Domino corda sua; ibique sine discursu » (etc.). Ed. Howlett, p. 86. — *Cer. Vt.* § 1.

nario continetur, pulsetur (1). Si vero plures hore continuate fuerint sine interfallo, tunc solum ad horam primam pulsetur ut predictum est. Quando tamen sextam uel nonam misse continuari, Et nonam post *Gratias* in choro statim dici contigerit, tunc semel dumtaxat pulsari debet.

28. Item fratres layci, excepto coco et portario quando sunt impediti legittime propter offitia sua uel alias legittimas causas, Ueniant omnibus diebus ad principium matutinarum, *Te deum laudamus, Benedictus,* Et ad principium prime de mane, Et ad *confiteor;* licet in hyeme ad *benedictus,* si videbitur, possit cum eis dispensari. Similiter ad *confiteor* ante completorium, Et ad principium vesperarum in diebus festiuis et celebribus, et ad *magnificat.* Et ad canticum beate virginis marie post completorium omni sero (2). Item festa localia, que tam a clero quam a populo solemnizantur, seruare et de eis offitium facere debemus, et in eisdem ab operibus seruilibus abstinere. Item tabula officiariorum diuini officy vbique conscribatur et coram conuentu pronunctietur.

29. Item cum principalis et quasi totalis causa multarum exorbita- [fol. 47b] cionum et relaxacionum sit defectus sancte orationis priuate et recollectionis interne, hortamur et obsecramus in domino, vt fratres in singulis conuentibus per eorum superiores ab exterioribus euagationibus et invtilibus occupacionibus cum summo studio retrahantur, et ad interiora quantum erit possibile, vt de deo et spiritualibus ac de sui status sublimissima perfectione in bonitate sentiant, verbis et exemplis diligentissime reducantur; Vt diuino offitio deuote et cum multa diligentia persoluto, tempus etiam aliquod apte captent, in quo spiritum domini et mentem sanctissimi patris nostri francisci sibi inbibere valeant, cristi vnctione et gratia se eis dulcius infundente (3).

30. Item omnes et singuli fratres seruent silentium eo modo quo nobis prescribitur, etiam in refectorio tempore hyemali dum calefactum fuerit (4). Et si quis contra fecerit, dicat culpam suam in capitulo, ubi ei secundum quod deliquerit, penitentia cum misericordia inponatur. Et nichilominus in alys locis a verbis superfluys et ociosis, sicut decet religiosos, cauere studeant. Item gwardiani sint solliciti, quod deponant seras omnium cellarum fratrum quam cicius poterunt bono modo, ita quot [*sic*] nulla cella in dormitorio habeat clauem, exceptis cellis patrum vicary et gwardiani; et similiter et fratris sacristani propter sigilla, litteras, claues et huiusmodi conseruanda.

Woerden (Holland) mense Septembri 1907. *(Continuabitur).*

P. Fr. Bonaventura Kruitwagen, O. F. M.

---

(1) Quae de pulsatione campanarum praescribuntur exstant ap. *Ordinarium Div. Off.*, Cap. I, De pulsatione campanae. *Spec. Min.*, 1509, III, 219a; *Firmamentum*, 1512, III, 48a1.

(2) Intellige: ad Antiphonam finalem.

(3) Quae hic ponuntur sub n. 29 ad litteram fere fuerunt decreta in Cap. Gen. Obs. Ultr. Fontinaci Comitis (Fontenay-le-Comte) anno 1457 celebrato. Cf. *Spec. Min.*, I, 71a; *Firmamentum*, 1513, I, 38b1; Glassberger, p. 375.

(4) « Porro, silentium regulare in locis calefactoriis et stubis, ubi habentur, etiam de die observetur » etc. Ordinatio facta an. 1464 in Convocatione Provinciali habita in Conventu Heidelbergensi Provinciae Argentinae. Cf. Glassberger, p. 414; Hueber, *Dreyfache Cronickh*, Sp. 415. — *Cer. Vt.* § 9.

NÉCROLOGE DES FRÈRES MINEURS D'AUXERRE.

Le recueil nécrologique que nous publions manque de titre. Il figure au *Catalogue général des manuscrits des bibliothèques de France* (1), sous celui de: « Obituaire des Cordeliers de la province de France, en français, (couvents de Sens, Auxerre et Vézelay)....». Il est inscrit au n° 171 (ancien 152) des manuscrits de la bibliothèque d'Auxerre, mesure 260 sur 178 millimètres et compte 187 feuillets de papier d'une écriture du XVIIe siècle, très lisible, mais de mains différentes depuis le XVIIIe.

Il provient naturellement du couvent d'Auxerre qui fut fondé en 1225 par deux compagnons de saint François, les Frères Pacifique et Louis. Les religieux demeurèrent cinq ans à Sainte-Nitasse à l'extrémité du faubourg Saint-Gervais, puis sur la paroisse Saint-Eusèbe près de la porte d'Egleny. Enfin, au bout de vingt quatre ans environ ils s'établirent définitivement dans la cité près du château des comtes d'Auxerre. Le couvent fit primitivement partie de la province de France, en 1243 il appartenait à celle de Bourgogne, mais en 1247 il était revenu à sa province d'origine qu'il ne quitta plus. En 1505 il se réforma sous l'influence des Colétans. En 1771 il passa sous la juridiction du général des Frères Mineurs Conventuels et fut désaffecté vingt ans plus tard par la Révolution. L'ancien couvent des Frères Mineurs a fait place à un marché couvert, seule la *rue des Cordeliers* rappelle à Auxerre le souvenir d'un établissement qui dura près de six siècles.

Le nécrologe de ce couvent avait frappé le Père Fidèle de Fanna, Frère Mineur de la province de Venise, chargé par le général Bernardin de Porto Gruaro de visiter les bibliothèques d'Europe dans le but de la nouvelle édition des oeuvres de saint Bonaventure.

Le désir du Père Fidèle eut été d'annoter le manuscrit avant de le faire paraître en 1874 (2). Ce qu'il n'a pu faire, nous avons essayé de l'entreprendre pour les personnages qui le comportent. Il est bien évident que ce n'est qu'un essai, vu la pénurie des documents à notre disposition. Lorsqu'on aura publié, par exemple, la série des *Provinciaux de la province de France* conservée à Sens (Archives de l'Yonne, G 38), bien des additions et des corrections s'imposeront peut-être.

(a) Summarium. Publicatur hic textus Necrologii Conventus Ord. Min. Antisiodori in Gallia olim exsistentis ab anno 1225-1791. Necrologium istud a P. Hilario Coqui, guardiano conventus (obiit 1577) compositum, ab alio rescriptum usque 1700, et a pluribus per saeculi XVIII decursum continuatum fuit. Pro totius Provinciae Franciae historia plurimas continet notitias magni pretii. [Nota Directionis].

(1) VI, Paris 1887, 65.

(2) Dans la *Revue Franciscaine*, Bordeaux 1874, p. 19ss. Il y inséra seulement les notices jusqu'au 14 avril inclusivement.

Quant à la valeur du document en lui-même, la parole est laissée au Père Fidèle de Fanna (1).

« En parcourant les bibliothèques de France, je trouvais, à Auxerre, il y a quatre mois, des manuscrits curieux: c'était le nécrologe ou obituaire des Pères Franciscains de cette ville. Après l'avoir parcouru, il me parut digne d'être mis au jour. En effet, on y trouve sur nos religieux de nombreuses notices qu'on chercherait vainement dans Wadding et les autres historiens de notre Ordre. Il serait vraiment regrettable, au double point de vue de l'histoire de l'Ordre Séraphique et de l'histoire de France, que la mémoire de ces hommes recommandables à plus d'un titre s'ensevelît dans un éternel oubli: qu'un évènement imprévu détruise l'unique manuscrit de ce précieux nécrologe, c'en est fait de tout souvenir. J'ai donc cru être agréable non seulement à nos Frères, mais encore à tous ceux qui s'appliquent à rassembler et à publier les matériaux de l'histoire de France, en arrachant au temps des souvenirs de cinq siècles, par la publication de ce document inédit et unique.

J'allais envoyer à Auxerre, pour transcrire ce document, un des collaborateurs qui me sont adjoints dans la recherche et la collection des manuscrits du Docteur saint Bonaventure, lorsque Monsieur l'abbé Messager (2), vicaire de Saint-Etienne d'Auxerre, à qui je parlais de ma découverte, s'offrit, avec une gracieuse obligeance, d'en prendre lui-même une copie exacte. Aussitôt il se mit à l'oeuvre et il s'acquitta de son travail avec une scrupuleuse fidélité. Il voulut bien en outre y joindre les renseignements que nous ont transmis les historiens d'Auxerre au sujet du manuscrit en question. Voici ses notes:

« Hilaire Coqui, Cordelier, gardien du couvent d'Auxerre en 1567, ayant rétabli cette maison après les guerres des Calvinistes, ramassa tout ce qu'il put pour en faire une histoire, et crut devoir auparavant, donner quelque chose sur les Antiquités d'Auxerre. Ce morceau ne se trouve point, mais il subsiste un nécrologe qui contient les morts depuis environ trois siècles, commencé par ses soins, avec quelques notices générales sur les illustres de la maison. Ce père, natif de Saint-Florentin, mourut à Avallon, où il prêchait en 1577. Son corps fut rapporté à Auxerre (3) ».

« Les Cordeliers d'Auxerre embrassèrent la réforme (régulière Observance) en 1505, et se signalèrent par d'abondantes aumônes en la

---

(1) L. c. Janvier, 19 ss.

(2) Monsieur l'abbé Messager, actuellement chanoine de la métropole de Sens et archiprêtre de Notre-Dame, de Tonnerre (Yonne), est bien méritant des études franciscaines. C'est lui qui hébergea, en 1873, le Père Fidèle de Fanna à son passage à Auxerre et copia pendant près de trois ans des mss. pour la nouvelle collection des oeuvres de saint Bonaventure. L'éditeur actuel du *Nécrologe*, a eu plaisir pendant le carême de 1909, à entendre le vénérable archiprêtre raconter ses souvenirs sur le premier ouvrier des *Opera omnia* du Docteur Séraphique.

(3) Leboeuf, *Mémoires concernant l'histoire ecclésiastique et civile d'Auxerre*, III, (Auxerre 1848-55, 4 vols.), 501.

disette de 1531. Leur nécrologe (manuscrit in-4°), composé par Hilaire Coqui gardien mort en 1577, est un ouvrage intéressant pour toutes les familles anciennes d'Auxerre, contenant des anecdotes historiques (1) ».

Le Nécrologe que nous éditons, est-il bien celui dont parlent les auteurs précités? Il y a lieu d'en douter, en comparant ce qui précède avec ce que nous allons dire. En effet, d'un côté, le manuscrit est de la même main, jusqu'à l'année 1700, l'uniformité des caractères en fait foi; de l'autre, le Père Coqui est mort en 1577; il est donc évident qu'il n'a été écrit ni de la main de ce Père, ni d'un autre à qui il aurait confié ce soin, mais qu'il est la copie d'un nécrologe plus ancien commencé par le Père Coqui ou par ses soins, et ensuite continué jusqu'à 1700 par un auteur inconnu. Enfin, pour quelques notices postérieures à 1700, la diversité des caractères de l'écriture nous amène à conclure qu'au moins trois auteurs de diverses époques ont concouru à la compilation de ce nécrologe. Je crois devoir faire remarquer aussi, que si l'on trouve dans ce manuscrit les anecdotes historiques intéressant les familles d'Auxerre, elles ne sont peut-être pas en aussi grand nombre que sembleraient le faire croire les paroles de l'abbé Courtépée. Il ne contient pas non plus seulement *tous les morts depuis environ trois siècles,* comme l'affirme l'abbé Lebeuf, mais tous les religieux illustres de la province de France qui se sont distingués depuis l'origine de l'Ordre Séraphique, jusqu'au commencement du XVIIIe siècle. De plus, dans son histoire d'Auxerre, l'abbé Lebeuf allègue comme tirés de ce manuscrit plusieurs faits qu'on y chercherait en vain maintenant. Quelques-uns, je dois en convenir, se trouvaient peut-être dans la partie du nécrologe dont les feuillets sont détruits, car ce nécrologe divisé en chacun des jours de l'année se termine aujourd'hui au 22 décembre mais il en est d'autres, se rapportant à des jours antérieurs de l'année, qu'on devrait trouver, si le continuateur du Père Coqui ne les avait omis comme n'intéressant nullement l'Ordre Séraphique, ou peut-être comme n'ayant aucune importance pour le but qu'il se proposait.

Quelque soit l'auteur de ce nécrologe, quelques modifications qu'il ait subies, il fera autorité aux yeux de tout homme sensé, car, si de tous les religieux qui ont illustré la province de France dans le XIIIe et XIVe siècle il est fait mention d'un si petit nombre, n'est-ce pas une preuve que l'auteur n'a rien voulu avancer que d'après les rares document du XIIIe et XIVe siècle parvenus jusqu'au Père Coqui?

L'abbé Lebeuf, par exemple, parlant d'un certain Guillaume Rose, recteur des écoles, dit: « Le nécrologe des Cordeliers qui lui donne la qualité de Gy-l'évêque, marque qu'il mourut le 27 mars 1543 ». Autre part, citant ce même nécrologe, l'abbé Lebeuf dit (2): « Luis de Gaillard, gouverneur d'Auxerre mourut en 1525 et fut inhumé à Auxerre en de-

(1) Courtépée, *Description générale... (historique et topographique) du duché de Bourgogne,* VI, (Dijon 1774-85. IIe édit ibid. 1847-48), 689.

(2) Depuis le passage du Père Fidèle de Fanna à Auxerre, en 1873, plusieurs feuillets ont été retrouvés. Au ms. qui s'arrêtait alors au 22 décembre, il ne manque plus que le 23 et le 24 de ce mois. *(Note de l'éditeur).*

hors de la grande porte de l'église des Cordeliers: c'est aujourd'hui le vestibule de ces religieux. Isabeau Trouvé, son épouse, y fut aussi inhumée. Anciennement, ce lieu qui avait la forme d'une chapelle, était appelé du nom de *Notre-Dame des Aventures* ». — Ces deux faits ne sont point relatés dans le nécrologe que nous avons.

Les érudits qui liront ce nécrologe, saisiront sans peine son utilité pour combler certaines lacunes de l'histoire de l'Ordre Séraphique et même de France, comme aussi pour rectifier certaines allégations.... Tout petit et incomplet qu'il soit, ce nécrologe renferme, en effet, des notices sur plusieurs évêques, conseillers et confesseurs des souverains, orateurs célèbres, grand nombre de docteurs des Universités, auteurs d'ouvrages remarquables, provinciaux qui gouvernèrent avec prudence la province de France, sur des religieux qui ont combattu avec vigueur les hérétiques de leur temps, qui sont morts en odeur de sainteté, ou même ont recueilli la palme du martyre, enfin, sur une foule de religieux qui furent des modèles de vertus (1) ».

On remarquera les fréquentes variations d'orthographe pour le même mot, parfois dans la même phrase. D'une façon générale nous nous en sômmes tenu au texte du manuscrit. – Une table faisant suite au mois de décembre donnera la liste chronologique des religieux par ordre de décès. Deux autres indiqueront les ministres provinciaux et les frères promus à l'épiscopat.

Janvier le 1.er

Au convent de Noisy (2) deceda le Reverend Pere Guillaume de Brecord, docteur de Paris, ex-diffeniteur general, ex- provincial de la province. Il a esté inhumé sous le choeur de l'eglise du mesme convent dont il estoit profez (3).

Janvier le 2.e

Le Tres Reverend Pere et Maistre Jean Guymonelly, docteur de Paris, profez du convent de Chartres (4) tres scavant predicateur. Il enseigna au grand convent de Paris la Bible l'an 1391, le livre des Sentances l'an 1393, et quatre ans apres il prit le bonnet de docteur. Lequel apres avoir gouverné la province de France en qualité de ministre provincial avec beaucoup de zelle et de prudence l'espace de vingt quatre ans, scavoir depuis le chapistre tenu à Saint-Quentin (5) l'an 1404 jusqu'à l'an 1423, et depuis le chapistre de.... tenu l'an 1428 jusqu'à l'an 1432. Il se trouva au concile general de Constance pendant son premier provincialat. Il fit en presence de

---

(1) P. Fidèle de Fanna, l. c. p. 21.

(2) Noisy-le-Roi (Seine-et-Oise), cant. de Marly, arr. de Versailles.

(3) G. de Brecord n'est pas antérieur au XVII[e] siècle, car le couvent de Noisy ne date que de cette époque.

(4) Chartres (Eure-et-Loir).

(5) Saint-Quentin, (Aisne) ch. l. d'arr.

tous les Peres assemblez un sermon, le jour de la Nativité de Nostre Dame le 8e septembre 1416, qui ravit d'admiration tous les auditeurs. Il deceda enfin le 2e du mois de janvier de l'an 1436, au convent des Freres Mineurs de Neufchasteau (1) dans la custodie de Lorraine, et fut inhumé au milieu du coeur soub la lampe devant le grand autel. Requiescat in pace. Amen (2).

Janvier le 3.e

T. R. P. F. Reginalde de Marescot, docteur celebre de la faculté de Paris, religieux profez du convent de Troyes. Sa grande prudence et son grand zelle lui ont merité l'honneur de gouverner la province en qualité de provincial pendant quinze ans. Il a fait de grands biens au convent de Troyes. Il a esté le second fondateur de la chapelle de la Passion avec le T. R. P. Nicolas Guyotelly, qu'il fit desdier et benir en 1486; il l'orna de belles peintures l'an 1487. Il donna de ses aumosnes le grand pulpitre de cuivre qui est dans le choeur de l'eglise et un tres beau calice de vermeil doré dans la sacristie, avec plusieurs autres ornements. Il deceda le 16 mars de l'an 1499 et fut inhumé dans la chapelle de la Passion auprès du P. Guyotelly (7).

---

(1) Nevers (Nièvre).
(2) Reçu le 8e à la licence en 1572 (Bibl. Nat., Latins 15440, p. 98).
(3) Probablement Seignelay (Yonne), ch. l. de c., arr. d'Auxerre.
(4) Autun (Saône-et-Loire), ch. l. d'arr.; couvent de la prov. Saint-Bonaventure de Bourgogne.
(5) Noyers-sur-Serein (Yonne), ch. l. de c., arr. de Tonnerre.
(6) Cambrai (Nord), ch. l. d'arr.
(7) Il avait été reçu 5e à la licence le 26 mars 1466 (Bibl. Nat., Latins 5657 A. f. 23vo et 15440, p. 88). En 1492 il tint un chapitre provincial à Ver-

Mars le 18.e

F. Laurent Quesmier natif de cette ville, paroisse de Saint-Pelerin, profès de ce convent, bon religieux et fort devot, frere laïc travaillant fort assidüement à tous les ouvrages qui regardoint son estat, surtout au jardin. Il deceda le 18e de mars 1551 et fut inhumé dans l'entrée du cloistre proche la porte qui conduit à la porterie. R. i. p.

Mars le 19.e

T. R. P. F. Denis Bausse, celebre docteur de la faculté de Paris, religieux profez du convent de Provins. Son merite le fit choisir au chapistre de Mentes (1) tenu l'an 1616 pour gouverner la province en qualité de ministre provincial. Sa grande science lui merita d'être predicateur ordinaire de la fameuse eglise collegiale de Saint-Quentin en Picardie. Enfin estant arrivé dans une grande vieilesse, plein de merites devant Dieu et devant les hommes, estant reduit comme un autre Isaac à ne voir goute par la perte de ses yeux, il deceda au convent de Provins le 19e de mars l'an 1634, et fut inhumé dans l'eglise sous une tombe au milieu du choeur. R. i. p. (2).

Mars le 21.e

B. P. F. Jacques Guynot, religieux profès de ce convent, grand predicateur en son temps, tres affectionné pour le bien de cette maison dans laquelle il a exercé avec beaucoup d'edification l'office de lecteur en philosophie et theologie pendant plusieurs années et celui de gardien durant deux triennes. Il y deceda d'une appoplexie un mercredy de la semaine sainte, sur les sept heures du matin, comme il se preparait à monter en chaise le 21e mars de l'an 1585. Il est representé dans un tableau, avec le P. Coqui et avec le P. Fournier, qui est attaché à la muraille.

R. P. F. Jean Baptiste Gendé, natif du village de Bussy (3), diocese de Sens. Il fut amené dans cette maison et y receut l'habit des mains du R. P. Chapelle le 24 juin 1619, estant pour lors aagé de 13 ans et demy. Il fit sa profession l'an 1621 le 3e juin entre les mains dudit P. Chapelle et la reitera enfin à l'aage de 15 ans (?) le 15 may de l'année 1624. Bachelier de la faculté de Paris, religieux tres vertueux et tres zellé pour le bien de ce convent, il fut nommé confesseur des religieuses de Sainte-Catherine de Provins et y deceda le 21e mars 1642, aagé de 36 ans. R. i. p.

Mars le 22.e

R. P. F. Jean Voysin natif de Roye (4) en Picardie. Predicateur, bon terminaire, il a demeuré dans cette maison plus de trante ans avec

---

dun. Cf. Marcel Godet, dans l'AFH II, 1909, 400, 405. — Les Archives de l'Yonne, H 1881, conservent une lettre à lui adressée par le général Fr. Samson en 1494.

(1) Mantes (Seine-et-Oise), ch. l. d'arr.

(2) C'est lui qui doit figurer sous le nom de « Dionisius Barse » reçu 18e à la licence en 1612 (Bibl. Nat., Latins 15440, p. 138).

(3) Bussy. Il y a deux localités de ce nom dans l'Yonne; Bussy-en-Othe, cant. de Brienon-l'Archevêque, arr. de Joigny; et Bussy-le-Repos, cant. de de Villeneuve-sur-Yonne, arr. de Joigny.

(4) Roye (Somme), ch. l. de c., arr. de Montdidier.

beaucoup d'edification. Il avoit le don d'entretenir les amis et bienfacteurs de ce convent et de luy en procurer de nouveaux par ses bons entretiens, ses manières honestes et ses bons exemples. Il deceda enfin fort regreté de tout le monde le 22e de mars de l'an 1521. Son corps fut inhumé dans le cloistre vis-à-vis le chapistre. R. i. p.

Mars le 23.e

Le (1) 23e mars 1725 est decedé de P. Lestienne de Lion, religieux prestre et confesseur. Il a tousiours vescu dans une grande humilité et a travaillié l'espace de trente années à la peinture, il a reveillé à matines qui se disoint à minuit pendant vingt sept a vingt huit ans, et le lendemain vingt quatre du mesme mois il a esté inhumé dans le chapitre à droite en entrant. R. i. p.

Mars le 24.e

R. P. F. Hugue Roger natif de Charmoy, profès de cette maison, religieux fort exemplaire et très assidüe au service divin. Il a exercé l'office de portier dans ce convent avec grand humilité et y mourut de peste le 24e du mois de mars de l'an 1562. Son corps fut inhumé dans le cloistre attenant la muraille de l'eglise.

Mars le 25.e

R. P. F. Jean Martini, natif de Vallan (2) profès de ce convent, en son vivant bon predicateur terminaire, religieux tres zellé pour son estat et fort affectionné pour cette maison. Pendant qu'il prêchoit à Charmoy le caresme pour le convent de Troyes où il estoit apparamment de communeauté, il y deceda le 25 mars de l'an 1540. Son corps fut transporté au convent dudit Troyes et inhumé dans le cloistre. R. i. p.

Mars le 26.e

R. P. F. Edme Bonnault, religieux profès de ce convent, prestre et choriste tres affectionné au service divin et fort porté au bien de cette maison. Il y a exercé l'office de despensier pendant plusieurs annez. Il y deceda le 26e du mois de mars de l'an 1604, aagé de soixente ans. Son corps fut inhumé à l'entrée de l'eglise. R. i. p.

Mars le 27.e

Ce jourd'hui 27e du mois de mars 1568, R. P. F. Guy de Perigny (3) natif du village de mesme nom, religieux profez de ce convent, bon predicateur terminaire, homme de vertu, fut mis a mort par les herethiques huguenots sur le chemin de Saint-Brix où il s'estoit retiré avec d'autres pour eviter la fureur de ses cruels pandant qu'ils estoint maistres de la ville. On n'a peu scavoir ce qu'estoit devenu son corps, s'il avoit esté enterré ou jetté dans la riviere. R. i. p.

---

(1) Cette notice est d'une autre main.
(2) Vallan (Yonne). cant. et arr. d'Auxerre.
(3) Perrigny. Il y a quatre localités de ce nom dans l'Yonne.

Mars le 29.e

Cejourd'hui vingt neviesme du mois de mars deceda au monastere de Neufchasteau en Loraine l'an 1583 R. P. F. Ambroise Perrin natif du village de Hery, profès de cette maison, tres habille predicateur. Apres avois passé par plusieurs charges de la province et s'en estre acquité avec grand honneur, il fut nommé confesseur au susdit monastere et y mourut en cette qualité, et fut inhumé dans le choeur de l'eglise. R. i. p.

Mars le 30.e

Cejourd'huy 30e du mois de mars de l'an 1300 deceda au convent de Rhims T. R. P. F. Richard de Mediavilla, docteur de la faculté, nommé, *doctor solidus et copiosus,* tres renommé; profez du convent de Rhims, tres ecleré dans l'Eecriture Sainte, ne cedant à aucun predicateur pour l'eloquence et la subtilité du raisonnement. Il fut elevé selon quelques auteurs et la tradition à l'archevesché de Rhims, au moins il en a esté suffragant ou coadjuteur selon l'expression de ce temps-là. Il fut eleu le 10r provincial de notre province (ensuite de la demission que le Pere Pierre.... avoit faite du provincialat au chapistre general d'Assise l'an 1295) au chapistre qui se tint à Metz cette mesme année. Dans l'acte de son election qui se conserve dans les archives de la province on luy donna ses eloges: *Sacrae theologiae doctor, vir utique bonae famae, conversationis honestae, discretionis idoneae et eminentis scientiae, zelator pacis communis et observantiae regularis....* Son corps fut inhumé dans l'eglise du convent. R. i. p. (1).

Mars le 31.e

Cejourd'huy 31e mars 1659 deceda R. P. F. Antoine Merat natif de cette ville, profès de ce convent. bon predicateur terminaire, religieux fort zellé pour son estat, tres edificatif dans sa conduite, lequel a beaucoup procuré de bien à cette maison tant spirituel que temporel. Il fut inhumé dans le chapistre à la main gauche en entrant; ce lieu sert maintenant de seconde sacristie. R. i. p.

Amiens, (Picardie), 21 septembre 1909. *(À suivre).*

Fr. Antoine Béguet O. F. M.

(1) Il s'agit du fameux docteur anglais de ce nom. Depuis plusieurs siècles les historiens lui donnent la qualité d'évêque à laquelle il ne paraît aucunement avoir droit. Cf. AFH II, 462.

CODICOGRAPHIA

DESCRIPTIO CODIÇUM LITURGICORUM ANTIQUI CONVENTUS S. LUCII O. F. M. PROPE HECHINGEN.

Anno 1586 Eitelfridericus IV, comes de Zollern, prope urbem Hechingen in Hohenzollern pro FF. Minoribus conventum S. Lucii fundavit (1), qui postea provinciae Bavaricae adnumeratus est et diu tam auctoritate quam numero membrorum floruit. Saecularizatio saeculi XIX eum anno 1808 sustulit, quo facto bona Fratrum bibliotheca in possessionem capituli ruralis Hechinganae transiit, ubi hodiedum invenitur. In hac bibliotheca praeter alios pretiosos codices Franciscanos etiam *tria Breviaria ordinis nostri* reperiuntur, quae modo describere intendimus (2).

1. **Breviarium Franciscanum** Cod. membr. 148×104 mill. (Sign. antiq. bibl. S. Lucii: L (nigrum) I (rubrum) 20).

Characteribus sat pulchris saeculo XIV conscriptus est, ornatusque notulis musicis quadratis per quinque lineas dispositis. Rubricae promiscue in lingua *Germanica* et *Latina* insertae inveniuntur. Initiales maiores et minores absque ullo ornamento minio confectae sunt. Folia numeris non distinguuntur, desideratur in fine folium unum. — Ob rubricas lingua Germanica exaratas, suspicamur breviarium e quodam plurimorum *conventuum IIIii ordinis S. Francisci* per Sueviam tunc exsistentium provenire, vel forsan e monasterio Clarissarum.

Volumen hoc pretiosum tabulis ligneis corio coopertis ligatur, quae tamen ligatura recentioris videtur esse aetatis, videlicet saeculi XV vel XVI. Continet:

1. *Invitatoria* cum notulis musicis. *Inc.:* «In der golt fasten im advent invitatorium». *Contin.:* «Dominica in passione Domini etc.».

Sequuntur diversi *tonus psalmodiae* pro cantu *Magnificat* et *Benedictus*, et versiculi *Nocturnorum* et *Laudum* feriae V, VI et Sabbati hebdomadae Sanctae.

---

(1) J. Schellhammer, *Der "liber benefactorum et mortuorum" des Franciskanerklosters St. Luzen b. Hechingen*, in *Mittheilungen des Vereins für Geschichte u. Altertumskunde in Hohenzollern*, XVIII Jahrg. (1884-85) p. 65-90.

(2) Dr. K. Th. Zengeler u. W. T. Laur, *Die Bau u. Kunstdenkmäler in den Hohenzollernschen Landen*, Stuttgart 1896. Continet descriptionem ecclesiae St. Lucii arte praestantis, p. 129-138 (cum imaginibus).

Deinde: « *die nach geschriben invitatorium werden gesprochen ein ytlichs an ein sontag ordenlich vom andern sontag noch epiphanie piss zu dem sontag LXX* (sic) *vnd den Kalendas octobris piss zu Advent* ».

2. Sequitur Psalterium cum antiphonis et hymnis correspondentibus, necnon Horae minores et Vesperae cum Completorio, quae notulis musicis sunt exornata.

3. Postea: « *hie heben sich an die hymnus ym* (sic) *advent Ad vesperas ymnus* (sic). Deinde adiunguntur hymni de tempore et de proprio sanctorum sine speciali rubrica. Ex his ad nostrum sunt propositum: « De scti Anthoni (*sic*), [quae rubrica tamen recentioris est aetatis] ubi habes *tres hymnos* ad Vesp. Matut. et Laudes, qui hodie adhuc in breviario nostro inveniuntur. = De scta Clara, ubi hymni nostri alio modo dividuntur: *Concinat plebs fidelium; Spretis nativo genere; Clarum lumen effunditur* [nunc *nomen* pro lumen in *Breviar. rom.-seraph.* legitur]. = De scto Francisco, Hymni uti in dicto *Breviar.*

Adiunguntur deinde absque speciali rubrica antiphonae, versiculi et orationes (non vero lectiones) propriae de tempore usque ad Dominicam II post Pentecosten.

2. **Breviarium Franciscanum**. Cod. membr. 159×115 mill. (Sign. olim bibl. S. Lucii: 33, dum in praesenti Bibliotheca signatura, uti et alii codices, caret).

Pulchro charactere hoc manuscriptum praestat. Plures continet *Initiales* maiores variis *decoratas* ornamentis; pariter in multis paginis diversae inveniuntur helices et volutae, quae vel totam paginam vel saltem partem ipsius circumornant, rudes tamen et exigui valoris. Initiales minores vicissim colore rubro et caeruleo depictae sunt. Folia, quorum in fine tria desiderantur, numeris non distinguuntur. In tertia parte litterae adhibentur minores quam in duabus aliis partibus. Haec omnia suadent manuscriptum hoc reponendum esse in alteram partem saeculi XV vel in primam partem saeculi XVI. Concordat et qualitas membranae, quae minus diligenter praeparata est. Momentum tamen haec omnia non faciunt.

Contradicit repertorium hymnorum. Ibi enim desunt hymni proprii S. Bonaventurae, S. Bernardini Senensis et hymni pro festo Stigmatisationis S. Francisci, qui tunc temporis certe iam erant introducti. Ambiguus igitur haesito, quia ex una parte character scripturae tam certus non est, utpote quia agitur de opere liturgico, quae communem scripturae evolutionem secuta non sunt. Ex altera vero parte neque hymni Sanctorum in libro nondum contenti, certum praebent criterium; desunt enim etiam hymni in festo S Antonii (qua tamen de re cf. infra 141. n. 3).

Contegitur tabulis ligneis corio obductis. In operculo anteriori auro impressus invenitur Crucifixus, sub quo legimus: 1573. In posteriori operculo item auro impressus est Christus resurgens ex mortuis, estque opus Germanicum.

Continet *Psalterium* et *Hymnarium*. Ex proprio hymnorum ad nostrum finem spectant:

In festo scte Clare: Hymni isti: 1) *Concinat plebs fidelium;* 2) *Generat virgo filias;* 3) *O Clara luce clarior;* qui etiam in *Breviar.* nostro habentur. Additur pro II Vesperis: 4) *Clara clarens, labe*

carens. Hic hymnus ap. Chevalier, *Repertorium hymnologicum*, I, n. 3298. Adest eius textus v. gr. ap. [Eus. Clop], *Cantus varii....* (Ord. Min.) Romae-Tornaci-Parisiis, 1902, p. 159.

In festo s. Ludovici episcopi et confessoris: Hymni: 1) *Vergente mundi vespere, sol mundo misit Hesperum, qui micans etc.*; 2) *Dum medium silencium, noctis nunc tenent omnia, cetus cantat fidelium*; 3) *Ut lux aurore rutilat*; 4) *Ludovicus ut amicus*. Hos cf. ap. Chevalier l. c. n. 21420, 4965, 21006, 10721; eorum vero textus ap. Clop. l. c. 177-84.

In festo S. Francisci consueti reperiuntur hymni. — N.B. Desunt in hoc Cod. II (itemque in III) hymni in festo S. Antonii Pad.

3. **Breviarium Franciscanum**. Cod. membr. 164×123 mill. (Sign. bibl. S. Lucii: A 37).

Pulcherrimo charactere saeculi XV hoc breviarium exaratum est binas exhibens in singulis paginis columnas. Plures continet Initiales maiores, quae tamen artificiosa compositione non praestant. Initiales minores vicissim minio et colore caeruleo depictae sunt. Folia numeris non distinguuntur.

Tabulis ligneis corio coopertis ligatur. Opercula monstrant ornamenta impressa, quae sunt opus manus Germanicae.

Praeter *Psalterium* continet *Hymnarium*, ex quo ad nostrum conducunt propositum:

1. De sancto Bernhardino: *Lux ex Olimpo prodiens; Sena vetus civitas; Bernhardinum qui divinum*. Sunt ap. Chevalier, l. c. n. 10825, 13721, 2472; editos habes ap. Clop, l. c. 87, 88, 85. = 2. Bonaventure (*sic*). *Virtutum praemia suggerit; Arborem celsus construit; Sol claro fulget radio*. Cf. Chevalier, l. c. 21949, 1273, 19082; desunt vero ap. Clop. = 3. De sancta clara hymni ut supra n. II. = In sancti ludovici hymni ut supra n. 2. = 4. De stigmatibus sancti francisci. *Crucis Christi mons Alverne; Crucis arma fulgencia*. (Sunt hymn. ad Vesp. et Mat. *Brev. rom.-seraph.* 17 sept.). = In s. francisci hymni consueti:

« Sequitur de sanctis trium lectionum cum suis collectis etc. ». Desinit hic tomus (completus) cum festo S. Emerentianae, in qua calendarii parte non invenitur sanctus vel beatus ex ordine nostro (1).

Gorheim (Sigmaringen). P. Gallus Haselbeck, O. F. M.

(1) In definiendo tempore, quo haec breviaria conscripta sunt, benigne me adiuvit R. P. Anselmus Manser O. S. B. in monasterio Beuron, cui hoc loco gratias exhibere non omitto.

BIBLIOGRAPHIA

Tocco, Felice, *Le due prime Tribolazioni dell' Ordine Francescano con appendice sul valore della Cronaca delle Tribolazioni*, Roma, tipogr. della R. Accad. dei Lincei 1908, [Firenze, Seeber], in-8° pp. 112. (L. 3,00). — Estratto dai *Rendiconti della R. Accademia dei Lincei, Classe di Scienza morali storiche e Filologiche*, Serie V, vol. XVII fasc. 1-4: p. 3-32, [Leg. Ant.]; 97-134 [Iª Tribul.]; 221-236 [IIª Trib.]; 299-328 [Append.].

Introductionis instar narrat cl. v. F.T., quomodo integram *Chronicam VII Tribulationum Ord. Min.* [eam signamus ChT], Lutetiae Parisiorum [*in Collection d'Etudes et de Documents* a cl. P. Sabatier edita] vulgandam paraverit, sed a proposito resilire ob difficultates quasdem coactus sit. Accessit, quod codex hucusque ignotus ChT in collegio S. Bonaventurae exsistens, inserviturus sit novae editioni integrae ChT a Patribus Collegii evulgandae. Quibus rebus motus cl. F. T. ab integra ChT publicanda discessit, ac solummodo duas primas Tribulationes edendi consilium cepit.

Usus est praeter tres codices iam notissimos, scil. Florentinos: Laurentianum plut. XX, n. 7 et Riccardianum 1487, (qui versionem italam ChT habet) atque S. Isidori (Romae) (cf. Ehrle, ALKG II, 107; 124) etiam codice italico Conventus Senensis O. F. M. ac interdum Codice Verna-Quaracchi latino. — De illo cf. Ehrle, l. c. II, 107; Affò, *Vita di Fr. Elia,* Parma 1783, 18-9; ac praecipue Golubovich, *Biblioteca bio-bib. TS.* I, 44, 54 sgg.; de isto cf. period. *La Verna,* IV, 1907, 480-2. — Omnes norunt cl. P. Fr. Ehrle Tribulationes III, IV, V, VI atque VII edidisse ap. ALKG II, 256-327; 125-55. Ipse vero Professor eruditus florentinus F.T. ap. *Archivio storico ital.* 1886, XVII partem Tribulationis VI, latinam cum versione itala, (e cod. cit. Riccard.) ediderat. — Sed neque prima nec secunda Tribulatio inedita censeri potest, cum iam, licet cum pluribus mendis ac omissionibus, publicata sit una cum praevia *Legenda antiqua,* ab Ign. Doellinger, *Beiträge zur Sektengeschichte des Mittelalters*, II, München 1890, 417-466, (ubi p. 466-526 extracta aliarum Tribulationum sequuntur), e solo cod. Laurentiano. Ratione habita insufficientiae editionis Doellingerianae, operae pretium certe fuit denuo et quidem integras, adiuvantibus novorum codicum subsidiis, Tribulationes Iᵐ et IIᵐ evulgare. Facilius sic in manus plurimorum Fr. Angeli de Clareno opus, non utique veracissimum, sed certe utilissimum poterit pervenire. De eius valore ac pretio hic nobis discutiendum non est, quamquam Appendix docti editoris p. 83-112 quaestiones istiusmodi, aliasque eis confines minime exhauserit. Et re sane vera, quodsi cl. F.T. ubique cita-

tiones locorum, librorumque, de quibus ibi sermo occurrit, accuratas in notis posuisset, utilior lectu ac discussu appendix iste cessisset.

P. 84 denuo cl. F.T. confitetur se iam non dubitare de Fr. Angelo de Clareno auctore ChT quae proin persuasio etiam in ipso titulo exprimenda fuisset. — P. 85-6 censet *Legendam antiquam* a Clareno nominari: *Legendam I et II* Thomae de Celano atque *Scripta Fr. Leonis.* Hoc vero nomine comprehendi (86): *Legendam Trium Sociorum, Speculum Perfectionis* [ed. P. Sabatier 1898], atque Collectionem quamdam *Prophetiarum S. Francisci* (87-8) « quam, inquit, utpote facilius interpolatam, forma sua genuina restabilire, esset labor longior, forsanque desperatus » (88-98). Miramur, quod locos p. 7 l. 13—10 l. 27 atque 11, 21—14, 2 tamquam proprios Angelo de Clareno tribuere vult editor, cum p. 13, 16-14, 2 manifeste nitatur atque utatur *Speculo Perfectionis* ed. Sabatier, c. 10 et 11, atque p. 12, 19-13, 3 nitatur omnino in cap. 26 eiusdem *Speculi.* — Quandoquidem Clarenus libere textus a se usurpatos immutat, concludi nequit (p. 90 not. 2) occasione statuae illius in visione S. Francisco ostensae, redactionem capitis 25 *Actuum B. Francisci* (ed. Sabatier 1902), esse Angelo recentiorem. — Bene errores chronologici IIae Tribulationis notantur 101-106; sed Fr. Aegidius falso obiisse dicitur p. 102: die 25 aprilis 1251; obiit enim 22 april. 1262 (aut 1261), cf. Menge, *Der sel. Aegidius,* 1906, 114; cf. AFH I, 728s. — De ceteris Tribulationibus brevius agit, 106-112.

Ipse textus optimus dici nequit, cum plurimis naevis adhuc deformetur. Denuo Codicem Senensem cum textu a F.T. edito conferentibus nobis plures defectus occurrerunt in variantibus lectionibus ex eo notatis; v. gr. 70, 25 habet: *circondarono con frate Helya.* P. 71, 3: *e secondo che esso si pensaua male, et essendo libero da;* 71, 23 *chella animalita;* Q (= Cod. Vernae-Quaracchi) *animalitas,* ubi ed. *malignitas.* — P. 73, 22 pro *sumpto s. obedientie freno* legendum cum Q *spreto... freno;* S(enensis): *dispreçando....;* et mox S *come muginj i sença capo.* P. 72, 18 pro *frater Sermo*(!) *de Comitissa,* Q *fr. Simon,* S *Simone.* P. 78, 20 S add. (Bernardo) *e de suoi compagni.* P. 80, 21 S add. (sermonibus) *per uolontà.* P. 58, 14 S et Q post *ad litteram* plura add. (e *Speculo Perf.* c. 1, uti videtur cf. edit. cit. p. 259). — P. 57, 20 *super premissis,* S *promesse.* — P. 30, 10 lege *dicebat* (uti Q), pro *decebat.* — P. 30, 23 item cum Q *prosternetur* pro *prosterneret.* — P. 28, 10 Q *servabo* pro *serbabo;* l. c. 14 cum Q *munere* pro *numere.* — P. 27, 21 *fratres.* — P. 24 25 Q *pauperibus* pro *paupertate;* l. c. 15 Q *Christus Iesus* pro *Christo Iesu.* — Lacuna p. 29, 8 suppletur ex Q *et detectione* [= retentione], et S *retenimento;* illa vero p. 23, 8, sic ex Q (cui S concordat) *qui nudi domino extra seculum servierunt fide.* — P. 21, 11 in titulo Q *De confirmatione regulae.* — P. 19 l. 22 Q *legata quaeque* pro *quoque.* — P. 15, 21 lege *oportet* pro *opus.* — P. 13, 2 *iudicium* pro *indicium;* l. c. 23 *inde* etc. — P. 89 Ioh. Peccam simpliciter auctor *Commercii Paupertatis* dicendus non erat, cum hoc minime constet.

Editio ergo nova et diligens duarum primarum Tribulationum a cl. v. F.T. curata, quamquam spem et exspectationem, ne dicam necessitatem novae editionis aliquantum minuerit, eandem tamen non sustulit, moxque integrae editioni vulgandae certo erit adiumento, subsidioque.

P. **Michael Bihl,** O. F. M.

1. **Jacob Eugen,** *Johannes von Capistrano.* I. Teil: *Das Leben und Wirken Capistrans.* — Breslau, Max Woywod, 1903, 12°, pp. 214. (M. 2,70).

2. **Idem,** *Ioh. von Cap.* II. Teil: *Die auf der Königlichen und Universitätsbibliothek zu Breslau befindlichen handschriftlichen Aufzeichnungen von Reden und Tractaten Capistrans.* I. Folge: *Speculum clericorum. — De erroribus et moribus Christianorum cum libello, qui inscribitur: Planctus multorum Christianorum; Planctus super errores religiosorum. — Sermones in synodo Wratislaviensi praedicati.* — Ibidem, 1905, 12°, pp. 466. (M. 5).

3. **Idem,** *Ioh. von Cap.* II Teil: *Die auf* [etc. uti n. 2].... *Capistrans.* II Folge: *Materia triginta sex sermonibus Lipsiae praedicata — Tractatus de cupiditate, Ibidem,* 1907, 12°, pp. 472. (M. 5).

4. **Zdenčk Nejedlý,** *Ceska missie Iana Kapistrana* ap. *Casopis Musea Království Ceského.* — Praha, (Prag) 1900, LXXIV, 57-72; 200-42; 334-52; 447-64.

5. **Hocedez, E.** S. J., *Nicolai de Fara Praefatio in vitam S. Joannis a Capistrano,* ap. *Analecta Bollandiana,* Bruxellis 1904, XXIII, 320-24.

6. **Forster Gyula,** *Kapistran szent János arcképe* ap. *Magyarország Müemlékei.* — Budapest 1905, 115-119 [Cf. N° 13: *Függelék,* p. 5-9].

7. **Mietzschke,** *Wörtliche Nachschriften von Predigten Kapipistrans,* ap. *Archiv für Stenographie, herausgegeben von Dr. Kurt Dewischeit,* XLV, (Neue Folge I) Berlin 1905, 373-6.

8. [**Lemmens, Leon.** O. F. M.]. *Victoriae mirabilis divinitus de Turcis habitae, duce vener. beato Ioanne de Capistrano series, descripta per Fr. Ioannem de Tagliacotio, illius socium et comitem atque b. Iacobo de Marchia directa;* ex cod. IX. F. 62 bibl. nat. Neapolitanae nunc primum integre edita. Ad Claras Aquas, e typ. Coll. S. Bonav. 1906, 16° pp. V, 128. (Extr. ex period. *Acta Ordinis Minorum,* 1906, XXV, fasc. I-XI, [p. 28-31; 62-8; 108-9; 188-90; 228-9; 290-2; 322-5; 352-7; 399-404]).

9. **Bühring, J.,** *Urkunden und Auszüge zur Geschichte Capistranos und des Barfüsserklosters zu Arnstadt,* ap. *Alt-Arnstadt, Beiträge zur Heimatkunde von Arnstadt und Umgegend,* Arnstadt 1906, 2 Heft, p. 71-82.

10. **Idem,** *Johans von Capistrano, des andächtigen Vaters Aufenthaet in Arnstadt* 1452; l. c. 83-95.

11. **Cessi, Rob.**, *Notizie e documenti intorno alla vita di S. Giovanni da Capistrano, ricercati negli Archivi e nelle biblioteche di Padova,* ap. *Bollettino della società di Storia Patria Anton Ludovico Antinori negli Abruzzi,* Aquila 1908, an. XX, ser. 2ª, puntata XIX, 41-62.

12. **De Kerval, L.**, *Un Frère Mineur d'autrefois. Saint Jean de Capistran,* Woluwe, (Belgique) 268 av. de Tervueren; Rome, 12 Via Giusti; Vanves, 16 route de Clamart 1908, 12°, pp. XXIV, 167. (1 Fr.).

13. (Anonymus) *Kapistran szent Jáos levelezése,* in *Függelék:* (Appendice) p. 10-66 ap.: *Schematismus almae Provinciae S. Ioannis a Capistrano O. F. M. in Hungaria ad an. Christi MCMIX,* Kolozsvár, typ. S. Bonaventurae, 8°, pp. 42, XVII, 66.

1. Occasionem sumentes ab operibus cl. v. Eugenii Jacob recensendis, aliorum quoque de S. Ioanne de Capistrano agentium notitiam, censurasque adunamus. E. Jacob, pastor ecclesiae, nunc protestanticae, S. Bernardini Senensis Vratislaviae, ab ipso S. Ioh. de Capistrano 18 martii 1453 fundatae, ob recurrentem ab hoc facto annum 450um, biographiae fundatoris conficiendae consilium laudabile ceperat. *Vitam,* quam an. 1908 publici iuris fecit, E. J. intendebat esse biographiam continuam, accuratam, scientificam. — Revera continua evasit in tantum, ut ab exordio per 168 paginas decurrat, absque ulla in capitula etc. divisione. Facta factis addens, praeclarissimi praeconis et celeberrimi thaumaturgi, qui regna plura percurrens, populorum turmas miro impetu concitabat, ad poenitentiam et conversiones provocabat, languentium copias sanabat, curriculum vitae texit. Interseruit E. J. etiam considerationes quandoque, sed acri calamo et pungente Capistranum persequens, et torvo quodam oculo eius successus et mirabilia intuens. Suo modo diffidenti fontibus, quos omnino synchronos habemus utitur, magis naevos ac defectus quam dotes, virtutesque Capistrani conquirens attente, nec ipsi, nec sui temporis ecclesiae parcens. Quodsi igitur ad facta eruenda praesertim ea, quae per Germaniam et Austriam praeclare gessit, inservitura sit biographia ista Capistrani, iudicia atque sensus auctoris, quae minutatim hic refellere non iuvat, facile aequa lance discernet quivis lector attentus. Capistranus utique sui generis « Sanctus » exstitit, neque schemate ullo, sive monastico, sive alterius ordinis concludi nec comprimi potest. Quoad sanationes innumeras a S. Ioanne Capistrano operatas concludit exclamando p. 47: « In qualem abyssum, non solum superstitionis, sed etiam mendacii atque fraudis hic conspicere datur! ». Acsi aegroti illi propriorum dolorum sentiendorum incapaces fuissent! Quomodo tunc, quaeso, fama miraculorum Capistrani tot annos perdurare potuit? Neque ultima ratio miraculorum explicandorum ab adversario infesto Capistrani, scil. a Fr. Mathia Döring O. M. Conv. sumenda est. Alia iudicia iniusta cf. p. 10 l. 1-3; p. 7 l. 23-5 et 24 l. 3: de studio s. Scripturae 121 etc. etc. — Neque ullo modo Capistrani scripta hodie in conventu Aracaeli latent, p. 25 l. 26 seqq. Nomina propria saepius pessime vertuntur; « *Mons* Pessulanus » apud quem Observantes an. 1446 Capitulum suum habuere, 19 l. 21, hodiedum vocatur *Montpellier!* P. 18 l. 17 pro: « *ad pedes Alberni* » legas « *in vertice Alvernae* » etc. — P. 169-

214 notas sive apparatum, quem dicunt, exhibent. In genere pro biographia sua texenda E. J. secutus est dissertationem G. Voigt, *Joannes von Capistrano* ap. *Sybels Historische Zeitschrift,* X, München 1863, 19-96; cf. eiusdem *Enea Silvio de'Piccolomini,* II, Berlin 1862, 22-6; 178-83.

2. Melius longe cl. E. J. de S. Capistrano meritus est, magna cura edendo aliqua scripta Sancti, quae ceteroquin rariora sunt. Primo loco tomi II p. 12-166 *Speculum Clericorum* venit, quod [partim] Capistranus qua orationem recitavit in synodo dioecesana in cathedrali *Tridentina* 22 april. 1439. Maximam partem, omissis penitus ornamentis rhetoricis, consistit textibus ex utroque *Corpore Iuris* desumptis, in quibus versatissimus apparet Sanctus. Primo agit de dignitate sacerdotali, secundo de sanctitate acquirenda, demum, et hoc quidem amplissime, de poenis et censuris, quas incurrunt istas obligationes contemnentes. Miratur editor p. 276-8 scientiam biblicam, theologicam et praecipue canonisticam Capistrani! Addimus iam Fr. Bernardinum Aquilanum, in sua *Chronica FF. Min. Observantiae,* ed. L. Lemmens, Romae 1902, 33, 51, Capistranum nominasse: « *optimum canonistam* »! Citationes 995, quas Capistranus hoc in opusculo instituit, editor summo amore et studio prosecutus est, paginas 167-274 eis complens! Sequitur tunc, secundum morem ab editore ubique servatum, paragraphus inquirens, quid opusculum ad biographiam etc. Capistrani conferat, p. 275-8. — Opuscula secundo loco in tomo II posita p. 282-410, ex iisdem duobus codicibus ac *Speculum Cler.* exemplata, ipse editor ope tertii codicis Dessaviae (Dessau) adservati recognovit esse *non* Capistrani, sed celebris Iacobi de Erfurdia (Jüterbock, de Paradiso, de Clusa etc.; cf. Hurter. *Nomenclator litt.* II², Oeniponte 1906, 963-65). Imo codex iste tertius, aliis *completior,* contra S. Capistrani miracula invehitur; cf. p. 407: « *Videndum est etiam, ut opera, miraque facta, dicta sint vera et perfecta, non apparentia.... sicut etiam nuper fama volavit,* ‹ *ut* › *quod quidam* (glossa: *hic loquitur de Capistrano*) *plures sanavit per contactum quarumdam reliquiarum, et experientia compertum est, numquam aliquem recte et plene fuisse sanatum. Et tamen absque debito examine clamaverunt socii illius ad populum nunciantes, quasi* [quia] *sanatus esset iste vel illa et receperunt instrumenta infirmorum pendentes in ecclesiis eorum, praedicantes mirabilia magna, quorum nullum erat verum... et tamen nullus contradixit* ». Ceterum opusculum *De erroribus* etc. Iacobi Erford. O. Cist. iam 1488 prodierat Lubecae, nec certe in inscriptione libri Capistrano tribui amplius debuit.

Sermones duo, tertio in loco vulgati, 412-444, Vratislaviae, ubi Capistranus degebat a 13 febr. — 30 april. 1453, habiti sunt, mense februario 1453, uti videtur. Uterque sermo revera unum solum efformat, cuius pars prior (i. e. sermo I) e *Speculo clericorum* extractus est. Eos invenit E. J. in codicibus Bibl. Univ. Vratisl. sign. I F. 274 et I Q. 384. P. 444-460 citationes 65 Oratoris exhibet modo suo nimis diffuso. — Quo longius in exemplandis opusculis istis progressus est diligens editor, eo familiarior et tutior factus esse apparet. Errata tamen plurima occurrunt, licet ab attento lectore in genere corrigi queant. Pauca, eaque correcta, adnotamus: P. 15 l. 24: *vitam transigere;* P. 17, 16 om. *accedunt;* et lege *gratiosum* pro *gloriosum,* uti et codd. A B C [cf. infra] habent 13, 15 *Collosens;* 30, 26 *fragrantia;* 37 *per tribum* (pro *tribuno*) *Levi;* 48, 26 *degradatis;* 58, 18 *laqueus;* 99, 15 *falsificantibus;* 118, 25 *percusserit;* 286, 25 *rationabili;* 291, 9 *eius;* 302, 19 *prelaturas;* 332, 22 *poenitentiam,* etc. etc. — P. 330, 18; 368, 27 de S. Antonio abb. agitur

(non de Patavino) et locus habetur *Acta SS.* Ian. II, 508; — P. 34, 25-7 non allegatur hymnus: *Salvete;* cf. 172, sed est antiphona illa e *Commemorat. communibus.* — Saepe textus scripturales, ad quos Capistranus alludit, non agnovit editor, quod mirum ceterum nullatenus est: P. 291 l. 16: Ps. 65, 5; p. 298, 24: Gen. 6, 12; p. 326, 1: Sap. 5, 21 etc.

Ad rem addimus etiam alios sermones tunc temporis a S. Capistrano Vratislaviae habitos in codicibus inveniri. Exstat v. gr. in Cod. Vaticano Palatino 469 (saec. XV) « *Iohannis de Capistrano Passio domini nostri Ihesu Christi edita et predicata in Zvratisiania* (sic! lege: *Vratislavia) anno domini MCCCCLIII.* Tempore in codice indicato, Capistranus revera Vratislaviae concionabatur (cf. supra).

Occasionem nacti, codices a S. Ioh. de Capistrano collectos et in patrio conventu adservatos perlustravimus, quorum tres *Speculum Cler.* continent scil. Codd. II, XII, X, (eos respective A, B, C nominamus), quique ostendunt statim, quam incommode editor pro *Spec. Cler.* se ad solos codices Vratislaviae in Bibliotheca Regia et Universitatis adservatos, limitaverit: scilicet ad duos 1 F. 164 et 1 F. 545; postea etiam textum editionis Venetae 1580, quam V appellamus adhibuit. Quia vero p. 94 et 126-143 (ed. Jacob), alium numerandi ordinem V exhibet, suspicatus est J. editorem venetum ordinem illum suo arbitrio invertisse. Sed falso quidem. Quia A et C eundem plane ordinem exhibent ac editio nova, sequens codices Vratisl.; B vero ordinem editionis V prae se fert. Patet ideo *duas recensiones Speculi cler.* esse distinguendas, quae sola inversione aliquarum partium secundariarum inter se differunt. In lectionibus variantibus praeprimis B se conformat V; saepe etiam A et C item sequuntur V. — A B C titulum et occasionem *Speculi* expresse praebent: *Incipit Speculum Clericorum. Sermo ad clerum in synodo tridentina editus per fr. Ioh. de Cap. ord. min. an. dom. MCCCCXXXIX de mense aprilis recitatus in ecclesia cathedrali die 22a.*

3. Volumen tertium operis E. J. seu Partis II, series II, ut ipse illud designat, imprimis non, uti titulus portendit, *36 sermonum materias* Lipsiae, ubi per Adventum usque ad 20 novembr, 1452 morabatur Sanctus, sed tantummodo *compendium unius sermonis* 7-12, et *textum* alterius praebet. *Tertii sermonis* anonymi compendium, in eodem codice contentum, quod in notis p. 21-3 J. evulgat, *iure* quidem Capistrano tribuit editor. Codex ergo ille III F. 14 Bibl. Univ. Vratisl. valde mutilus est. — Sequitur index 28-41 et tractatus ipse *de cupiditate* 42-340; notae 341-60, denique quid de S. Capistrano doceat inquiritur 461-70. Etiam hoc in tractatu scientia vastissima Capistrani explicatur Canonum Corporis iuris can. et civilis, qui iterum maximam partem totius operis efficiunt. In hoc tractatu editor diligentissimus 1291 citationes enumeravit, digessit et adnotavit, p. 341-460. Textus ipse castigatior prodiit quam in vol. II; in animadversionibus quoque animus editoris paulatim magis aequus evasit. Cum editor p. 471-2 *Errata-Corrige* subiunxerit, ab aliis subnotandis ultro abstrahimus. Textum suum desumpsit e codd. Bibl. Univ. Vratisl. III Q. 1; III F. 4 et I F. 244.

In codicibus Bibliothecae S. Ioannis Capistrani ter saltem invenitur hoc opus: Cod. XIV, VI atque XXVIII, quos X Y Z resp. nominamus. Tres isti inter se maxime conveniunt in accidentalibus contra lectiones editionis, quas plurimas enumerare possumus: v. gr. 329 l. 6: *coniunctos proximos* pro *convinctos.* — X fol. 115r aliqua omisit, p. 329, 331, 338. Y Z alium prorsus *explicit* habent, quod 339 l. 27 subiungunt post « penalitatem etc. »: *Restat nunc 3a pars principalis, que dicebatur per-*

terribilis iniquitatis confusio, [cf. edit. p. 83, l. 1-10!], *ubi breviter actendendum, quod ex eo* etc.: sic Y fol. 167 r, Z fol. 48 r etc. sed non nisi pauca addentes, et expliciunt: *medicinas multorum exprimentia* (Z *experimenta*) *membrorum* ». Ex his ergo apparet in codicibus Vratisl. totam tertiam partem principalem de confusione avaritiae *deesse* penitus; in tribus vero codd. Capistranensibus nonnisi huius tertiae partis initium inveniri. — Quia insuper editor iuxta glossam cod. II Q. 1, « *sub Frederico tercio imp. 1450* » huic anno istum Tractatum adscripsit p. 461, notemus oportet codices X, Z occasionem et tempus operis, alio et certiore modo indicare: Z fol. 1 ra: « *In nomine... Incipit tractatus contra cupiditatem* (X add. *seu avaritiam*) *ad instantiam et requisitionem magnificorum... dominorum quorumdam militum et doctorum ac nobilium civium Veronensium editus per me fr. Iohannem de Capistrano ord. min. minimum et indignum anno domini MCCCCXXXVIII die 26 mensis februarii prime indictionis, die mercurii cineris in capite quadragesime; premittitur tamen* [i. e. in Z f. 1 r. a-b] *quoddam consilium de...* [hereditate et dirigitur:] *Magnifico... viro Zacharie Bembo... potestati civitatis et districtus Veronensis...* ». Revera anno 1438 dies cinerum fuit 26 febr. et indictio prima. Titulus in Z insuper videtur esse a manu ipsa S. Iohannis conscriptus. Ipse enim saepissime titulos vel subscriptiones operum propria manu notavit, uti Codices Capistr. demonstrant. Manifestum est ergo dictum tractatum fuisse quadamtenus materiam sermonum quos an. 1438 Veronae habuit. Hoc exordium ap. Jacob, 42 iam innuerat: « .... *Ut discuciamus... materiam quanto brevius poterimus... de die in diem prosequendo* etc. ». Veronae certo an. 1438 Capistranus concionatus est; cf. Wadding, ad an. 1438 n. 10.

4. Z. N. enumeratis fontibus et disquisitionibus, quarum optimam censet illam Voigt, iam sub N° 1 allegatam, describit facta S. Capistrani Austriam, Moraviam, Bohemiam, Poloniam, Germaniam peragrantis, 1451-54; quomodo cum Hussitis tractaverit, quosque conventus fundaverit vel ipse vel alii paulo post per Bohemiam ac Moraviam. Inquirit deinde in methodos *missionis bohemicae* S. Capistrani (uti titulus fert), quomodo ibi vixerit ac praedicaverit. Tunc doctrinam eius, praesertim in scriptis contra Hussitas contentam exponit, atque causas, cur apud Bohemos Hussitas nihil profecerit.

5. E. H. e cod. Sessor. 125 (al. 1380) Bibl. Victoris Emmanuelis Romae et e cod. 95 (I. h. 1-3 olim + i. 7) primus edit Prologum Fr. Nicolai de Fara, O. Min. in *Vitam S. Ioannis a Capistrano,* editam ap. *Act. SS.* Oct. X, 439-83. Clare profitetur Fr. Nicolaus, « *qui eius* (ait) *peregrinationis sex annos comes individuus fui, qui secum* [i. e. Sancto] *Italiam... Alamaniam... Bohemiam... Poloniam peragravi* » (p. 232), contra quorumdam Sancti « *detractorum... oblatrantium venenata labia... contendentium hunc Dei virum fuisse iracundum et honoris avidum* » (cf. A. SS. l. c. 381), se vitam scribere velle sinceram.

6. F. G. describit ac publicat imaginem S. Capistrani, quam authenticam, uti videtur, an. 1459, i. e. anno tertio solum post obitum Sancti pinxit artifex venetus *Bartholomaeus Vivarinus* et quae nunc Parisiis in musaeo *Louvre* conservatur. Cf. P. Flat, *Les premiers Venitiens,* Paris 1899, 40ss. Capistranus senex macilentus figuratur, sinistra librum tenens, dextera autem vexillum, quod una ex parte Crucem largam habet, ex altera S. Bernardinum Senensem exprimit. Fascia superius evoluta inscriptionem hanc fert: DEO · AUTEM · GRATIAS · QUI · DEDIT · NOBIS · VICTORIAM · PER YHESUM · CHRISTUM · DOMINUM · NOSTRUM.

Subtus post Sanctum legitur alia epigraphe:
beatus iohannes · de · capistr ano · ordinis · mi
norum de observancia obyt · 1456 · die
vero · 23 · ottobris · in Vuylac vngarie ·

Qua in epigraphe transcribenda errores etc. a F. G. lectos et l. c. [sub n. 9] p. 7 repetitos, uti *ant* pro *autem*, quae vox in plica fasciae est, etc. ultro correximus.

7. Quia Ioh. Regularis, in Chronic. Belg. refert, quod Frater Minor orationes et sermones prolixos Capistrani: « *de verbo ad verbum... et in membrana seriem sermonis audiendo conscripsit* », M. inquirit, utrum scriba ille stenographia quadam usus sit. Concludit autem hoc nequaquam obtinuisse, quia usus notarum Tironianarum iam diu ante saec. XV obsoleverat. Fieri ergo *non potuit*, ut Frater ille, licet scriba velocissimus, tenorem sermonum Capistrani ad verbum scripto mandaret.

8. Fr. Iohannes de Tagliacotio O. M. comes S. Capistrani, narrationem triplicis victoriae apud Belgradum de Turcis, auctoribus praesertim S. Capistrano ac Ioh. Hunyade reportatae (14-22 iul. 1456), in forma epistolae longioris, ad S. Iacobum de Marchia datae, scripserat, quam sat mendose Waddingus, *Annales* ad an. 1456 n. 42 vulgaverat, et inde Bollandistae *Act. SS.* Oct. X p. 366-80; § 27-30 repetiverunt. Hanc forma longe meliore e codice Neapolitano primum integram edidit Fr. L. L. O. F. M., quin controversias de vero duce seu salvatore in tertia pugna ante moenia Belgradi pugnatae discutiat. Aliquando vero lectio Waddingi nobis praeferenda videtur, v. g. 76[1] *castra tristitia complentur*; 85[2] *compressus*; 86[1] *igne* non *exstincto*. Notandum, quod narrator p. 125 refert de cantilenis, pugnas illas celebrantibus, de libris Sancti una cum reliquiis Sanctorum ac maioribus bombardis in interiore castro servatis, p. 71 etc.

9. J. B. libros « *receptorum et distributorum* » urbis Arnstadt in Thuringia, qui ab an. 1440-60 servati sunt, perlustrans, invenit etiam singula expensa, facta occasione adventus S. Capistrani in eam urbem, in qua 27 augusti 1452 praedicavit ac unde die 28 aug. iam Erfordiam abiit. P. 71 expensa edit, quae alia occasione inter *Miscellanea* AFH proferemus. De fructu spirituali, quem Sanctus ibi operatus est, libri illi receptorum, etiam *poenas* sive *multas* enumerantes, iudicare vix sinunt, quia istiusmodi multae anno 1452, 1454 atque 1455 nullae, anno autem 1453 una sola habetur; sed neque 1448, 1449, nec 1451 ullae datae fuerunt et 1450 item una sola, p. 93. — Christ. de Varisio in *Vita S. J. de Capistrano* ap. *Act. SS.* Oct. X, 525 de Sancti mirabilibus Arnstadii factis loquitur, lugens quod, « *non fuit, qui scriberet* » p. 74. — P. 75 n. IV epistolam refert, qua consules Arnstadii a Pio II canonizationem Capistrani efflagitavere, cf. Wadding, ad an. 1462 n. 58 unde eas sumpsit et C. A. H. Burkhardt, *Urkundenbuch der Stadt Arnstadt,* 1883, n. 636. — P. 75 n. V pro historia conventus Observ. Arnstadii extracta dat e *Chronica conv. O. F. M. ad S. Elisabeth prope Isenacum,* ed. M. Bihl, O. F. M., Fuldae 1905, p. 172. — P. 76-8 alia e *Compendio chronologico Prov. Saxoniae,* 1873. — P. 78-9 ex *Anal. Franc.* II, 288 etc. — P. 80-82 ex E. Jacob (cf. supra n. 1) Itinerarium Capistrani per Germaniam et Austriam colligit.

10. Idem, usus fontibus praedictis et narrationibus eorum, quae aliis in urbibus Germaniae facere solebat Capistranus, narrando refert, quae Sanctus Arnstadii gessisse videatur. De fructu spirituali (p. 93) supra iam sub n. 9 diximus.

11. C. R. plura nova documenta circa actionem Ioannis Capistrani Patavii vulgat. Paduae an. 1450 iam praedicaverat, (cf. Chr. a Soldo, ap.

Muratori, *Rer. It. SS.* XXI, 865); et 8 april. 1450 consilium urbis statuit, Festum S. Francisci Assis. in foro semper celebrandum. Cessi, p. 42: ex *Arch. civic. Pad. Acta Consilii* II, 249. — Ad hunc etiam annum 1450 refertur doc. II, p. 49-51, ex *Arch. Notaril. Pad. Alvisi Torresan, Instrumenti,* III, 74. In hoc exponitur: quod Sibilia, uxor quondam Baldi de Plombino, suo testamento « *hospitali S. Francisci de Padua* » quod spectabat ad Collegium Iuristarum Paduae, inter alia campum « *extra portam S. Sofie in contrata Purcilie* » reliquerat. Sed ad « *instantiam et requisitionem Fr. Iohannis de Capistrano, tunc predicantis in civitate Padue* » Collegium Iuristarum concessit dictum campum « *pro ibidem construendo unum monasterium pro Fratribus* [*Min.*] *sub vocabulo S. Francisci de stigmatibus, ad quem locum* [campum seu hortum] *dicti Fratres volebant se transferre, dicentes tunc temporis* [1450, tempore pestis] *eorum ecclesiam et monasterium contiguum dicto hospitali, esse dictis fratribus periculosum presentia* [C. R. praesenti] *pestiferorum, qui conducuntur ad dictum hospitale* ». Nunc vero 1460 Collegium illum campum inalienabilem repetiit, quia Fratres conventum ampliare vellent; qui campum etc., hospitali restituerunt, et pro donatione et caritate 175 ducatos receperunt. — Doc. I. p. 49 (e *Mus. civ. Pad. acta Consil.* III, c. 5.) 1450, 28 Dec. Quia in adventu S. Capistrani Paduam « *factum fuerit pro honore eius nomine civitatis certum exbursum ipsi Domino Fratri Iohanni, et in eius recessu ipse... remanserit debitor aliquarum personarum pro expensis oris factis per ipsum d. fr. Iohannem et socios... Padue...* (scil.) *libr. LX vel circa* » statuitur 84 votis (uno contrario!) illa solvere « *de denariis civitatis* ». — Doc. III p. 50 (e *Mus. civ.* l. c. III, 15.) 1451, mart. 1. Quia Capistranus misit Paduam iam circa 60 « conversos » et alii sint venturi, ut ibi habitum S. Francisci suscipiant, statuitur pro horum victu expendere usque ad libras 100 parv., votis 76, nullo in contrarium dicente. — Doc. IV p. 52-3 (e *MS. 2029 Bibl. Univ. Pad.*) 16 april.?? Epistola Capistrani scripta « *audita missa in capella s. palacii* » ad Fr. Antonium de Bitonto O. F. M. Se excusans, quia hoc hesternis litteris non potuerit addere, Capistranus ei notum facit, quod Papa moniales « *que pro treciis delatis de capillis non infexis* [?] *propriis capitibus* » ex constitutione Iohannis XXII excommunicatae erant, absolvi posse, concessit sibi vivae vocis oraculo. — Doc. V. p. 53-4. *(Cod. cit.).* Venetiis 20 april. 1451. Idem eidem eandem concessionem « *Eugenii IV* » denuo confirmat. — Doc. VI, p. 54-5. (*Cod. 510 eiusd. Bibl.*). Wiennae 7 iul. 1451. Capistranus Udalricum Wentunschuch [?], benefactorem FF. Min. eiusque familiam in communionem suffragiorum etc. trium Ordinum S. Francisci suscipit. — Doc. VII p. 55-6. (*Ex eod. cod.*). Wiennae 22 dec. 1454. Idem eandem gratiam dat Ioanni Hacke, Canonico Tarbatensi. — Doc. VIII, p. 57-62. (E *cod. 475 eiusd. Bibl.*) Consilium anonymum de vescendis, emendis et vendendis carnibus animalium a Iudaeis mactatorum, p. 56-7, quod sua discussione canonistica subnexa p. 59-62, Capistranus absque peccato fieri posse negat. — Non satis curavit editor textus a se editos, v. gr. p. 55 l. 4 et 56 l. 17 lege *paenitentiarum* pro *premiarum* et *primarum!* 53, l. 6 (infra) *Avenionensi* pro *Amonensi;* 51, l. 13 *litteris(?)* pro *literibus!* 48 n. 1 *penitentiales* pro *proemiales.* — P. 47 tenorem Doc. VI et VI erronee explicat editor.

12. Non documenta ignota vulgare, sed Capistrani vitam, actionemque ad vivum depingere sibi proposuit cl. L. de K. Modestia eum a biographia completa Sancti texenda arcuit, verum eruditionem in notis nequaquam neglexit hic biographus, rapido calamo, eoque habili Capistra-

num describens. Capitibus sex virum, eiusque gesta perstrinxit, de « *Sancto* » disserens 1-17; de « *Reformatore Ordinis Min.* » 18-36; de « *Apostolo* » 38-67; de « *Inquisitore* » 68-90; de « *Theologo* » 91-120 (ubi tamen editiones E. Jacob negligens, solum exponit, quid Sanctus de Papae auctoritate senserit), atque demum de « *bellatore* » 121-140. Problemata nova non prodit, sed lectu gratus exsistit liber istiusmodi alacer, digressus rariores continens, quam editio prima eiusdem libri, de qua in titulo nihil, et in prooemio parum dicitur: *St. Jean de Capistran, son siècle et son influence,* Bordeaux, chez les Soeurs Franciscaines et Paris, chez Haton, 1887, 12°, pp. XX, 182. Eiusdem versio italica prodierat Romae 1887: *S. Giovanni da Capistrano, suo secolo e sua influenza. Traduzione del P. Giacomo da Castelmadama,* in-12°, pp. 294. Maxima differentia inter editionem utramque an. 1887 et 1908 in eo est, quod mira, mirabilia etc. in nova editione longe pauciora narrantur. — Ea quae cl. L. de K. in ed. I cap. I p. 1-6, *stirpem gallicam* Patris S. Capistrani propugnans dixerat, in edit. II in appendicem p. 141-9, magis dubius tamen, relegavit, ubi etiam p. 150-8: de *reliquiis Sancti,* (de quibus cap. VII edit. I, p. 145-53). — Aliae appendices editionis I, praeter *Chronologiam* 167-9, (quae est ed. II, 159-61), scil.: *S. J. de C. et la Société moderne* 155-61, *Une prière de S. J. de C.* 163-5; et *Liturgia* Sancti 171-7 in edit. II praetermissae sunt. — P. XX, Bonifinius prodiit Basileae 1543. — *Lipse* p. 29 est utique *Leipsig.* — Utinam L. de K. probaverit tantum influxum *Defensorii III Ord.* Capistrani, quantum illum 35 s. praetendit. — P. 115 s. dicta de praedicatoribus iam. p. 66 s. repetuntur; cf. et VII. — P. 66 l. 8 legas *Ange* pro *Antoine de Chivasso.* Quae de Spiritualibus et de Observantiae initiis habet p. 24 s. parum accurata sunt. — De Martino [?] de Grabowo loco p. 66 cit. (Wadd. an. 1531 n. 8), nihil habetur; nominare forsan voluit Fr. *Uriel* de Grabow, de quo Wadd. 1523 n. 38.

De origine et stirpe patris S. Capistrani proxime dicturi sumus, documentum hucusque incognitum, ipsius scilicet Sancti manu certe confectum, et ideo controversiam decidens prolaturi.

13. Praeter morem communem in « Schematismis » Provinciarum publicandis servatum, iste Hungaricus partem quoque historicam adnexam habet, collectionem 78 epistolarum a plurimis, Hungaris praesertim, ad S. Ioannem Capistranum directarum, vel eum tangentium. Singulae hic enumerari non possunt. Illustrant autem actionem sancti et efficacissimi praeconis per Hungariae plagas, ubi semper summo affectu venerabatur et adhuc veneratur. N. 3—11, 13, sunt Ladislai, regis Hungariae; n. 33-36, 54, 63, 64, 70, 72 sunt Ioh. de Carvajal, Cardinalis S. Angeli, apostolicae sedis tunc in Hungaria legati; n. 29, 37, 42, (30) Iohannis Hunyadis; aliaeque plures magnatum aliorum Hungariae. N. 45 Imperator Capistranum de rebus in Hungaria gerendis certiorem reddit. N. 62 Fr. Ioh. de Taliacotio ad Sanctum scribit, hic etiam uti in sua Narratione [cf. N° 9], p. 21, 93, 123, dicta italica latino sermoni commiscens. — N. 76 iam dictus Legatus 1456, oct. 27 i. e. 5 dies post obitum Sancti sub excommunicatione prohibuit, ne quis socios S. Capistrani impediret, quominus res eius in patrium conventum reportarent. Quia, ait, « *Disposuit fr. Iohannes ipse, auctoritate summorum Pontificum fultus, ut reliquie et libri et alique alie res ad usum sui* [ed. sue] *concesse post eius obitum ad locum de Capistrano reportentur, ut est antiqua et honesta consuetudo ipsius ordinis semper* [?] *servata* ». — Ultimo loco venit epistola, absque nota temporis, Blasii Kurthi de Baczmegie ad Sanctum, in qua B. K. aperte petit plura ab eo miracula operanda in se ipso « pa-

ralytico », in aliis atque in quodam suo familiari, qui « quandam ranam deglutivit et stat in guttere, quam nescimus cuiusmodi materia sit » (!!) — Editor epistolarum harum ubique locos, ubi prius vulgatae erant, indicare debuit. N. 1, i. e. Bulla cruciatae Eugenii IV (1444, ian. 25) mutila exhibetur; integra autem, et quidem cum Capistrani mentione, ap. Wadding, ad an. 1444 n. 45, (XI³, 211 s), habetur. Errores in editione non desunt: P. 66 l. 9 *reciperetis(?)* legendum pro *repereretis*. N. 78 l. 7. *desudent* pro *desuderunt*. N. 73 l. 6 *coram* pro *cum*. P. 54. l. 16 lege *benignissimae manus*. P. 29 lege *Capistr. trumph. p. 509-10*. N. 1 l. 9 *Calatraven;* l. c. 11 *consulibus* etc. Folium, titulum Schematismi praecedens, exhibet effigiem S. Ioannis de Capistrano, de qua supra n. 9 sumus locuti.

P. Michael Bihl, O. F. M.

1. **Hoogeweg, H. Dr.**, Archivrat. *Verzeichnis der Stifter und Klöster Niedersachsens vor der Reformation.* — Hannover und Leipzig, Hahn'sche Buchhandlung 1908, in-8°, pp. VI, 154.
2. **Schmitz-Kallenberg,** L. *Monasticon Westfaliae. Verzeichnis der im Gebiet der Provinz Westfalen bis zum Iahre 1815 gegründeten Stifter, Klöster und sonstigen Ordensniederlassungen.* — Münster, Coppenrath 1909, in-8°, pp. VI, 108.

Ex multo tempore inter historiae peritos Germaniae desideratur elenchus vel catalogus conventuum et monasteriorum, quae elapsis saeculis innumera fere per omnes huius imperii provincias exstiterunt. Plures iam pro diversis regionibus conscripti erant catalogi; ultimis hisce temporibus viri doctissimi duos novos ediderunt elenchos, qui magnam historiae nostrae afferunt utilitatem.

Hoogeweg enumeravit conventus quoscunque, qui ante tempora Lutheri fuerant in provincia *Hannover* et adiacentibus territoriis, quae tunc constituebant Saxoniam inferiorem (*Niedersachsen*). *Schmitz-Kallenberg* vero omnes domus religiosas, quae ab initio usque ad annum 1815 in provincia hodierna *Guestfaliae* fundatae sunt, sedulo indagavit. Uterque primum brevissime historiam, deinde fontes, documenta, chronica, libros, qui de singulis conventibus tractant, indicavit et plures indices accurate conscriptos addidit.

I. In Saxonia inferiore medio aevo fuerunt 17 conventus ordinis Minorum: Braunschweig, Bremen, Goslar, Göttingen, Grossfaldern, Hamburg, Hannover, Hildesheim, Lüneburg, Osnabrück, Stade, Celle, Gandersheim, Lemgo, Osterode, Stadthagen, Winsen a. L. Sex ultimi conventus pro fratribus Observantibus fundati sunt. Hoogeweg pag. 35 in conventu Grossfaldern (Emden) fratres « Gaudentes » habitasse dicit, quos tertiam quandam Minorum familiam fuisse putat; Gaudentes diversis Germaniae locis nuncupabantur Conventuales sive Minores non-reformati. Marquardus ex. gr. Spirensis episcopus (1560-1581) in relatione Romam transmissa scribit: « Est in civitate Spirensi monasterium fratrum Minorum (quos Gaudentes vocant), a iurisdictione episcopali exemptum et senatui Spirensi subiectum planeque ruinosum (1) ». Permagna est difficultas in nominandis conventibus, qui a Conventualibus saeculo XV ad

(1) Archivum Vaticanum, Arm. I t. 8 fol. 625.

Observantes transierunt. Plures apud auctores hac in re inveniuntur errores; nonnulli etiam ab Hoogeweg sunt recepti. Conventus Göttingensis 1462 et Luneburgensis 1489 fratribus Observantibus traditi sunt (1). Conventum Hamburgensem ad Observantium familiam post annum 1517 pertinuisse, elucet ex Chronico Monasterii Ribbenicensis a Fratre Lamberto *Slaggert* conscripto, qui ad annum 1522 refert, in conventu hoc celebratum esse capitulum provinciae sancti Ioannis Baptistae a provinciali Fr. Gerardo Funck (2). Ex eodem etiam Chronico deducere possumus, conventus civitatum Braunschweig et Hannover dictae provinciae, ideoque familiae Observantium fuisse (3).

Unum solum monasterium sororum S. Clarae Hoogeweg nominat, quod fuit in civitate Einbeck, et quatuor domus sororum tertii ordinis: Celle, Detmold, Göttingen, Hameln.

2. Multo maiorem numerum conventuum triplicis familiae seraphicae Schmitz-Kallenberg afferre potuit, quippe qui et saecula XVI usque ad XIX respexerit. Praeter plures domus Annuntiatarum, sororum S. Clarae et tertii ordinis, 14 enumerantur conventus Observantium, 11 Conventualium ac 10 Capuccinorum. Observantes praeterea 13 residentias seu missiones et Conventuales plures domus pro colligendis eleemosynis (*Terminei*) habuerunt. Conventus Observantium fuerunt in civitatibus Attendorn, Bielefeld, Dorsten, Geseke, Hamm, Münster, Paderborn, Recklinghausen, Rheine, Rietberg, Siegen, Vreden, Warendorf, Wiedenbrück. Conventus Siegensis anno 1534 fuit suppressus, fratribus fortiter pro ecclesia catholica decertantibus expulsis. Conventus Dorsten, Paderborn, Rietberg, Warendorf, Wiedenbrück adhuc a fratribus nostris inhabitantur; reliqui ineunte saeculo XIX a gubernio occupati sunt. Ubique Schmitz-Kallenberg maxima cum diligentia et rerum peritia omnia documenta et chronica indicavit, ita ut vix aliquod desideretur. — Historia Provinciae Thuringiae a Fratre Adamo Bürvenich scripta, quae p. 73 citatur, non in conventu Fuldensi, sed inter libros a cl. Binterim relictos in bibliotheca civitatis Dusseldorpiensis asservatur. In hoc libro Bürvenich plura documenta ad historiam conventus Attendornensis affert; confer etiam « *Nachrichten über das höhere Schulwesen zu Attendorn vom Anfange des 17. Jahrhunderts bis zur Errichtung des Progymnasiums daselbst* », in relatione progymnasii pro anno 1857-1858; quo loco p. 18 sqq. plura de schola ibi a fratribus nostris instituta dicuntur.

Speciali cum laude nominamus notitias, quas auctor de pluribus tertii ordinis domibus praebet. Inter tot ex ampla historia Franciscana quaestiones difficiles quaestio de tertio ordine regulari peculiares praebet difficultates; vix enim adsunt monumenta et memoriae. In Germania,

---

(1) Cfr. librum nostrum *Niedersächsische Franziskanerklöster im Mittelalter*, Hildesheim 1896, p. 21 et 22.

(2) Chronicon denuo editum est a Fr. Techen in primo tomo *Mecklenburgische Geschichtsquellen*, Schwerin 1909, sub titulo *Die Chroniken des Klosters Ribnitz*. Cfr. ib. p. 56 et 128.

(3) P. 128 enim refertur, provinciam S. Ioannis Baptistae 1521 in Neubrandenburg celebrasse capitulum; aliunde vero scimus — cfr. librum nostrum supra citatum, p. 58 n. 1 — in hoc capitulo interfuisse conventum Brunsvicensem, in specie fratrem Eberhardum Runge, qui postea (l. c. p. 66) habitavit in conventu civitatis Hannover. — Hinc corrigenda sunt quae diximus in *Beiträge zur Geschichte der sächsischen Franziskanerprovinz vom hl. Kreuze*, Düsseldorf 1909, p. 133, Hamburg, Braunschweig, Hannover Conventualibus tribuentes.

praesertim ex saeculo XV, plurimae domus dicto ordini fuerunt, quarum vestigia plerumque tantopere evanuerunt, ut vix nomen et recordatio supersit. In solo territorio provinciae Coloniensis cl. P. Patritius Schlager in suo libro *Geschichte der kölnischen Franziskaner-Ordensprovinz während des Reformationszeitalters*, Regensburg 1909, egregie conscripto 9 domus fratrum et circiter 70 domus sororum tertii ordinis enumerare potuit. Historia tertii ordinis regularis, in specie tribulationes a multis domibus saeculo XVI perpessae, adhuc scriptorem adspectant.

Monasticon Westfaliae historiae nostrae studiosis magnam praebet utilitatem. Clarissimo auctori enixe pro labore suscepto gratias agimus.

P. Leon. Lemmens, O. F. M.

Reisch, P. Chrysogonus, O. F. M. — *Geschichte des Klosters und der Kirche St. Dorothea in Breslau, nach meist ungedruckten Quellen bearbeitet.* Mit 28 Illustrationen und einem Lageplan. — Breslau, Goerlich & Coch (Rudolf Sprick) 1908, in-8° pp. XII-425, (M. 5,00).

Opus erudite, lepideque compositum R. Patris Reisch, cui iam debemus opusculum *Kurze Geschichte der Franziskaner in Breslau*, Breslau 1900, nobis donavit describendo et illustrando fata ecclesiae, conventusque annexi S. Dorotheae Wratislaviae (Breslau in Silesia). Ecclesia haec pulcherrimo stylo, uti aiunt, gothico posteriore constructa, fundata a. 1351, cooperante Carolo IV, rege Bohemiae et Imperatore Germaniae, Eremitis S. Augustini tradita est in quorum manibus usque initium saec. XVI mansit. Plura curiosa hac ex periodo enarrantur, ex. gr. « bellum de cerevisia » pp. 16-18). Augustiniani Wratislavienses, proh dolor, fere statim doctrinas confratris Wittenbergensis, Martini Lutheri, receperunt, et sic ecclesia S. Dorotheae derelicta et devastata est. Parum post Fratres Minores Conventuales S. Iacobi, Praemonstratensibus traditi, occupaverunt ecclesiam et conventum S. Dorotheae (1530, 10 ian.). Sed nec hi resistere potuerunt (pp. 61-67) et magnificus conventus, solo relicto P. Martino Bonengel, 1534, 30 oct. municipio traditus est, (cf. Instrumentum p. 399-02); sicque cum ecclesia certae ruinae devotus videbatur. Revera 80 annos municipium Wratislaviense, novae religioni deditum domum Dei usui profano tradidit, donec decreto imperatoris Mathiae, 10 nov. 1612, Fratribus Minoribus Conventualibus Prov. Bohemiae, restituta est. Conventuales ad saecularisationem usque, a. 1810 in Silesia in effectum deductam, perstiterunt ibidem. Auctor plura ex hac periodo, quae nostra magis interest, nova attulit ex monumentis ineditis diligentissime collecta.

Notatu sane dignum est apud cives Wratislavienses, maxima ex parte Confessionis Augustanae asseclas, PP. Conventuales fuisse in non parva aestimatione et gratia. Id praesertim apparuit manifeste, cum PP. Societatis Iesu, Wratislaviae collegium erigere studuissent, et quidem in aedibus S. Dorotheae, (1648). Omnia secrete parata erant, edictum Imperatoris latum, et tamen Iesuitae numquam intrare in possessionem potuerunt, cum populus protestanticus accurreret, et e partibus Conventualium staret. Haec primum bene illustrasse meritum auctoris est. Hinc in luce plane singulari apparet narratio de hac « quarta persecutione » Societatis Iesu Wratislaviae a P. Coturio S. I. conscripta et a P. Reisch pp. 135-141 edita. Superato hoc periculo, Conventuales conventum paulatim ad magnum florem adduxerunt: Bibliotheca sat dives,

scholae atque disputationes scholasticae publicae, infestatio aemulorum, labores in cura animarum id satis comprobant, sicut etiam possessiones ita locupletes, ut vel Friderico II, Borussiae regi, mutuum dare potuerint conventuales, (p. 211). Divisa Silesia ab Austria, et Borussiae annexa, erecta est nova Provincia Conventualium promovente gubernio civili, ex conventibus Silesiae a provinciis Bohemiae et Moraviae separatis, et sic magnus conventus S. Dorotheae a Provincia matre Bohemiae avulsus est (p. 228). Post a. 1810 sacerdotes saeculares usque hodiernum diem Ecclesiae S. Dorotheae inserviunt et hortatu praesentis parochi, D. Hermanni Böer, R. P. Reisch hunc librum scribendum suscepit pulchrum, doctumque, qui plura documenta evulgat primum, in ipso operis corpore et in appendice. Hic praeter fundationis instrumenta (379-83), habes etiam protocollum (383-92), et Theses (393-5) Disputationis celebris in templo S. Dorotheae a 20-24 april. 1524 habitae, inter novae et antiquae religionis asseclas et ministros, in qua « *Fr. Iohannes Wunschalt* s. theol. baccalaureus et custodie Wratislaviensis ordinis minorum [Conv.] custos », theses a Praedicantibus propositas singulatim, in eorum sensu, declarabat (385). P. 396-8 habes instrumentum, quo a. 1530 « Honorabiles et religiosi viri Dni *Ioannes Sculteti*, Guardianus [conventus] B. Virginis in Sveintz [Schweidnitz], *Martinus Sculteti* similiter Guardianus [S. Iacobi], *Matthaeus Sutoris* lector, *Hyeronimus Werchem* sacristanus », aliique Conventuales S. Iacobi conventum suum urbis magistratui cesserunt. P. 402-4 instrumentum legitur, quo S. Dorotheam Minoritis Conv. assignat Mathias Imperator, et p. 405-6, instr. quo Leopoldus I. imp. conventum istum in protectionem suscipit; p. 407-8 Decretum P. *Ioan. Bap. Constantii* de Assisio, Min. Glis O. Conv. novam Provinciam « Silesiae Prussianae » erigens, 10 aug. 1754. — Inter Lectores studii « Generalis » S. Dorotheae, in quo philosophia et theologia ad mentem Scoti tractabatur, eminebat certe P. *Antonius Kalkstein,* « nobilis theologus » c. 1730 (200 sqq).

Liber diligentissime, optimeque scriptus, charta lucidissima impressus, plurimis imaginibus perbelle illustratur, conventus situm et aedificia etc. exprimentibus. Commemoremus oportet ex his conventus ichnographiam (in fine libri), Sigillum Provinciae Saxoniae S. Ioannis Bapt. (83), aliud (85) anni 1391, atque tertium anni 1464 (87), sigillum Custodiae Wratislaviensis an. 1280 (89). — Opus maxime varium R. P. Chrysogoni Reisch critica sana compositum, pulchrum est documentum diligentiae et sollertiae indefessae cl. auctoris, atque in honorem Ordinis certe redundat. **P. Livarius Oliger**, O. F. M.

Bihl, P. Michael, O. F. M. — *Geschichte des Franziskanerklosters Frauenberg zu Fulda* 1623-1887. Fulda, Fuldaer Actiendruckerei, 1907, in-8° pp. X-251. (Vol. III Collectionis: *Quellen und Abbandlungen zur Geschichte der Abtei und der Diözese Fulda.* — Im Auftrage des Historischen Vereins der Diözese Fulda herausgegeben von Dr. G. Richter). (M. 3, 80).

Ex animo illius, qui unquam Montem Marianum, vulgo *Frauenberg,* ante portas oppidi Fuldae situm, conscendit, certe vix discedet memoria pulcherrimi conspectus, qui undequaque in vicinam regionem, in prata, rivos, silvas, pagos patet. Nec miratur viator hanc ipsam regionem iam mille et ducentos ante annos attraxisse oculos Missionariorum, S. Bo-

nifatii sociorum, qui hic in ripa dextra fluvii Fuldae celeberrimum illud monasterium exstruxerunt. Etiam Mons Marianus a filiis S. Benedicti inhabitabatur, quibus iam diu abactis, Fratres Minores a. 1623 successerunt. Huic conventui O. F. M. P. Michael Bihl monographiam dedicavit. Et merito; si enim unquam conventus aliquis allexit doctum virum ad disquisitionem scientificam suscipiendam, est ille noster in Monte Mariano, qui trium saeculorum decursu interne et externe multiplicibus modis splenduit.

Cum Reformatio lutherana undique pressisset territorium abbatiae Fuldensis, fecissetque iam plura mala, Abbas Princeps, Iohannes Fridericus de Schwalbach, cogitabat de iterum sibi et territorio procurando actionem benignam et confortantem Fratrum Minorum, qui iam a. 1237 Fuldam pervenerant, sed circa an. 1550 ex antiquis sedibus expulsi erant (1-3). Postquam Fratribus Min. Prov. Obs. Coloniae, Fuldam accercitis, 12 febr. 1620 domum parvam iuxta ecclesiam S. Severi in oppido medio tradiderat, eos, successor ipsius, Bernhardus Schenk de Schweinsberg, in antiquum prioratum O. S. B. in clivo Mariano, die 31 mart. 1623 sollemniter transtulit (15-9), sperans ex eorum actione fructus uberrimos animarum religionisque catholicae fore manaturos. Nec spes eum fefellit. Etenim Fratres Minores, optimis ducti Praesidibus (20-78; 213-39), mox maximam auctoritatem exercebant in populum; in periculis ei assistebant consilio et praedicatione, in cura animarum in non paucis pagis sacerdotum defectum supplebant. Ipsi erant capellani militares inde ab anno 1711 (157 sqq.), et usque hodiernum diem remanserunt. Ad ipsos spectabat praedicatio in ecclesia cathedrali ab anno 1626 (145 sqq.), quod officium pariter adhuc explent. Studia vero adeo florebant, ut vel ipsi Benedictini scholas nostras frequentarent et inter Lectores non pauci invenirentur doctorum operum auctores. Eminent inter hos *Fridericus Stumelius* celeber scotista, qui obiit 26 mai. 1682 (p. 123-25); P. *Angelinus Brinkmann,* eiusdem scholae assecla, celeberiorque P. *Polycarpus Schmitt,* qui « professor emeritus » gymnasii publici e vivis cessit 21 oct. 1841 (219 ss). Abolita Societate Iesu (1773), Henricus de Bibra, abbas Fuldensis plures professores pro universitate Fuldensi e nostris sumpsit: PP. *Seraphinum Hipler* (1780), pro exegesi, aliosque pro theologia, et praecipue P. *Arsenium Rehm,* tunc sat notum orientalistam, pro linguis hebraica et arabica (137-142). — Cum populo intime coniuncti, huius dolorum et gaudiorum participes erant Fratres Minores: belli tricenalis horrores et ruinas (p. 35 sqq.), sicut et turbationes invasionis gallicae tempore Napoleonis I (215), aspexerunt et demum et ipsi a. 1875 expulsi a gubernio Borussico infelici illo *Kulturkampf,* a populo catholico vehementissime desiderati, donec, agente R. P. *Aloysio Lauer,* tunc Definitore Gli. a. 1887 ad pristinas sedes redirent (Cap. XIII, 229-38). Erudite agit, e MSS. hauriens auctor, de piis confraternitatibus Chordae et Stigmatum S. P. Francisci (163-70), S. Antonii (171), de *Via Crucis* (cf. AFH I, 59), deque aliis antiquis devotionibus (172 sqq.,). Accurate, quantum fieri potuit, describitur architectura aedificiorum priorum (78-79) conventus et ecclesiae, B. M. V. Gaudiosae nunc quoque dedicatae, quae die 29 mart. 1757 miserabili incendio periere; atque novorum postea, sub Fr. laico Cornelio Schmitt, architecto 1758-63 exstructorum (100-118). — Populus indefessum zelum atque integram vitam Fratrum videns, plena fiducia eos remuneravit et, testante vetusto Libro benefactorum, omnibus necessariis large providit, conventumque Marianum ut proprium institutum semper habuit.

Haec omnia et alia, quae hic nec obiter perstrinxi, auctor ex ordine narrat, rhetoricum modum prorsus devitans, quamvis nec ipse sermonis lepor desit, sed modo, qui decet seriam historiam, scientifico, et quidem cum tali scrupulo, ut vix inveneris assertionem, cuius in notis fons, ut plurimum manuscriptus, non statim assignetur. — Utinam omnes nostri conventus tales monographias haberent! Tunc Provinciarum, tunc demum ipsius Ordinis res gestae scribi possent. Rhetorica quidem facilis, critica historica difficilis, sed fructus eius durant, multisque utiles sunt, dum libri historici rhetorico calamo conscripti nullius duraturae utilitatis esse possunt. **P. Livarius Oliger**, O. F. M.

[Picconi, P. Giacinto; Ricci, P. Giovanni; Nanetti, P. Barnaba da Cologna: O. F. M.] — *Barbarie e trionfi, ossia le Vittime illustri del San-si in Cina nella persecuzione del 1900.* **Parma, Tip. Egidio Ferrari, 1908. In-8° pp. [6]-552. (L. 4).**

De ultima Sinensi in christianos persecutione, quae anno 1900 repente, ut aestiva procella, displosit, breviter duravit, sed post se immensam reliquit hominum et rerum nostrarum cladem et ruinam, plurimae iam prodierunt, tum ephemeridibus tum libris, narrationes et memoriae (1). Quae tamen, sive ob temporum nimiam proximitatem vel locorum distantiam, sive ob suscepti argumenti naturam vel ambitum, neque puram et totam veritatem attigerunt, neque illorum eventuum plenam historiam nobis adhuc praebent. Verum, quod hoc ultimum spectat, tempora, cum fuerint matura, dabunt; interim adlaborandum est, quot viribus et modis concessum sit, in memoriis colligendis, in veritate tota et sola procuranda, ne de incuria, quam nos antiquis exprobramus, in re hac nostra tanti momenti definienda, dum erat possibile, a posteris iustius incusemur. Talem sibi proposuerunt finem auctores huius libri, qui partem tantum illius eversionis quoad territorium tangit; sed eam quam plenissime fieri potuit, ita ut per hoc opus omnes praecedentes narrationes eiusdem argumenti corrigantur et compleantur (cf. p. 339 s.). Ad id enim obtinendum, simul, viribus unitis, operam contulerunt, qui maximam documentorum copiam prae manibus habebant; immo unus ex eis, P. Barnabas Nanetti, testis et pars illorum casuum fuit, atque postea loca semel et bis perlustravit, colligens religiosissime, ne perirent, reliquias martyrum et memoriarum.

Plures in partes dividitur opus, cui brevis *Introductio* praemissa est (p. 1-9) de varia fortuna catholicae religionis in imperio Sinensi et specialiter in regione *San-si,* quae est theatrum huius narrationis. Et antequam ad relationem persecutionis deveniatur, opportunum visum est praemittere amplam biographiam trium praecipuorum virum, ex Ordine Minorum et Provincia Bononiensi, qui illius christianitatis praepo-

(1) Cf. ut pauca memorem, *Acta Ordinis Fratrum Minorum,* an. XIX (1900) 116, 167-73; XX, 44-7, 80-3, 89-91, 111-4, 145-8, 162-3, 173-6; XXVIII (1909) 61-5. [D. Manini], *Episodi della Rivoluzione Cinese 1900,* Parma 1901. *Vie de la Mère Marie-Hermine de Jésus et des ses compagnes* etc. Rome, Vanves, Paris 1902. P. Barnaba [Nanetti] da Cologna O. F. M. *Nel Settentrionale del San-si. Diario,* in « *Rassegna Nazionale* » an. XXV (1903), vol. 133, pp. 86-118, 292-313, 362-94 (seorsim, Firenze 1903). L. De Kerval, *Deux Martyrs français de l'Ordre des Frères Mineurs, le R. P. Théodoric Balat et le Fr. André Bauer* etc. Rome, Vanves, Paris 1903. Mario Valli, *Gli avvenimenti in Cina nel 1900* etc. Milano 1905. Plurima alia opera invenies, in istis et in eo, de quo loquimur, citata.

siti, maximam partem habuerunt in illis periculis, et duces et exemplum aliorum fuerunt ad martyrium. Sunt enim: Revmus Dominus *Gregorius Grassi* Episcopus tit. Orthosiensis et Vic. Apostolicus totius *San-si* septentrionalis, Revmus Dominus *Franciscus Fogolla* Episc. tit. Bagiensis et Vic. apostolici coadiutor, et P. *Elias Facchini.* Aliquis forsan putet has biographias nimiam libri partem occupare (10-322) et efficaciam et famam, qua est digna, impedire sequentis narrationis; at videndus est scopus auctorum: *ne pereant memoriae;* in hoc opere quidquid exstat erat colligendum: commentarium digerunt amplissimum de illis rebus et hominibus, futuris historicis inserviturum; denique his praeviis notitiis narratio postea tota illuminatur et magis nobis familiaris fit.

P. Hyacintus Picconi vitam intexit Excmi Gregorii Grassi (10-123) qui natus erat Castellatii, in oppido Pedemontanae regionis, die 13 decembris 1833, ordinem intravit anno 1848, missionarius adivit in Sinas anno 1860, ubi episcopus et coadiutor Rmi Dom. Aloysii Moccagatta O.F.M., tunc vic. Apostolici *San-si,* anno 1876 renuntiatus est, eique in munere successit a. 1891. Vir ferventissimae in Deum et proximum pietatis apparet ex suis epistolis, quae multae referuntur, et ex operibus, quae innumera narrantur atque illos sui 40 annos apostolatus magnifice impleverunt. Eius opera et nutu, Missio *San-si* inter florentissimas exsurrexerat Imperii Sinensis; atque ipse memoratur ecclesias, oratoria, capellas per illam regionem aedificasse numero 60.

P. Ioannes Ricci collegit memorias quae spectant Excmum Franciscum Fogolla (124-248) et P. Eliam Facchini (249-322). Quorum prior Monteregio in Provincia Parmensi vitam hausit d. 4 oct. 1834, professionem in ordine emisit 1863, in Sinas profectus est a. 1867, ibique a. 1898 Episcopus et coadiutor Rmi Grassi promotus; alter vero in Castro *Reno Centese* apud Bononiam d. 2 Iulii 1839 ortus, habitum Franciscanum induit a. 1858, et munus sumpsit missionarii in caelesti Imperio a. 1867. Quanta ipsi quoque pro zelo Dei et salute animarum illic compleverint et sustulerint, longum est hic, etsi in compendium, referre; prior exuberantis vis animi miles Christi, loci linguae et morum peritissimus, negotiator efficacissimus apud reipublicae praepositis pro commodis missionis; posterior mitis et candidus, magister in Seminario Missionis et omnium consiliarius erat amantissimus. Tres isti, Missionis seniores, tam longo fatigati labore, requiem tandem expetere poterant: quam Deus, ut melius optaverant, concessit, per martyrium eos vocans ad praemium.

Biographiae ad limen anni 1900 consistunt: quibus succedit narratio subversionis a P. Barnaba Nanetti, tunc in *San-si* missionario, facta (323-548). Quam dividit in plures partes. *Persecutionis praeliminares* (325-39), in quibus causas explicat et facta praevia rebellantium motuum submittit. *Persecutiones et caedes* (339-403); eorum initia, partim manifesta, partim fraude occultata: a die 26 Iunii pedetentim eventus sub ducatu scriptoris, qui documenta, epistolas, vagos rumores, notitias hinc inde in horas horribiliores allatas, inserit, sequimur vel potius nos quoque quasi praesentes experimur, usque ad diem 9 Iulii, quo, vinculis mortis circum victimas in dies magis constrictis, vicerex ille crudelissimus, *Iu-sien,* ultimo hypocrisis velo e vultu deiecto, ad se duos episcopos, tres alios ex ordine Fr. Minorum, septem sorores Franciscanas Missionarias Mariae, quinque alumnos seminarii et octo Missionis famulos, venire iubet et eos vel capite truncari vel alio barbarico modo occidi coram se facit. Sequitur (403-23) subversio totius Missionis, et prima per Deum martyrum facta glorificatio et carnificum iusta vindicta. Pagg. 424-38

auctor restaurationem adumbrat iuris et pacis deinde obtentam, et varios in Sinis et in ceteris mundi partibus martyribus celebratos honores.

Cum hac praecedenti narratione auctor partem solummodo persecutionis singillatim describat, quae in Provincia, ut ita dicam, *Tae-yuen-fu* debacchata est, ubi Vicerex sedebat, et etiam multorum martyrum ibi occisorum tantum nomina hucusque sint referta; ut plenior, quo potuit, narratio evaderet, hinc tres *Appendices* subnectit: I. *Ceterae victimae primi et tertii Ordinis Franciscani* (439-90), in qua breviter biographiam et martyrium narrat P. *Theodorici Balat,* Fr. *Andreae Bauer,* amborum O.F.M. et in martyrio comitum Episcoporum [supra n. 1], et septem sacerdotum indigenarum tertii Ordinis. II. *Sorores Instituti Franciscalium Missionariarum Mariae* (491-514) una cum episcopis occisae, ex quibus una, *Maria Clara Nanetti,* ipsius auctoris soror erat, cuius in vita narranda, aliquid novi addens, ipse longius et iuste moratur [sup. n. 1]. III. *Acta Martyrum San-si septentrionalis* (615-48), ubi, a se revisam et correctam iuxta veritatem sibi comprobatam, publici iuris facit relationem P. Michaëlis Chiappetta a Mediolano O. F. M. qui, tunc temporis cum esset missionarius in regione *San-si* ad occidentem *Tae-yuen-fu,* persecutionis, illam partem territorii depopulatae, diarium rogatu auctoris scripsit, in quo pene tot sunt martyres et heroici actus quot verba.

Hic liber. Nemo putet P. Barnabam, qui martyrum socius et amicus fuit et facta refert quae examen nostrum et iudicium criticum fugiunt, facilem fuisse ad omnia credenda, quae popularis pietas aut vis mentis terrore vel veneratione ducta, etiam in Sinis immediate et postea vero adiunxit. Rectum et severum adhibet iudicium in factis secernendis: quae vera sibi comprobata sunt ut vera narrat, quae dubia, ut dubia, quae vero falsa, aperte reicit, etiamsi honori et gloriae martyribus essent; uti notitiam vulgatam, eis a iudice propositam apostasiam fuisse, ut propriae vitae parcerent (358s). Cf. etiam p. 339s., 357, 394-403, 413ss. etc.

Plurima sunt documenta, epistolae, edicta, quibus narratio fulcitur et illustratur, magnam partem inedita, utcumque pretiosissima neque alibi facile invenienda. Tabulae ad centum opus condecorant et declarant, quibus tamen una deest, charta scilicet geographica vel saltem topographica *San-si,* qua melius lector narrationem sequi posset.

Ceterum meminerit velim lector, hanc non esse formalem historiam omnibus punctis absolutam et perfecta methodo ordinatam illius ultimae cruentae nominis christiani persecutionis; sed tantum, et optime, fontium thesaurum, a quo, additis quae auctor tertio nunc in Sinis reversus invenire et certificare adhuc potuerit, historicus futurus possit facile haurire, ut posteris enarret, quomodo Ecclesia christiana et religio Fratrum Minorum initium huius saeculi admirabili exemplo et sacro sanguine, in bonam futuri spem et benedictionem, consecraverint.

P. Benvenutus Bughetti, O. F. M.

Montgomery Carmichael, *Francia's Masterpiece. An essay on the beginnings of the Immaculate Conception in art.* — London, Kegan Paul, Trench, Trübner & Co. Ltd. Dryden House, Gerrard Street, W. 1909, in-12°, pp. XXXIV, 167. (5 shill. nett).

M. Montgomery Carmichael, consul anglais à Livourne, a consacré une étude très approfondie au retable que Francesco Raibolini, appelé communément Francia, peignit pour l'ancienne chapelle de l'Immaculée Conception dans l'église de S. Frediano à Lucques (Lucca).

L'auteur prouve (p. 80 ss), que cette image fut peinte après 1511, et peut-être peu de temps avant la mort de Francia. Celui-ci mourut le 5 janvier 1517. La donatrice en fut Donna Maddalena Stiatta (84), qui la fit peindre pour une chapelle de l'Immaculée Conception dans l'église de S. Frediano. Cette chapelle a été réunie à celle de l'Assomption (90ss), et la toile de Francia après plusieurs « pérégrinations » que décrit le chapitre VI, (95 ss) finit par être attachée à un mur de la dite chapelle. En la comparant avec d'autres peintures de Francia, M. C. M. prouve qu'il s'agit bien d'une oeuvre de ce maître bolonais. Voici une courte description de l'oeuvre de Francia qui est d'une beauté exquise. En haut de l'image, Dieu le Père touche, avec un sceptre, la couronne ou la tête de la Sainte-Vierge agenouillée à côté de lui. En bas sont debout quatre personnages: à gauche (du spectateur) S. Augustin avec une banderole qui porte l'inscription: *In celo qualis est Pater, talis est filius; in terra qualis est Mater, talis est filius secundum carnem;* et S. Anselme, tenant une crosse en forme de croix et une banderole, où on lit: *Non puto esse verum amatorem virginis, qui celebrare respuit festum sue Conceptionis.* A droite il y a le roi David touchant une cithare, et à côte de lui le roi Salomon, qui ne tient qu'une bande avec le texte: *Tota pulcra es amica mea et macula non est in te.* Celle de David porte: *In sole posuit tabernaculum suum.* C'est le v. 6 du psaume 18; celui de Salomon est du *Cant. Cant.* 4, 7. — Celui de S. Augustin est pris du *Sermo 20 ad Fratres,* (Migne, *P. L.* 40, 1267), et celui attribué a S. Anselme du *Sermo de Concept. B. M. V.* (*P. L.* 159, 322). Aucune de ses quatre figures ne porte une auréole. Il en est de même d'une cinquième figure, agenouillée au milieu du tableau entre les quatre personnages déjà décrits. C'est un franciscain, pieds nus, d'une main il tient une flamme, comme on représentait autrefois St. Antoine de Padoue.

En parcourant les p. 10-13 et le premier appendice du livre p. 115-43, on sera étonné de voir combien de fausses appellations et explications de cette peinture de Francia ont été avancées! (Couronnement de la Ste. Vierge, Assomption etc.), M. C. M. a donc recherché dans un chapitre spécial (15-31) le sujet, que Francia avait voulu représenter par ce retable. Ajoutons que dans l'arrière-fond de la peinture de Francia, il y a encore une espèce d'enclos en marbre parsemé de fleurs: c'est le *Hortus conclusus* du Cantique des Cantiques 1, 18. — Nos lecteurs auront déjà compris tout le symbolisme, mis en oeuvre par Francia! Celui-ci ne voulut représenter autre chose que l'*Immaculée Conception!* Rapprochez, en effet, du retable de Francia un autre, actuellement dans la Pinacothèque, et antrefois dans l'église *San Francesco à Lucques*, et toute ombre de doute s'évanouira. Les deux peintures sont presque identiques quant aux figures et symboles représentés. Toutefois l'arrière-plan du rétable de S. Francesco est plus riche: l'on y voit, outre le *Hortus conclusus* de Francia, le *Fons signatus,* la *Plantatio rosae in Iericho* le *Cedrus in Libano,* la *Palma....in Cades,* (voir l'*Ecclus* 24, 17, 18, 20), tous des symboles de la Ste Vierge. Des deux petits vases placés dans le *Hortus conclusus* l'un porte l'inscription: *Mirra,* l'autre celle de *Balsamum.* En haut cependant le Christ est substitué au Père Éternel. A côté de lui flotte la bande, qui porte: *Non enim pro te, sed pro omnibus hec lex constituta est.* C'est donc une allusion claire à Esther, 15, 13. Le Christ étend son sceptre sur la Ste. Vierge; à côté, et sur la bande se déroulant devant elle, on lit: *Eruisti a framea, Deus, animam meam.* Il y a plus cependant. Car le Franciscain agenouillé au milieu

des deux évêques et des deux rois, a, lui aussi, cette fois, une banderole, qui porte: *Videtur probabile, quod est excellentius attribuere Marie.*

Il résulte de tout cela, que Francia, quand il peignit le retable pour S. Frediano de Lucques, ne fit que copier — tout en le simplifiant — le retable de S. Francesco. D'ailleurs Dame Madeleine Stiatta connut certainement ce retable, puisqu'elle était bienfaitrice des Frères Mineurs de Lucques, comme en témoigne encore son testament, p. 94. En commendant le nouveau retable elle aura, sans doute, exprimé son desir d'orner d'un tableau semblable l'église de S. Frediano. Or le tableau de S. Francesco fut peint pour la Confraternité de l'(Immaculée) Conception que l'on y avait fondée en 1477. On n'en connaît point l'auteur, il est dû peut-être à un Franciscain peintre de Lucques. Du moins savons-nous, que les Frères Mineurs de ce couvent se distinguaient entre 1480 et 1550 dans l'art de la *miniature*. p. 23. Ce retable garni de plus de théologie encore que celui de Francia, est, à en juger d'après son style, antérieur à celui-ci. Il a plus du XVe siècle.

Cependant, selon M. C. M., p. 42 ss., ce peintre a puisé, de son côté, toute sa symbolisation dans les deux *offices de l'Immaculée Conception* de Léon Nogarole et du Frère-Mineur Bernardin de Bustis. (Cf. l'édit. de l'Office Quaracchi 1904). Celui-là fut approuvé par Sixte IV le 27 février 1477, et celui-ci le 4 octobre 1480. De ce fait M. C. M. voudrait déduire, un peu trop sommairement, (50), que le retable de S. Francesco ne fut point executé avant le mois d'octobre 1480. Mais il faut remarquer que ces *textes* se trouvaient déjà dans quantité d'ouvrages, écrits sur l'Immaculée Conception bien avant 1480! Néanmoins, si le retable de S. Francesco a été exécuté environ 1480, c'est bien à Lucques, au moins dans l'état actuel des recherches, que revient l'honneur d'avoir le plus ancien tableau de l'Immaculée Conception. Pour le culte de l'Im. Conc. à Lucques voir P. Guidi, *L'Immacolata a Lucca,* Pavia 1905.

Notons d'ailleurs que l'on trouve une reproduction du rétable S. Francesco de Lucques dans les *Acta Minorum,* XXIII, Dec. 1904, 388, où il faut lire, naturellement, *saeculi XV* pour *saec. XIV*. A comparer aussi le tableau de l'église franciscaine de Sepino, reproduit ibidem; et qui y est dit de l'an 1519. — M. C. M. reproduit et décrit lui-même le tableau de Pier de Cosimo dans l'église de *S. Francesco à Fiesole*. Il remarque, très à propos (153-5), que ce fut l'office de Nogarole, qui guida Piero di Cosimo, et non pas celui de Busti. La date du tableau de Fiesolé: 1480, il la déclare un faux (153), puisque Cosimo n'était né qu'en 1463. (Il mourut en 1521).

Mais le Frère Mineur à genoux au milieu des peintures de Lucques qui est-il? Notons, à ce propos, tout de suite, que St. Antoine n'est point nommé dans l'office de Bernardino de Bustis. Le passage que donne la bande sur le retable de S. Francesco, ne se trouve point dans ces écrits. On ne peut pas dire, non plus, qu'il ait défendu l'Immaculée Conception. Il faudra donc admettre avec M. C. M. (p. 23), que ce Frère Mineur n'est autre que Fr. Jean Duns Scot, le grand protagoniste de la Vierge Immaculée. Le texte bien connu de la bande du Franciscain se trouve d'ailleurs dans Scot, *III Sentent. dist. 3, qu. 1, Opera,* Paris 1894, XIV, 165, et *Bibl. Francisc. Schol. med. aevi,* III, Ad Cl. Aq. 1904, 17.

Si nous n'avons pas été convaincu, que la lunette, découverte par M. C. M. dans le sacristie de S. Frediano, soit celle dont aurait été surmontée, autrefois, la peinture admirable de Francia (p. 6 ss.), nous acceptons cependant, de plein gré, ses explications des scènes de la *predella* de Francia. Ce sont de charmants clairs-obscurs, p. 53-72. En

voici les sujets. Il y a d'abord la scène de l'abbé Helsinius, qui ayant échappé au naufrage, après avoir fait voeu de célébrer la fête de la Conception, remplit cette promesse, (61-65). Voir Bourassé, *Summa Aurea B. M. V.* ed. Migne, XII, 1102. Bern. de Bustis, *Offic. Im. Conc.* IV, lect. V. VI. ed. cit. 34 s. — Deuxième scène. Un Frère lai Franciscain, ayant donné, dans une sainte colère, un soufflet à un Père Dominicain qui niait l'Immaculé Conception, s'offrit de monter un bucher avec ce dominicain, qui s'y refusa. Le franciscain y alla et fut préservé des atteintes du feu, (65-7). Cf. Bustis, *Mariale,* Milan 1493, fol. 48r; *Sum. aur.*, XII, 1108. — Le troisième miracle est celui du chevalier d'Aquila que Marie empêche d'assassiner son ennemi, (67-8). *Mariale,* f. 43v. *Sum. aur.* XII, 1140. — Le quatrième clair-obscur enfin représente le miracle de Bergame, où la Vierge Immaculée préserva un enfant qui était tombé d'une terasse, (69-70). *Mariale,* 49r. *Sum. aur.* XII, 1127.

L'ouvrage de M. C. M. est écrit avec un dévoûment et un amour des plus grands. Cependant nous ne croyons pas, qu'il faille exposer au lecteur, toutes les démarches nécessaires pour écrire un tel livre, p. XXX. De cette façon tout l'exposé devient trop prolixe, et à force de suivre l'auteur dans toutes les étapes de ses recherches personnelles, le lecteur risque de perdre de vue la question scientifique, qui lui importe toute seule, après tout. Consacrer au moins une page à chaque explication erronée du retable de Francia (p. 115-143), nous paraît aussi un peu exagéré, même dans un livre d'une exécution typographique aussi remarquable que le présent volume, orné, en sus, d'excellentes photogravures. — Les textes latins dans les notes ne semblent pas être tout à fait corrects, p. ex. 45 n. 3; 82 n. 1. lisez capella, *quam construere* fecit; 83 n. 1 *fiat* pour *fiatur* etc. Les phrases de la p. 40, l. 15 ss. sont trop exagerées.

En tout cas le livre très consciencieux et très instructif, surtout pour historiens de l'art, a une importance fondamentale pour une future histoire des représentations artistiques de l'Immaculée Conception. Et cette histoire, nous l'espérons, sera écrite par le savant auteur de la présente monographie.

P. Michel Bihl, O. F. M.

Goyens, Jérôme O. F. M. *Een Toonbeeld der Jonkheid of Levensschets van den E. P. Leo Van Acker O. F. M.* — Maldeghem, Vict. Delille 1907, in-8° pp. IX, 166. (2 Fr.).

C'est une simple narration de traits charmants qui caractérisent l'enfance, la jeunesse et la vie religieuse de l'humble religieux, que fut le R. P. *Léon Van Acker* O. F. M. Dès son enfance, on le voit se vouer avec un effort viril aux pratiques de piété, héréditaires dans la famille Van Acker. Ses années d'études au collège d'Ecloo sont marquées par une conduite exemplaire et une application soutenue, qui lui fait remporter les premiers prix dans les classes d'humanités. Il prit l'habit franciscain à Thielt le 5 oct. 1881. Novice, il s'applique avec un zèle ardent à l'acquisition des vertus franciscaines, qu'il perfectionne avec une ardeur extraordinaire durant ses années d'études supérieures. Ordonné prêtre le 8 avril 1888, il devient Lecteur de Philosophie, Instructeur ou Maître de Novices des Frères clercs, puis des Frères laïcs. Dans ces fonctions il se distingue par une prudence éclairée et une régularité au-dessus de toute critique. L'auteur décrit ensuite les vertus qui ont mérité au P. Léon tant de confiance de la part des hommes du monde, et de la part de ses confrères. Il est mort à Lokeren le 2 octobre 1900.

Il y a des traits fort jolis dans la biographie du R. P. Léon. Quelques divagations cependant la déparent en plusieurs endroits et on remarque que l'auteur — ancien Lecteur de rhétorique — connaît à fond les auteurs classiques latins etc. dont il applique les maximes, avec un art remarquable. — A la p. 55 où il est parlé des grands personnages qui ont porté le nom de Léon, lisez *Lodi* pour *Lauda* etc. On aurait voulu, que l'auteur eût dit quelques mots sur les résultats des recherches liturgiques entreprises par le R. P. Léon, v. p. 69 s.

Certes, l'ouvrage est d'une lecture agréable, surtout le temps de la jeunesse y est bien dépeint. Nous regrettons toutefois quelques longueurs et l'usage trop fréquent des lieux communs.

Tongres. **P. Stanislaus Van de Velde**, O. F. M.

Bartoli, Alfonso, *I Documenti per la storia del Settizonio Severiano e i disegni inediti di Marten Van Heemskerk.* (Estratto dal « *Bollettino d'Arte* » del Ministero della P. Istruzione. Anno III. Num. 7, Luglio 1909). — Roma, E. Calzone, 1909, pp. 17 in-4°.

Una delle più dolci memorie della vita di S. Francesco d'Assisi si connette col nome di un antico monumento di Roma, col Settizonio, il colossale porticato a più piani, eretto nel 203 da Settimio Severo ai piedi del Palatino, presso la porta Capena, là dove la Via Appia — la *regina viarum* — iniziava il suo lungo e superbo percorso. Dico di « frater Iacoba » de *Septem Solis*, la nobile matrona Romana di casa Frangipani, che fu la pia devota amica di S. Francesco. — Il Settizonio, il cui nome ci è stato trasmesso sotto i nomi più bizarri, venne abbattuto per ordine di Sisto V nel 1588-89; ma i disegni conservaticene, e in modo chiarissimo poi i due inediti che ora pubblica l'A., dimostrano come esso fosse in quel tempo ridotto ad una rovina tale, che dì ora in ora minacciava di crollare. Ai lavori già esistenti sul Settizonio del Jordan, del Hülsen, Stevenson, E. d'Alençon, viene ora ad aggiungersi, e a completarli, questo del nostro A., il sig. Bartoli, che è addetto al Gabinetto delle Stampe della Galleria Nazionale di Roma. Egli ha voluto appunto illustrarci due disegni inediti del monumento posseduti dal Gabinetto, che sono di grande importanza, mostrandoci per la prima volta il fianco orientale dell'edificio, e la non-esistenza da tale lato, come si supponeva finora, della chiesa medievale di S. Lucia *in Septem Soliis*; i due disegni sono dell'artista fiammingo Martin van Heemskerk, che dimorò a Roma tra il 1532 e il 1536. L'A. ne fa l'esame e la descrizione; e molto opportunamente, esempio da seguire, arricchisce il suo lavoro dei due relativi regesti, quello di tutti i brani letterarî che riguardano il monumento, e l'altro di tutti i disegni che se ne conoscono. Nella serie dei brani letterarî non starebbe male anche quello del *Tractatus miraculorum S. Francisci* del Celano: (a. 1226) « Iacoba de *Septem Solis* claritate et sanctitate pari in urbe Romana, privilegium amoris praecipui meruerat apud sanctum » (Franciscum, cui astitit in morte). *S. Francisci Ass. Vita et Miracula*... auctore Fr. Thoma de Celano, ed. Ed. Alencon., Romae 1906. p. 363).

Il signor Bartoli ha con questo suo chiaro e succoso articolo reso un vero servizio agli studiosi di arte antica e di storia medievale, ed anche indirettamente, agli studî su S. Francesco d'Assisi.

P. Livario Oliger, O. F. M.

1. **Raimondo, Giuseppe M. da Montevago,** O. F. M. — *La Chiesa e il convento di S. Maria degli Angeli detto volgarmente* La Gancia. — 2.ª Ed. Palermo, Impr. Gen. d'Affissione e Pubblicità, 1909, in-8°, p. 119 con figure.
2. **Ciavattoni, Giuseppe da Sulmona,** O. F. M. — *Il Convento di S. Nicola di Sulmona dalle sue órigini ai giorni nostri.* — Lanciano, Stab. Tip. Masciangelo, 1909, in-16 pp. 346.

Ecco due libri che noi vorremmo vedere moltiplicati, per troppi dei nostri conventi che non hanno ancora una storia. E chiunque s'adopera a riempire una di queste lacune con la diligenza e coscienza dell'uopo, si rende quanti altri mai benemerito della storia e dell'Ordine stesso.

1. Il P. Raimondo ha però avuto nel suo lodevole tentativo due disgrazie: quella di non trovare documenti, e l'altra di doverne scrivere una conferenza. Così per la storia antica della *Gancia* ha dovuto limitarsi ai pochi dati del Gonzaga (*De Orig. Ser. Rel.* 1603, 455), del Waddingo (*Annales,* an. 1430, n. 47, X, 217 s.) e di alcuni scrittori di cose siciliane: fondazione in ospizio dentro la città di Palermo per i frati e gl'infermi del convento di S. Maria di Gesù, che ne era fuori, circa l'anno 1430 (15); principio del suo ampliamento a grande convento, dopo l'anno 1480 (16); mentre per la storia recente e precisamente per il fatto del 4 Aprile 1860, che rese celebre la Gancia nei fasti della indipendenza italiana, si è diffuso assai più, tanto nella conferenza (35-42) che nell'*Appendice* (54-89), illustrando minutamente il fatto e rivendicando l'innocenza dei religiosi. Alla mancanza poi di storia nel passato, ha supplito con una particolareggiata descrizione e illustrazione della Chiesa e di ciò che resta del Convento, che furono e sono un prezioso Museo di arte siciliana (18-35). Ma il tono o sia la forma stessa della Conferenza (non poteva convertirla in memoria storica, poichè la teneva ai membri della Società Siciliana per la storia patria?) lo han fatto perdere in alcune digressioni (9-11, 32) e gli hanno impedito in certo qual modo la precisione schematica, la perspicuità dell'ordine e anche la compiutezza, alla quale però l'autore ha poi rimediato in parte con note e quindi con l'Appendice. Ma era vizio qualche volta insanabile. Per es. di tante opere d'arte egli dice o congettura gli autori, i quali, come siciliani e ben noti ai membri di quella Società storica, dicevano loro anche il tempo dell'opera stessa; ma non ora a tanti lettori. Vedi a p. 16, nota 1, dove, pur con quelle date, l'argomentazione del testo può lasciare perplessi molti. La nota 1 della p. 35 apre una lacuna, non la riempie. L'argomentazione non gli riesce sempre efficace. Quella a p. 17, n. 1, intorno all'anno della traslazione del B. *Benigno Romano* dal coro alla sagrestia, si vede che non persuade neppure l'Autore, il quale a p. 98 non ne tien più conto e vi contradice. E va notata (ivi) la differenza fra i due testi dati di una, supponiamo, stessa iscrizione che sta su l'urna o cassa del Beato. A p. 49 riga ultima, con un inciso pare distrugga la base della questione spiegata prima, sorta tra l'Arcivescovo di Palermo e i frati, di cui riporta subito dopo (p. 50-1) la lettera (donde presa?) di soluzione datavi da Giulio II nel 1508.

Per ciò che riguarda la polemica sul fatto del 4 aprile, se cioè i Frati avessero o no parte alcuna nel tentativo di sollevazione che partì dal locale della Gancia stessa, noi siamo con l'autore, che no. Ci sono testimonianze che dànno un fortissimo convincimento morale. Ma poichè l'autore ha preso così giustamente a cuore la causa della verità, compia la difesa e precluda ogni adito ai dubbi avvenire. La sentenza del tribunale è autorevole, ma bisognerebbe unirvi lo stesso processo d'istruttoria, ove si potesse ancora trovare. Poichè importerebbe sapere da quale criterio diretto, il Ministro di Polizia alcuni dei Frati arrestati rimandò subito liberi al convento di S. Cosimo, e gli altri trattenne in carcere (56); e se i rilasciati così, furono poi in qualche modo inquisiti o interrogati. Alcuni anzi arrivarono a fuggire (57) prima che i soldati mettessero loro le mani addosso (bisognerebbe togliere la contradizione tra questa relazione del P. Francesco da Raffadali e la lettera del P. Francesco Blasi (71), dove questa fuga si nega): se fuggirono, come si conportò con essi il tribunale stesso? Se questi punti ancora incerti e non avvertiti non saranno spiegati, è da temere che l'errore venga poi, quando mancheranno gli ultimi testimoni, rinvangato.

Da p. 94 a 103 l'autore riporta alcune notizie bio-bibliografiche su alcuni dei più celebri Religiosi che hanno dimorato alla Gancia. Ma è l'autore stesso il primo a riconoscere che ciò non è che l'estratto da altri libri. Bisogna sperare, contro l'autore che teme, che l'Archivio del Convento non sia andato perduto quando fu trasportato in quello governativo. Se in questo regna il disordine e l'abuso, come pare lamenti (p. 33), si deve insistere perchè ciò venga tolto, e i tesori nascostivi tornino alla luce. Allora, esplorando là e altrove, l'infaticabile P. Raimondo potrà riprendere da capo il suo opportuno lavoro.

un simple *hospice* temporaire, une *Terminei*, comme on l'appelait ailleurs, et aussi dans ces pays là. Le Père était nommé *terminarius* ou *stationarius*. Ce dernier terme se rapportait plutôt aux prédications du Père à des époques fixes; le premier au droit de quête qui résultait de ses prédications; ce droit était circonscrit ou limité (*terminus*). En s'appuyant partout sur des documents contemporains, presque tous découverts par lui, l'A. prouve, que cette maison, située dans la *Kapelstraat*, existait déjà certainement en 1436 (p. 13). En outre dès avant 1338 les FF. Mineurs de Saint Trond occupaient une chambre dans la Maison de dame Marguerite de Hasselt, veuve de Lambert de Fologne. Puisque le testament de Lambert date du 14 novembre 1319, le R. P. A. en *conclut* que les FF. Mineurs logeaient déjà dans cette maison avant cette époque (14 ss). Ceci n'est plus prouvé cependant, pas plus que ce logement date de 1314, année où fut fondée la confraternité de la *Virga Jesse* dans la chapelle où le P. Terminaire avait à prêcher. On ne voit pas bien la connexion que l'A. voudrait établir entre cette Confraternité et celle du Gonfalon fondée comme on dit, en 1270, par S. Bonaventure. — En tout cas, celle-ci n'a pas été la toute première confraternité fondée en l'honneur de la Ste. Vierge. V. S. Bonav. *Opp. Omn.* X, 1902, 56 s. Le P. Terminaire devait prêcher, avant 1634, les jours suivants: 1°) Durant la IIe semaine de l'Avent, 2°) la IIe semaine de Carême, 3°) aux approches l'Epiphanie, 4°) à La Saint-Jean; enfin le dimanche de la *Kermesse* (dédicace de l'église).

ÉCOSSE. — L'ouvrage très important et certainement fondamental de M. Will. Moir Bryce sur les *Frères Mineurs en Ecosse* embrasse toute l'époque et tous les couvents depuis 1231 jusqu'à la Réforme. Il est orné de beaucoup d'illustrations, et consiste en deux volumes, dont le premier contient l'exposé historique et le deuxième les nombreux documents. Nous y reviendrons volontiers plus longuement. En voici, en attendant, le titre: *The Scottish Grey Friars by William Moir Bryce*. Vol. I: *History*, pp. XII, 492; vol. II: *Documents*, pp. XII, 538, in-8°, Edinburgh, Will. Green Sons, 1909. — V. *Scottish Historical Review*, VII, 1909, 84-7.

ESPAGNE. — La pensée du R. P. Gabriel Casanova O. F. M. de donner aux jeunes étudiants de sa province un abrégé de son histoire, est des plus louables. Aussi son *Compendium Historicum Provinciae Franciscanae S. Gregorii Magni Philippinarum*, Matriti, Gómez Fuentenébro Via Bordadóres 1908, in-12°, pp. 157, tout en n'étant pas fait de recherches originales et de pièces inconnues, atteindra bien le but, que l'A. s'est proposé. Après avoir décrit les origines de cette province de missionnaires très fervents (7-25), le P. C. énumère les «villes» fondées par eux (24-30), et donne une liste, d'ailleurs trop sommaire des «*Animae administratae*» depuis 1597 jusqu'à 1896. Le zèle des missionnaires ne leur permit pas de se limiter aux seules Iles Philippines (34-41), où ils répandaient aussi à profusion tous les biens matériels 42-79; voir AFH II, 498 n. 4. Les chapitres 8e et 9e p. 80-136, sont consacrés à la bibliographie de la Province. Elle est bien succincte; et puisque l'auteur ne cite jamais ses sources, tant de titres etc. où on ne voit pas, s'il s'agit de livres imprimés ou de manuscrits, restent trop problématiques. Voir d'ailleurs à ce sujet les articles du P. Lorenzo Perez dans l'AFH I, 241 ss, 536 ss; II, 47 ss; 232 ss; 548 ss. Présentement il n'y a plus qu'un couvent de la Province à Manila et 68 religieux aux Iles Philippines, mais la Province a, en Espagne, 15 maisons, presque toutes de fondation très récente. — Enfin ce résumé historique avait déjà paru dans les *Acta Ord.*

Min. XXV, 1906, 93-7; 184-7; 210-4; 249-61; 314-21; 347-51; et on ne voit pas, pourquoi l'*extrait* a sauté le chapitre: *Huius Prov. progressus,* ap. *Acta* l. c. 131-4.

FRANCE. — La longue série des articles que le R. P. René de Nantes O. Cap. a publié dans le *Études Franciscaines,* sous le titre: *Quelques pages d'histoire franciscaine,* vient d'être réunie en un volume à part: *Histoire des Spirituels dans l'ordre de S. François,* Couvin, Maison S. Roch, Paris, J. de Gigord, 1909, gr. in-8° de XVI, 501 pp. Nous aurons l'occasion de nous en occuper plus longuement.

⁂ La *Table décennale des Etudes Franciscaines* 1898-1908, ibidem, 1909 in-8° (format des Etudes) 133 pp. sera la bienvenue à tous les lecteurs etc. des EF. Au lieu de la rompre en plusieurs parties selon les différentes espèces d'articles etc. on a préféré un tout, disposé dans l' « ordre alphabetique, temperé par l'ordre analytique ». Les nombreux renvois et répétitions, sous des rubriques différentes, permettent en effet de trouver facilement le sujet recherché. La disposition typographique (petites capitales, italiques, gras et romains) fait d'ailleurs ressortir assez clairement la nature des articles. Cette riche table des matières contenues dans les dix premières années des EF permettra de mieux exploiter les trésors amoncelés dans l'intéressante et abondante revue, publiée par les RR. PP. Capucins de France.

⁂ Le traducteur français anonyme de la *Vie et gestes du très illustre Père Jean Rusbroch ou de Ruysbroeck, suivi de son Livre très parfait des Sept degrés de l'amour,* Paris, R. Chamonal, éditeur, 1909, 1 vol. in-16°, J, 68 et J, 130 pp., a visé uniquement l'édification du lecteur. C'est pour cette raison qu'il a traduit la vie d'après le « Latin de Surius » sans se soucier des publications plus récentes. Relevons à la p. 37 s., chap. XI° de la *Vie,* la mention de la dame pieuse qui venait « fréquemment visiter le saint homme, faisant deux milles, pieds nus ». Enfin confirmée par J. Ruysbroeck, elle « se rendit à Cologne et embrassa la vie monastique dans l'ordre des Clarisses, où les religieuses de ce monastère avec (p. 39) lesquelles elle persévéra constamment et religieusement jusqu'à sa dernière heure, rendent même encore témoignage de ses progrès dans les vertus ». Ajoutons donc, que ce passage de Surius est tiré de la Vie de J. Ruysbroeck par Henr. Pomerius (mort en 1469), qui écrivit la vie du grand mystique belge entre 1414 et 1421. Cf. cette vie, II part. cap. 19, ap. *Anal. Bolland.* IV, 1885, p. 297 s. Palmerius appelle cette pieuse dame: « *Domina.. baronissa... de Marka* », qui habitait à Rhode-Sainte-Agathe, à mi-chemin entre Groenendael et Louvain. — Cette même vie explique mieux ce que le traducteur a rendu par « un signe en forme de rose (!) *fertum* [lisez; *sertum*] *rosaceum* » (42 s.), en disant p. II. c. 20, l. c. 299: que J. Ruysbroeck « *semper in opere secum detulit Pater Noster* ».

RUSSIE. — Dans son article très remarquable sur les couvents franciscains à *Lemsal* et à *Kokenhusen* M. H. von Bruiningk a mis en lumière une page complètement inconnue de l'histoire de l'Ordre: *Die Franziskanerklöster zu Lemsal und Kokenhusen* dans les *Sitzungsberichte der Gesellschaft für Geschichte und Altertumskunde der Ostseeprovinzen Russlands,* 1905; Riga 1906, p. 17-37; (tirage à part, 20 pp.). Ces notes prouvent, en effet, que ces deux couvents ne furent pas emportés par la première tourmente de la Réforme (1523 et suiv.). — M. H. v. B. publie (1-2) un extrait du testament de Hans Koskull de *Lemsal,* qui étant resté catholique (p. 3), voulut être enterré dans le « *barfusser closter*

zu Lembsell». Or son testament date du 19 décembre 1542. Cinq ans plus tard, par testament du 12 mars 1547, Joh. Albedyll voulut aussi être enseveli «*im graven monicken kloster to Lemsell*». Celui de Georg Krüdener de Rosenbeck, du 6 juin 1542, est plus explicite encore. Car Kr. y léga aux «Frères Gris» 50 marks, qui devaient être distribués aux pauvres, si le couvent était changé ou supprimé. «*Funfzich mark den grauen brudern zu Kokenhausen, van der rente wachs zu kaufen, ihnen wie von alters her jahrlichs auf Lichtmissen zu geben. So aber das Kloster vorandert wurde, schall de rente jarlichs den armen gegeben werden*» (4). Les deux couvents n'auront donc été supprimés que par l'invasion russe, qui commença en 1558. Il est bien sûr, qu'il s'agit de Frères Mineurs Observants (27ss). L'auteur, dans son étude très consciencieuse, donne ancore d'autres notices sur ces deux couvents (27ss) ainsi que sur celui de *Riga* (28ss) où il y avait, en outre, un couvent de Tertiaires franciscaines dites les «*graue Jungfruwen*», et depuis 1488 un couvent de Tertiaires franciscains, 29ss. — M. H. v. B. publie aussi deux lettres des archevêques de Riga, adressées, l'une aux Observants de Kokenhusen 1532, août 9, et l'autre aux religieux du diocèse en général, 1541, juin 23, (p. 35-7). — Il nous faut aussi relever la résolution prise par l'assemblée des chevaliers, de Livonie pour la plupart protestants, le 8 mars 1543. Ils y résolurent de conserver et de protéger les «couvents des moines», — or il n'y avait plus que les deux de Lemsal et de Kokenhusen, — dont on avait besoin, disaient-ils, pour l'instruction des «*Undeutschen*» c'est dire des campagnards.

SUÈDE. — Sous le litre de *Herren gör stora ting genom ödmjuka,* (c'est-à-dire ch. 3, v. 21 de l'Ecclésiastique) M.lle Louise Hornung publia dans le *Församlingsbladet* (Journal paroissial) de Stockholm, VI année, n° 7 (7 février 1908) une petite étude sur *Fr. Bernard de Quintavalle,* premier compagnon de S. François. Ces pages reposent sur les *Fioretti.*

⁂ Notons, à cette occasion, que durant la Semaine Sainte de 1907 l'Opéra Royal de Stockholm a fait exécuter, avec grand succès, le *Saint François d'Assise* d'Edgar Tinel.

⁂ Dans la *Kyrkohistorisk Arsskrift* de M. H. Lundström, IX an. Uppsala 1908, 390-4, M. Knut B. Westman passe en revue, sous le titre de «*Birgittalitteratur*», trois ouvrages sur la grande visionnaire suédoise. Il y parle 1) du livre de la Comtesse de Flavigny, *Ste Brigitte de Suède,* nouvelle édit. Paris, Oudin 1906, XII, 643 pp. (La Ire édit. avait paru en 1892, ibid. XII, 626 pp.); 2) de l'esquisse de M. Joh. Joergensen dans ses *Romerske Helgenbilleder,* Köbenhavn, Nord. Forlag 1902, IV, 207 pp. et enfin 3) de la monographie de M. le Dr. K. Krogh-Tonning dont nous nous sommes déjà occupés AFH I, 495. M. K. B. W. estime p. 391, que le premier ouvrage, faisant preuve d'une connaissance approfondie de la matière, a de grands mérites, tandisque le deuxième, excellant dans les descriptions du milieu, n'est pas un ouvrage purement historique, 392. Le troisième ne lui paraît pas être assez à la hauteur, 392. En tout cas, c'est l'esquisse de M. Joergensen, qui a eu le plus d'influence sur les ouvrages en langue suédoise, p. ex. sur Lydia Wahlström, *Den heliga Birgitta,* Stockholm, Norstedt, 1905, 52 (et 1) pp. (n° 86 de la Collection *Föreningen Heimdals folkskrifter*) et sur Grimberg, *Lärobok i svensk historia,* 1906.

P. Michel Bihl, O. F. M.

N. B. Ob materiei abundantiam, cum aliis pluribus COMMENTARIA EX PERIODICIS, et CHRONICAM MINORITICAM ad fasciculum sequentem amandare constricti sumus.

Directio Periodici.

LIBRI RECENTER AD NOS MISSI

Quorum praecipui in *Bibliographia* huius Periodici accurate discutientur.

Historia Franciscana.

Albasini, Costanzo O. F. M. — *S. Francesco ed i suoi a Bologna.* Conferenza storica. Bologna, tip. Ditta A. Garagnani, 1909. In-8°, pp. 63.

» » — *Sulla tomba di Mons. Gabriele Neviani dei Minori.* Memoria funebre. Modena, tip. Ed. Bassi e Derri, 1909. In-8°, pp. 72.

[Anonymus]. — *Festschrift zur Eröffnung des Kollegs der PP. Franziskaner St. Ludwig bei Dalheim (Rheinland) an 4 Oktober 1909,* Münster, Westfäl. Vereinsdruckerei 1909, gr. in-8°, pp. 212.

» » — *Table décennale des* Etudes Franciscaines 1898-1908, Couvin, Maison S.-Roch. Paris, Poussielgue, 1909. In-8°, pp. 133.

» » — *Le VII Centenaire de l'Ordre franciscain* à Québec 2, 3, 4 octobre 1909. Québec, Action sociale 1909. In-8°, pp. 61.

Astrain, Ant. S. J. — *Historia de la Compañía de Jesús en la Asistencia de España,* tomo III. Mercurian-Aquaviva (primera parte) 1573-1615. Madrid, Adm. de *Razón y Fe,* Plaza S. Domingo, 14. 1 vol. In-8°, pp. XVIII-744.

Beissel, Steph. S. J. — *Geschichte der Verehrung Marias in Deutschland.* Freiburg im Br. Herder, 1909. In-8°, pp. XII-678.

Cambiaso, Domenico. — *S. Francesco e il Terz' Ordine in Genova.* Genova, tip. della Gioventù, 1900. In-8°, p. VIII-248 (con figure).

Cosmo, Umberto. — *La Contradizione Francescana.* Estratto dalla Nuova Antologia. Roma, 1909. In-8°, pp. 12.

Dal-Gal, Niccolò O. F. M. — *L' Isola di S. Francesco del Deserto nelle lagune di Venezia.* Roma, tip. Bazzocchi e Casadei, 1909. In-16°, pp. 32.

Duhr, Bernh. S. J. — *Geschichte der Jesuiten in den Ländern deutscher Zunge im XVI. Jahrhundert,* Bd. I. Freiburg im. Br. 1907., gr. In-8°, pp. XVI-876.

Fierens, A. — *La Question franciscaine. Vita S. Francisci anonyma Bruxellensis d'après le MS. II. 3326 de la Bibliothèque royale de Belgique.* Louvain, Bureaux de la « Revue d'hist. eccl. » 1909. In-8°, pp. 122.

Franz, Herm. — *Studien zur kirchlichen Reform Josephs II. mit besonderer Berüskśichtigung des vorderösterreichischen Breisgaus.* Freiburg i. Br. Herder, 1908. In-8°, pp. XXVI-331.

Gazzi, G. — *La patria di Frate Elia.* Contributo agli Studi Francescani. Cortona, tip. Emilio Alari, 1908. In-8°, pp. 27.

Giacinto d' Agostino da Pollutri O. F. M. — *S. Francesco d' Assisi e gli Abruzzi.* Lanciano, tip. Franc. Tommasini, 1909. In-12°, pp. XIV-322.

Hittmair, Rud. — *Der Josefinische Klostersturm im Land ob der Enns.* Freiburg, im Br. Herder, 1907. In-8°, pp. XXX-576.

Izaguirre, Bernardino O. F. M. — *Historia de S. Francisco Solano,* Tournai, Desclée y Cía 1909. In-12°, pp. 466.

Joergensen, Ioh. — *De H. Franciscus van Assisie naar het Deensch van J. J. door* P. Stanislaus Van de Velde O. F. M. Tongeren, Fr. Vranken-Dommershausen 1909. In-8°, pp. [VI], 4*, XCII, 392.

Little, A. G. — *Tractatus Fr. Thomae vulgo dicti de Eccleston: De adventu Fratrum Minorum in Angliam.* Paris, Fischbacher 1909, 1 vol. in-8°, pp. XX-227 (Frcs 8) ap. *Collection d'Études et de Documents,* tome VII).

Mariotti, Candido O. F. M. — *L' Eucaristia ed i Francescani.* Fano, Società Tip. Cooperativa, 1908. In-8°, pp. VIII-283.

» » — *Il Nome di Gesù ed i Francescani.* 2ª Ed. molto accresciuta e migliorata. Ib. 1909. In-8°, pp. VIII-242.

Rhode, Adiutus O. F. M. — *Pater Clementin Schmitz, ein Franziskaner aus dem 19. Jahrhundert,* Ahrweiler, Ad. Kirfel, 1909. In-8°, pp. 105.

Seeböck, Philibert O. F. M. — *Das 700jährige Jubiläum der Gründung des Seraphischen Ordens des hl. Vaters Franziskus 1209-1909. Festschrift für das Katholische Volk.* Innsbruck, Feliz. Rauch, 1909. In-8°, pp. 57.

» » — *Der ehrwürdige Diener Gottes P. Engelbert Kolland von Ramsau im Zillertale Franziskanerordenspriester und Blutzeuge Christi zu Damaskus 1860. Ein kurzes Lebensbild,* Ibidem, 1904. In-32°, pp. 48.

Schulte, Lambert O. F. M. — *Skizzen zum 700jährigen Jubiläum des Franziskanerordens,* Breslau, Druck der *Schlesischen Volkszeitung,* 1909. In-8°, pp. 20.

Stateczny, Eusebius O. F. M. — *Zywot Sw. Antoniego z Padwy napisal* E. St. Byton G.-S. Czionkami *Katolika,* 1909. In-24°, pp. 214.

Ubald d' Alençon, O. M. Cap. — *Deux Vies romanes de S. François d' Assise.* Paris. Alph. Picard, 1909. In-8°, pp. 63.

Varia.

[Anonimo]. — *Elementi di geografia fisica palestinese,* con alcuni cenni di geografia politica. Gerusalemme, tip. dei Padri Francescani, s. a. In-16°, pp. 48.

» » *Monte di Pietà di Livorno con sezione Cassa di Risparmio. Relazione e conto consuntivo della gestione 1907* (anno 283 dalla fondazione). Livorno, Arti Grafiche S. Belforte e C. 1908. In-4° pp. 82.

» » *Statuto della Federazione Italiana dei Monti di Pietà,* seguito dalla *Relazione* del Cav. Rag. Augusto Fanelli. Livorno, Stab. Tipo-Lit. G. Meucci 1909. In-8°, pp. 22.

Baumgartner, Ephrem O. Cap. Dr. — *Eucharistie und Agape im Urchristentum.* Eine literar-historische. Untersuchung, Solothurn, 1909. In-8°, pp. XVI-335.

Bucefari, Giuseppe O. F. M. — *Il VII Centenario della Fondazione dell' Ordine Francescano.* Lettera circolare. S. Maria degli Angeli, tip. Porziuncola, 1909. In-8°, pp. 12.

Caius, Trossen O. F. M. — *Schule und Alkohol. Ein Wort an Eltern und Erzieher,* Münster i. W. Alphonsus-Buchhandlung, 1909. In-12°, pp. 175s. — [Est extractum ex *Festschrift* supr. p. 1500 cit. p. 44-62].

Colagrossi, Mariano O. F. M. — *Catacombe di S. Sebastiano. La Critta di un Martire, scoperta ed illustrata.* Roma, tip. Eredi cav. A. Befani, 1909. In-8°, pp. 42. (Estratto dal *Giornale Arcadico* ser. VI. an. IV, 1909).

Dal-Gal, Niccolò O. F. M. — *Discorso inaugurale del 1° Congresso regionale-Veneto del Terz' Ordine Francescano* (29 Aprile 1909). Roma, tip. Bazzocchi e Casadei, 1909. In-16°, pp. 18.

Diani, Adriano O. F. M. — *Dalla scuola al pulpito.* Studi oratorj. Roma, Ernesto Coletti, 1909. In-8°, pp. VII-299.

Gemelli, Aug. O. F. M. Dr. — *Non moechaberis. Disquisitiones medicae in usum Confessariorum.* Romae, F. Pustet, 1910. In-8°, pp. 248.

Magaldi Vincenzo, **Mugnai** Francesco. — *Vecchie memorie e rinnovate fortune dei Monti di Pietà.* Livorno, Stab. G. Meucci et C. 1909. In-8°, pp. 27.

Melchiades de Jesús, López O. F. M. — *Paggawá nang Labingtatlong Martés ni San Antonio de Padua.* May Kapahintulután, Maynila, Limbagan ni Santos at Bernal, 1909. In-32°, pp. 128.

Ronconi, Ottavio. — *Per l' onore di tre Beati uno dei quali Lorenzino di Marostica.* Vicenza, Libr. ed. ecclesiast. Giovanni Galla, 1908. In-8°, pp. 298.

De licentia Ecclesiastica et Superiorum Ordinis.

DISCUSSIONES

DE FR. ROGERO BACON

EIUSQUE SENTENTIA DE REBUS BIBLICIS.

(*Finis*) (1).

IV.

Transeuntes modo ad quaedam doctrinae Baconis particularia, videamus, in quonam praecise reponendus sit progressus, quem Bacon in re biblica sui temporis summis studiis affectare non cessabat. Quae inquisitio ansam nobis quoque dabit attingendi breviter, in fine articuli, sortem Rogeri aliquantisper lugubrem, si vera dicenda erunt, quae de eius incarceratione et persecutionibus feruntur.

Res tempore ss. Patrum et theologorum subsequentium, imo usque ad saec. XIV nimis neglecta erat *studium linguarum biblicarum et orientalium;* noster tamen Rogerus, sicut in scientiis naturalibus facile fuit princeps et tempora posteriora longo intervallo iam praevenit, sic studia linguistica maxime necessaria esse cognovit, summopere commendare et fovere in discipulis non cessavit; ipse exemplo suo alios ad imitationem excitare in desiderio habuit (2).

1. Multoties in scriptis suis Bacon postulat, ut addiscantur linguae alienae. « Notitia linguarum est prima porta sapientiae, et maxime apud latinos, qui non habent textum theologiae nec philosophiae, nisi a linguis alienis; et ideo omnis homo deberet scire linguas et indiget studio et doctrina harum,

(1) Cf. AFH III, 1-22.

(2) Ea quae Rogerus de studio linguarum praeclare scripsit, non omnia *immediate* tangunt s. Scripturam; tamen quia mediate etiam ss. litteris utilitati esse poterant, argumenta ipsius insimul tractamus.

eo quod non potest eas cognoscere naturaliter, quia fiunt ad placitum hominis, et variantur secundum hominum voluntatem(1)».

Rationes ergo praecipuae *generales* quas affert, ut probet necessitatem studii linguarum, in eo fundantur quod tota Latinorum scientia, sacra et profana, innitatur linguis alienis (2): vel uti ipse pulchre dicit, « totus textus sacer a Graeco et Hebraeo transfusus est, et philosophia ab his et Arabico deducta est (3) ». — Enumerat sequentes: 1° Quod in omni translatione, etiam hic valet: vis nativa phrasium in lingua aliena perfecte reddi omnino nequit « et ideo nullus Latinus sapientiam scripturae sacrae et philosophiae poterit, ut oportet, intelligere, nisi intelligat linguas a quibus sunt translatae » (4). — 2° Quia impossibile est, ut omnes expressiones alienae exacte lingua latina reddantur, interpretes multas expressiones tales quales transsumpserunt; qui ergo linguas illas non intelligit, nequit expressiones illas intelligere neque rite pronuntiare. — 3° Multoties illi, qui libros verterunt, propter exiguam cognitionem materiae, linguarumque quasdam elocutiones male transtulerunt, uti accidit saepius in versione LXX virorum. Ideo s. Hieronymus quaedam ibi corrigens ob hoc laudandus venit. Attamen nonnisi linguarum periti bene intelligere valebunt rationes, quas in versione sua ille secutus est, ignari vero tamquam falsarium eum habebunt, non secus ac multi eius coaevi. — 4° Magnus et locupletissimus thesaurus operum philosophicorum et theologicorum deest adhuc Latinis, quia defuerunt, qui illa latine verterent. — 5° Absque cognitione linguarum impossibile est intelligere commentarios de operibus alienis scriptos, quippe in quibus cognitio linguae respectivae supponatur, multaeque expressiones alienae occurrant. — Neque 6° fieri potest correctio mendorum, quae irrepserunt in textum versionum. — 7° Idem valet de falsa interpretatione expressionum synonymarum, quae, etiamsi bene conservatae sint, tamen propter ambiguitatem diversos sensus induere possunt; hinc qui nescit bene vim modorum dicendi, quam auctor intendit, nequit eruere sensum verum (5).

(1) *Op. Tert.* XXVIII, Brewer, 102.

(2) *Op. Maj.* p. III, Bridges, I, 66 ss.; III, 80 ss. Cf. *Op. Tert.* c. XXV, Brewer, 88 ss.; *Comp. stud. phil.* c. VI ss., Brewer, 432 ss.

(3) *Op. Maj.* p. III, Bridges, III, 80; I, 66.

(4) L. c. I, 67.

(5) Cf. *Op. Tert.* XXV, Brewer, 94: « Septima causa quare oportet nos scire rationes linguarum est pro sensu literali sciendo, et spirituali eliciendo veraciter ex literali... Nam si litera est falsa, sensus literalis et spiritualis sunt falsi ».

Hisce rationibus generalibus accedunt aliae (1):

1° Ecclesiae cognitio linguarum necessaria est: a) « propter officium divinum, eo quod Graecis, Hebraeis et Chaldaeis utuntur in officio sicut in scriptura ». Vocabula uti agios, o theos, athanatos, ischyros, imas, eleyson, Kyrie, Alleluia, Osanna etc. non rite proferentur vel saltem non devote pronuntiabuntur ab illis, quos significatio ipsorum latet. — b) « Propter sacramenta et consecrationes ». Pro administrandis Ecclesiae sacramentis requiritur intentio, quae fundari debet in cognitione actionis ponendae.

« Et ideo per omnem modum expediret Ecclesiae, ut sacerdotes et praelati omnia vocabula sacrificiorum et sacramentorum et consecrationum scirent rite proferre et intelligere... Sed modo per universam Ecclesiam innumerabiles proferunt verba instituta ab Ecclesia, et nesciunt quid dicunt, nec verborum servant rectam pronuntiationem; quod esse non potest sine injuria sacramenti ».

c) « Multi Graeci et Chaldaei et Armeni et Syri et Arabes et aliarum linguarum nationes subjiciuntur Ecclesiae Latinorum, cum quibus habet multa ordinare, et illis varia mandare. Sed non possunt haec recte pertractari, et ut oportet utiliter, nisi Latini scirent linguarum hujusmodi rationem. Cujus signum est, quod omnes dictae nationes vacillant fide et moribus, et negligunt ordines Ecclesiae salutares, quia persuasionem sinceram non recipiunt in lingua materna. Unde ubique apud tales nationes sunt mali Christiani, et Ecclesia non regitur ut oportet » (2).

d) Quarta ratio invenitur in significatione profunda et mystica litterarum alphabeti pro doctrina Ecclesiae, cum dicat Dominus: « *Iota unum aut unus apex non praeteribit a lege, donec omnia fiant* » (3).

« Et in huiusmodi consideratione mirabili notantur tempora secundum omnes status Ecclesiae usque in finem, et per quot centenarios annorum durabit quaelibet mutatio quae accidit Ecclesiae in decursu suo. Cui considerationi mirabili si prophetias et testimonia digna necteremus, possemus per Dei gratiam praesentire utiliter ea, quae Ecclesia recipiet tam in prosperis quam adversis. Et ideo nihil utilius esset quam hujusmodi virtutem literarum considerare cum aliis considerationibus similibus.... Et nequeo satis admirari...., cum videatur inexpertis habere debile fundamentum, scilicet literas alphabeti, quae sunt prima puerorum rudimenta. Sed secundum documen-

(1) *Op. Maj.* p. III, c. XI, Bridges, III, 115 ss.; I, 92 ss.; cf. *Op. Tert.* c. XXVI, Brewer, 95 ss. (2) *Op. Maj.* p. III, Bridges, III, 118 I; 95.
(3) Matth. 5, 18. Est methodus apocalypticae numeralis!

tum Apostoli (1), minora sunt magis necessaria et majori honore circumdanda. Et sicut Deus *elegit infirma, ut fortia quaecunque confundat* (2), ita in rebus quas reputamus minimas posuit majestas majora, quam possit intelligere mens humana. Et sic est in his literis triplicis alphabeti; unde non sine causa in epitaphio Domini scriptum est Hebraice, Graece et Latine, ut doceremur quod Ecclesia cruce Domini redempta habeat considerare virtutes literarum triplicis alphabeti; praecipue cum Ecclesia incepit in Hebraeis, et profecit in Graecis, et consummata est in Latinis » (3).

2° Rei publicae christianae Latinorum cognitio linguarum maxime necessaria est propter tria:

a) Primum est commercii utilitas et necessitas.

« Unum est communicatio utilitatum necessariarum in mercaturis et negotiis, sine quibus Latini esse non possunt, quia medicinalia et omnia pretiosa recipiuntur ab aliis nationibus, et inde oritur magnum damnum Latinis et fraus eis infertur infinita, quia linguas ignorant alienas quantumcumque per interpretes eloquantur; nam raro sufficiunt interpretes ad intelligentiam plenam, et rarius inveniuntur fideles » (4).

b) Idem dicendum de reparandis iniuriis Latinis illatis.

c) Propter pacem et concordiam inter principes tuendam.

« Et non solum nocivum est, valde verecundum est, quando inter omnes sapientes Latinorum praelati et principes non inveniunt unum hominem, qui unam literam Arabicam vel Graecam sciat interpretari, nec uni nuntio respondere, sicut aliquando accidit; ut intellexi quod Soldanus Babyloniae scripsit domino Regi Franciae, qui nunc est, et non fuit inventus in toto studio Parisiensi nec in toto regno Franciae qui sciret literam sufficienter exponere, nec nuntio ut oportuit respondere. Et dominus Rex de tanta ignorantia multum mirabatur, et valde ei displicuit quod sic invenit clerum ignorantem » (5).

3° Tertium demum motivum principale promovendorum studiorum linguisticorum est conversio infidelium.

« Ideo pereunt Judaei inter nos infiniti quia nullus eis scit praedicare, nec scripturas interpretari in lingua eorum, nec conferre cum eis nec disputare juxta sensum literalem » (6). Et sic de aliis gentibus. Dolendum quam maxime adhiberi vim et media cruenta belli ad conversionem procurandam, dum negligantur media persuasionis, quae sola proficere possunt. Nam aut vincunt hostes — et tunc res peius se habet, sicut videmus accidisse in clade, qua paucis abhinc tempo-

(1) I. Cor. 12, 22.
(2) I. Cor. 1, 27.
(3) *Op. Maj.* Bridges, III, 118 s.; I, 95 s.
(4) *Op. Maj.* Bridges, I, 96; III, 119.
(5) *Op. Maj.* Bridges, III, 120; textus l. c. I, 96, truncatus est.
(6) L. c. 120.

ribus rex Franciae affectus fuit in Africa (1), — aut vincuntur, et tunc nonnisi contumaciores fiunt, sicut pariter videmus in Saracenis et sectis Prussiam et Alemanniam incolentibus (2). Fides christiana non manu armata in mundum irruit, sed simplicitate praedicationis paganismum devicit. « O quam considerandum esset hoc negotium, et timendum est ne Deus requirat a Latinis quod ipsi negligunt linguas, ut sic negligant praedicationem fidei! Nam pauci sunt Christiani, et tota mundi latitudo est infidelibus occupata; et non est qui eis ostendat veritatem » (3).

4° Ultimum demum motivum hoc potest assignari, quia per ista media persuasionis etiam in iis qui nolunt sese convertere plus proficimus quam per media violenta. Ceterum tres linguae, hebraica, graeca, latina per sacra mysteria sanctificantur et consecrantur (4).

2. Ingenium Fr. Rogeri sincerum iam a priori certos nos reddit, — si alia argumenta deessent — ipsum ea quae aliis tantopere commendavit in se non neglexisse, sed totis viribus in linguis addiscendis versatum fuisse. Linguae tamen arabicae scientiam non magnam habuisse videtur, cum ipse fateatur: « De Arabica tango locis suis; sed nihil scribo Arabice, sicut Hebraee, Graece et Latine... Nam pro studio theologiae parum valet, licet pro philosophia multum, et pro conversione infidelium » (5).

Linguae graecae ipsum peritissimum fuisse omnia eius opera probant, ubi toties ad graecum recurrens exempla illustrativa et ratiocinia subtilia non solum ab aliis sed ex proprio hausisse dicendus est. Suo *Compendio studii philosophiae* (6) tractatum, etsi incompletum, de lingua graeca inseruit. Imo in Bibliotheca Collegii Corporis Christi Oxoniensis invenitur manuscriptum continens grammaticam graecam elementarem quam scripsit Rogerus; nostris diebus dom. Nolan in Bibliotheca Univers. Cantabrigiensis fragmentum aliud grammaticae graecae invenit, quod nomen Rogeri non quidem habet, sed tamen rationibus internis ipsius esse luculentissime demonstratur (7). Notandum est Rogerum in pronuntianda lingua graeca pronuntiationem, quam vocant

---

(1) Anno 1250, quo a Saracenis captus est. Sepet M., *St. Louis*, Paris 1898; Davis, *The invasion of Egypt in A. D. 1249 by Lewis IX*, London 1898.

(2) Recole pugnas ordinis equestris Theutonici; ap. J. M. Watterich, *Die Gründung des Deutschen Ordensstaates in Preussen*, Leipzig 1857.

(3) *Op. Maj.* Bridges, III, 122.

(4) L. c. (5) *Op. Tert.* XXV, Brewer, 88.

(6) C. IX ss., Brewer, 495 ss.; cf. *Op. Maj.* III, Bridges, I, 75.

(7) Nolan-Hirsch, *Greek Grammar*, 1 ss.

itacisticam, quamque duobus saeculis post Reuchlin contra Erasmum defendit, usurpasse, ita ut, si admonitiones Rogeri tunc temporis statim in praxim deductae fuissent, illa pronuntiatio 'Reuchliniana' ab ipso forsitan nominata fuisset (1).

Tamquam specimen illius pronuntiationis, quam Rogerus a Graecis illorum temporum adhibitam fuisse testatur, ponamus exemplum transscriptionis salutationis angelicae in qua linguae graecae non ignaris differentia statim apparet: « Xere Maria kecharitomeni o Kirios meta su eulogimeni si en ginexi ke eulogimenos o Karpos tis kilias su. Amin » (2).

Hebraicam linguam Rogerus non novisse aliquibus videbatur (3). Fatendum quidem est ea, quae in scriptis Rogeri inveniuntur, non *absolutam* certitudinem creare quod linguae Hebraicae notitiam magnam, propriisque studiis acquisitam habuerit. Attamen non desunt rationes — etiamsi solummodo nota scripta respicimus — quae gravem, veramque faciunt sententiam, Rogerum linguae Hebraicae peritum non parum exstitisse. Praeprimis hoc eruitur ex modo, quo Bacon aliorum sententias commemorat. Non enim proprio iudicio abstinens, solummodo refert quid alii existiment, sed sui ipsius animadversionibus et sententiis se rem intelligere et bene iudicare ostendit. Quod patebit unicuique, qui praeter *Compendium Studii Philosophiae* attente *Opus Majus, Minus, Tertium* perlegerit et modum animadverterit, quo Baco innumerabilibus fere in locis explicationes S. Hieronymi transsumit, suisque ipsius verbis clariores efficit. Neque oblivioni dandum est Rogerum in omnibus istis, quae possidemus operibus, rem nonnisi per transennam tractare, ut Summo Pontifici ostenderet necessitatem reformationis studiorum, in *Opere Majore, Minore, Tertio,* quae spatio duorum annorum non completo conscripsit, summa tantummodo capita attingere potuit (4). Ceteroquin non omnia exempla, quae posuit, ex S. Hieronymo desumpta sunt, sed a Rogero ex propria scientia hausta esse videntur; vel, si forsan adiumentis litterariis usus fuerit, in hoc ipso toto coelo a vulgo theologorum differt, quod sensu et intellectu adiumenta illa

(1) Hirsch, S. A., *Early English Hebraists,* l. c. 79; *Essays,* 60.

(2) Nolan, l. c. 17 s.; cf. Bridges, I, *Introduction,* L ss., ubi fusius.

(3) Sic e. g. Steinschneider in diss. *Christliche Hebraisten* ap. *Zeitschrift für hebräische Bibliographie* edita a Brody, I, 53, scribit: « *Mir ist nicht bekannt, dass aus seinen (Bacons) philosophischen Werken die Kenntnis des Hebräischen ersichtlich wäre* ».

(4) Cf. Martin, *La Vulgate Latine,* p. 61.

adhibere, fructumque ex eis capere scivit, dum illi propter ignorantiam linguarum thesauros istos ne adire quidem conarentur.

Ponamus aliqua exempla. Ierem. 25, 26 invenitur prophetia contra regem *Babel* prolata; attamen ne irritaret Babylonios, Ieremias non posuit *Babel*, sed *Sesach* (hebr. Scheschakh), utens illa conversionis forma dicta *Atbasch*, quae in eo consistit, ut pro litteris alicuius vocabuli adhibeantur illae litterae, quae retrogradiendo a fine alphabeti haberentur, servato eodem ordine successionis (1); sic in nomine Babel bis habetur beth, secunda littera alphabeti; hinc Ieremias, nolens exprimere clare sententiam suam, posuit bis schin quae in alphabeto hebraica est penultima; et pro lamed, quod est littera duodecima alphabeti hebraici ordine recto, posuit duodecimam litteram ordine inverso, kaph, sicque ortum est Sesak (Sesach, Scheschakh. Quod Rogerus istam subtilitatem intellexit, iam probare videtur ipsum aliqualem saltem in lingua hebraica eruditionem possedisse (2). Aliud exemplum versatur circa verba S. Hieronymi in prologo praefixo versioni libri Danielis, adesse sc. in libro *Ieremiae* pericopen in lingua *aramaica* scriptam; quae quidem verba iuxta Rogerum ab omnibus theologis intellecta fuere de libro *Threnorum*, ac si ab initio lingua aramaica exarati fuerint; de qua sententia Bacon modo suo iudicat: « Sed hic error intolerabilis est. Nam libellus Threnorum, ut omnes Hebraei sciunt, sicut scribitur literis Hebraicis, sic sermo Hebraeus est; quod quilibet sciens rationem Hebraei sermonis potest percipere, et luce clarius intueri ». Pericope ista invenitur potius *Ierem. 10, 11,* qui versus « literis Hebraicis scribitur. Sed sermo est Chaldaeus; Chaldaeus enim sermo et Hebraeus differunt sicut idiomata unius linguae » (3).

Aliud exemplum, quod iam per se sufficere posset, ponitur *Comp. Studii Philos.* (4).

« Cum ....beatus Gregorius, in fine Job (42, 14), loquens de tertia filia eius, exposuerit '*Cornus tibii*', licet videatur ei quod *cornus* non fuisset Latinum nec *tibium* similiter, sed sic inveniens in exemplari suo, non ausus fuit immutare, propter Textus Sacri reverentiam et propter eius summam humilitatem; cum illi qui modo soliciti sunt de

(1) Ipsa vox Atbasch hoc jam explicat: pro A vel potius Aleph ('), quod est prima littera alphabeti ordine recto, ponitur tau (t), quod est prima ordine inverso; pariter pro beth (b) ponitur penultima, schin (sch).

(2) Cf. *Op. Min.* Brewer, 350 s.

(3) *Compend. stud. phil.* VI, Brewer, 438.

(4) C. VI, 440 s.

veritate textus Dei, et qui sciunt Graecum et Hebraeum, possunt docere sine contradictione, quod exemplar beati Gregorii fuit corruptum, aut vitiose more antiquo scriptum; ut prima litera huius dictionis *stibium,* scilicet s litera, conjungatur cum ultima huius dictionis *cornu;* ut dicatur *cornus tibii,* cum tamen deberet dici *cornu stibii....* Et sanctus homo forsan multis occupatus, non habuit tempus examinandi plura exemplaria, nec quid in Graeco vel Hebraico scriberetur. Nam in Hebraeo est *cornu stibii,* id est cornu plenum stibio, secundum glossam Hebraicam; sicut vas aquae dicimus, id est plenum aqua. Nam idem vocabulum ponitur hic pro stibio, et quarto Regum, nono capitulo (v. 30), ubi dicitur, quod Jezabel depinxit oculos suos stibio. Stibium est mixtura quaedam alba, qua mulieres dealbant facies suas, quod alio nomine nuncupatur cerusa; similiter quia Graecum concordat cum Hebraeo. Sed tamen vulgus modernorum theologorum, disputans de his quae ignorat, nititur salvare expositionem beati Gregorii; et dum Scyllam vitare nititur, incidit in Charybdim ».

Ceteroquin sufficere iam possunt ea, quae Rogerus de se ipso testatur, loquens de lingua *Arabica,* ubi fatetur se non tam bene callere hanc linguam quam Graecam et *Hebraicam,* quarum tantam peritiam adeptus fuerat, ut data occasione de ipsis scribere potuerit. Quae verba non ad sola ista exempla referenda esse, quae ponuntur in scriptis Rogerii, patet ex recenti publicatione per DD. Nolan et Hirsch facta. Re quidem vera in manuscripto, quod D. Nolan in Bibliotheca Univers. Cantabrigiensis invenit, in fine habetur fragmentum grammaticae Hebraicae a Rogero conscriptae, quod editioni iam citatae a S. A. Hirsch appendicis instar additum fuit. Etsi nonnisi delineamentum vel schema grammaticae esse videatur, nihilominus probat Rogerum cognitionem linguarum, quam aliis tantopere inculcavit et commendare non destitit, ipsum non ignorasse.

Huc spectant, quae Bacon habet de instructione linguistica juvenibus ab ipsomet impertita et de facilitate addiscendarum et docendarum linguarum.

« De linguis ... videtur esse valde difficile ...; sed certum est mihi, quod infra tres dies ego quemcunque diligentem et confidentem docerem *Hebraeum,* ut sciret legere et intelligere quicquid sancti dicunt, et sapientes antiqui, in expositione sacri textus, et quicquid pertinet ad illius textus correctionem et expositionem, si vellet se exercitare secundum doctrinam datam. Et per tres dies sciret de Graeco iterum; et non solum sciret legere et intelligere quicquid pertinet ad theologiam, sed ad philosophiam et ad linguam Latinam » (1).

(1) *Op. Tert.* XX, Brewer, 65.

Qui modus loquendi multis videtur exaggeratus; attamen explicandus est iuxta ea, quae Bacon ipse hac de re habet, non prout littera sonat. Nam ipse claris verbis bene distinguit *tres gradus* peritiae linguarum. quorum primus est, «ut homo sciat *legere et intelligere* ea, quae Latini tractant in expositione theologiae et philosophiae et linguae Latinae. Et hoc est facile, ut dixi; quia si sciat *legere* potest *intelligere;* nam auctores exponunt omnia et dant intellectum». Secundus gradus consistit in eo, «ut homo sit ita peritus quod sciat *transferre.* Certe hoc est difficilius; non tamen ita difficile sicut homines aestimant». Tertius demum gradus, «sc. quod homo *loquatur* linguam alienam *sicut suam;* et doceat et praedicet, et peroret quaecumque, sicut in lingua materna», est omnium difficillimus qui nonnisi praxi multiplici attingi poterit. «*De istis duobus non loquor modo, sed de primo,* nam hoc est quod pertinet ad meum propositum» (1).

Alibi (2) pariter de his gradibus loquitur Bacon, ordine tamen inverso vocans gradum *tertium,* si quis «sciat legere Graecum, et Hebraeum, et caetera»; reliqui gradus optandi quidem sunt et omni studio quaerendi; attamen incipiendum est a gradu faciliori et paulatim procedendum, ne animus deficiat.

(1) Ib., 65 s. — Quae explicatio non semper ab omnibus prae oculis habetur, qui Baconem iactationis et ostentationis intolerabilis accusant, acsi infra triduum quemcumque diligentem in perfectam linguarum notitiam introducturum se promiserit. — Occasione libri S. Berger, *Quam notitiam linguae hebraicae habuerint christiani medii aevi temporibus,* D. Soury scribit ap. *Bibliothèque de l'Ecole des Chartes,* LIV, 1893, 735 s.: «Que Roger Bacon, en dépit de la tradition, n'ait pas plus su l'hébreu que l'arabe, c'est ce que démontre manifestement la connaissance de ses livres. Des déclarations de principe en faveur de l'étude de ces langues pour l'intelligence de la Bible, on en trouve chez Bacon comme chez tous les Pères et docteurs de l'Eglise (?), fussent-ils, comme saint Augustin, les plus étrangers à la connaissance des langues hébraïque et chaldaïque. Bacon avait certes l'étoffe d'un linguiste, mais l'idée, qu'il se faisait encore d'un helléniste ou d'un hébraïsant montre assez qu'ici le sens des mots est tout, et que pour ce moine franciscain comme pour tous ses contemporains, «savoir le grec et l'hébreu» n'a jamais signifié ce que nous entendons par ces expressions. N'est-ce pas Roger Bacon qui, dans son *Epistola de laude S. Scripturae ad Clementem IV,* se faisait fort d'enseigner l'hébreu en trois jours?... Et de même pour le grec. M. S. Berger aurait bien dû méditer ce texte». — Quae omnia evanescunt habita ratione eorum quae exposuimus et exponemus; ipse D. Soury debuit potius meditari non solummodo textum istum solum, sed et declarationes Rogeri totumque contextum.

(2) *Comp. stud. phil.,* VI, Brewer, 433.

« Stulti enim homines et imperiti, quum audiunt loqui de scientia linguarum, aestimant se obligari primo gradui et secundo, et ideo desperant et contemnunt tertium gradum facillimum; quamvis, si considerarent et diligentes essent a iuventute, etiam post triginta annos possent pertingere ad omnes gradus dictos et saltem ad secundum cum tertio. Nam tota difficultas consistit in primo gradu; ut nos qui talibus insistimus experimur » (1).

Quilibet studiosus *tertium* saltem gradum debet attingere, quia secus « nec in sapientia divina nec humana proficiet aliquo modo »; nam « velimus, nolimus, oportet nos linguis insistere, si volumus sapientiam doctorum hominum. Quoniam omnes libri eorum sunt pleni his linguis.... Sed sine expositionibus eorum non possumus proficere. Et ideo cogimur necessario ad debitam notitiam linguarum, aut *erimus asini* et vacui omni sapientia et doctrina » (2).

Magistri quoque adsunt periti ad linguas docendas:

« *Doctores* autem non desunt; quia ubique sunt *Hebraei,* et eorum lingua est eadem in substantia ac Arabica et Chaldaea, licet in modo differant. Suntque homines Parisius et in Francia, et ulterius in omnibus regionibus, qui de his sciunt quantum necesse fuerit in hac parte. *Graecum* vero maxime concordat cum Latino; et sunt multi in Anglia et Francia, qui hoc satis instructi sunt. Nec multum esset pro tanta utilitate ire in Italiam, in qua clerus et populus sunt pure Graeci in multis locis et episcopatus et archiepiscopatus, et divites, ac seniores possent ibi mittere pro libris, et pro uno vel pro pluribus qui scirent Graecum; sicut dominus Robertus, sanctus episcopus Lincolniensis, solebat facere (3); quorum aliqui in Anglia usque ad haec tempora sunt superstites » (4).

Opera quidem et studio opus est tam in docendo quam in discendo; nam difficultas studii non solummodo ex parte linguarum quaerendum est, « sed a parte doctorum, qui nesciunt aut nolunt docere utiliter et a parte addiscentium, qui vel non sunt diligentes aut desperant » (5). Ex parte quidem doctorum difficultas videtur esse maior; « non enim invenimus doctores utiles a juventute, et ideo languemus per totam vitam et parum scimus. Sed si haberemus doctores sufficientes, non dubito, quin plus sciremus in uno anno quam modo infra viginti. Nam hoc paratus sum probare per effectum, et dabo caput meum, si deficiam » (6).

(1) L. c. 434. Attendas, quaeso, quomodo Baco laborare se confitetur ut obtineat primum gradum linguarum! (2) L. c. 435.

(3) Stevenson Fr. S., *Robert Grosseteste,* London 1899, 52 ss.; 21 ss.

(4) Brewer, 434. *Seniores* hic idem ac Domini; gall. *Seigneur.*

(5) Gasquet, EHR 1897, 507. (6) *Op. Tert.* XX, Brewer, 64 s.

Multi quidem « inveniuntur, qui sciunt Graecum et Arabicum et Hebraeum inter Latinos, sed paucissimi sunt qui sciunt rationem grammaticae ipsius, nec sciunt docere eam: tentavi enim permultos. Sicut enim laici loquuntur linguas quas addiscunt, et nesciunt rationem grammaticae, sic est de istis. Vidimus enim multos laicos, qui optime loquebantur Latinum, et tamen nihil sciverunt de regulis grammaticae; et sic est modo de omnibus Hebraeis fere, et similiter de Graecis veris, non solum de Latinis qui sciunt Graecum et Hebraeum » (1). « Ex parte addiscentium nulla habetur difficultas quae spectat aetatem; etiam senes addiscere possunt istas linguas ». « Nam in linguarum cognitione et figurarum et numerorum videtur ignorantibus ea, quod sit magna perplexitas et difficultas; et vulgatum est quod juvenes melius addiscant huiusmodi. Sed certus sum, quod hoc est falsum: nam vidi senes longe magis proficere in his quam unquam aliquem juvenem. Et certus sum, quod de quacumque lingua mihi et isti iuveni [quem Rogerus Romam misit] proposita, ego plus addiscerem infra unum diem quam iste infra septimanam ». « Sciat igitur pro certo vestra sapientia, quod si senes confidant et velint esse diligentes et habeant doctores ita bonos sicut juvenes, quod plus addiscent in una septimana, quam juvenes infra mensem, de quacunque scientia » (2).

Ex iis, quae Rogerus de eligendis magistris dixit, erui posse videtur, ipsum linguam hebraicam et graecam a praeceptoribus indigenis didicisse vel saltem eorum ope perfecisse. Notemus oportet inveniri nullibi in libris Rogeri, id quod pariter de S. Hieronymo dicendum, vestigium ullum sententiae vel phraseos cuiuscumque, quae ab Hebraeis aegre ferri potuerit (3). Concordat pronuntiatio linguae *hebraicae* quam Bacon, scriptis suis testantibus, sibi acquisiverat, quae eadem erat, quam Judaei in Italia degentes colebant, quaeque postea in universitatibus Europaeis generalem in usum abiit: tam *pathach* quam *kamez* tamquam *a* pronuntiabantur, ch (h) et th: cheth et thet transscribuntur, (uno casu excepto, quo habet: heis et teis). Pariter cum Bacon linguae graecae pronuntiationem illam sequeretur, quam Graeci in Italia habitantes excoluerant, uno ex istis magistro usus fuisse supponendus videtur, eo vel magis quod, ipso teste, aliqui ab amico Grosseteste in Angliam vocati, tunc superstites fuerint (4).

(1) *Op. Tert.* Brewer, XI, 34. Iuxta hoc principium explicentur oportet, uti videtur, illae contradictiones de quibus pag. 20, nota 1 locuti sumus.

(2) Ib. c. XX. Brewer, 64.

(3) Cf. Hirsch, *Early English Hebraists*, 70; *Essays*, 49. — Guttmann, *Ueber einige Theologen des Franziskanerordens und ihre Beziehungen zum Judentum*, ap. *Monatsschrift für Geschichte und Wissenschaft des Judentums*, 1896, 320 ss.

(4) Cf. *Compend. stud. phil.* VI, Brewer, 434.

V.

Inter omnes materias, quas Bacon in operibus suis tractat, nulla forsan est, de qua tanta vi, tantoque ardore loquatur, quam de corruptione Textus sacri, de correctionibus eiusdem ad illud usque tempus factis, deque methodo in hoc negotio sectanda.

1. Possent videri exaggerata, quae Bacon de corruptione textus habet; attamen non una solum vice, vel quasi ab irato hac de re agit, sed iterum iterumque hoc vulnus tangit, neque rationes validissimas afferre cessat, quae malum revera inveteratum et pericula minans fuisse convincerent.

« Quintum peccatum est maius omnibus praedictis. Nam textus est pro maiori parte corruptus horribiliter in exemplari Vulgato, hoc est parisiensi. Et ubi non habet corruptionem, habet tamen dubitationem tantam, quae merito habet cadere in virum sapientem (1), sicut timor approbandus est, qui cadit in constantem virum (2) ». « Nullus enim homo sciens hanc falsitatem et dubietatem potest secundum conscientiam uti litera, legendo et praedicando, quae est in exemplari Parisiensi.... Et quia infinitum est istud damnum et vituperium sapientiae Dei, ideo probavi hoc diligenter (3) ». « Quod autem correctio sit necessaria, probo per corruptionis magnitudinem. Et quoniam violentius et periculosius erratur in textu Dei quam textu Philosophiae, ideo convertam linguarum potestatem ad corruptionem textus sacri, ut pateat necessitas eorum, propter corruptionem infinitam exemplaris vulgati quod est Parisiense. Et Deus novit, quod nihil tam valida indigens correptione potest Apostolicae Sedi praesentari sicut haec corruptio infinita. Nam litera ubique in exemplari vulgato falsa est... (4) ».

Per operam correctorum status ille lamentabilis in deteriorem adhuc partem mutatus est.

« Nam quilibet lector in ordine Minorum corrigit ut vult; et similiter apud Praedicatores; et eodem modo saeculares. Et quilibet mutat quod non intelligit, quod non licet facere in libris poëtarum. Sed Praedicatores maxime intromiserunt se de hac correctione. Et iam sunt viginti anni et plures quod praesumpserunt facere unam correctionem, et redegerunt eam in scriptis. Sed postea fecerunt aliam

---

(1) Brewer, p. 330 legit *in omnem sapientiam;* attamen ex phrasi sequenti, ceterum non insolita, '*in constantem virum*' patet legendum esse '*in virum sapientem*' Brewer abbreviationem non rite solvit, uti Denifle, ALKG IV, 277. nota 2, recte monet; ceterum Brewer ipse in *Op. Tertio*, c. XXV, p. 92, recte legit eandem phrasim.

(2) *Op. Min.* Brewer, 330. (3) *Op. Tert.* XXV, Brewer, 92 s.

(4) *Op. Maj.* III, Bridges, I, 77.

ad reprobationem illius; et modo vacillant, plus quam alii, nescientes ubi sint. Unde eorum correctio est pessima corruptio et destructio textus Dei; et longe minus malum est et sine comparatione uti exemplari Parisiensi non correcto, quam correctione eorum vel aliqua alia » (1).

Hic oritur quaestio: quid sit istud '*exemplar Parisiense*', de quo Rogerus loquitur? Omnes concedunt hic sermonem esse de versione Latina, quae inde a temporibus ss. Hieronymi, Augustini, Gregorii Magni in Ecclesia Latina communis erat seu illa 'vetus et vulgata editio', quae postea in Concilio Tridentino (2) tamquam editio authentica declarata fuit, utpote 'quae longo tot saeculorum usu in ipsa Ecclesia probata' fuerat; erat igitur Biblia Latina, qua hodie utimur, utique non additis adhuc correctionibus Commissionis pontificiae saeculo XVI elucubratis. Attamen Bacon illam editionem Latinam non in abstracto vel in omnibus insimul exemplaribus corruptam esse dicit, sed nonnisi in 'exemplari Parisiensi' summam inveniri corruptionem clamat. De quo exemplari Bacon haec habet:

« ... circa quadraginta annos [sunt] multi theologi infiniti, et stationarii Parisius parum videntes hoc proposuerunt exemplar. Qui cum illiterati fuerint et uxorati, non curantes, nec scientes cogitare de veritate Textus Sacri, proposuerunt exemplaria vitiosissima et scriptores infiniti addiderunt ad corruptionem multas mutationes. Deinde novi theologi non habuerunt posse examinandi exemplaria; et crediderunt stationariis a principio... (3) ».

Denifle haec verba, si talia qualia sumantur, sic explicanda esse dixit: Exemplar Parisiense erat textus ab aliquibus doctis circa initium saeculi 13[i] exaratus seu constitutus, prout revera Martin (4) loquitur de 'constitutione textus Parisiensis'. Ipse Denifle contra hanc sententiam militat probando, multas textus corruptiones, quas Rogerus tamquam novas et modernas adducat, non fuisse novas, sed iam in antiquioribus, Theodulfi praesertim Bibliis inveniri, praecipue exemplum Baconis praedilectum, desumptum ex Evangelio S. Marci 8, 38, ubi lectio praeferenda: *qui me confusus fuerit... confundetur* non in omnibus inveniatur Bibliis,

(1) *Op. Tert.* Brewer, 93 s.; cf. *Op. Min.* Brewer, 330: « Nam antiqua vocabula et sermones figurati non mutantur cum leguntur poëtae... Sed hic quilibet lector mutat secundum caput suum, sicut patet per ea quae scripsi in opere quod mitto ».

(2) Sessio IV; Decret. de edit. et usu ss. librorum.

(3) *Op. Min.* Brewer, 333.

(4) *La Vulgate lat.*, p. 25.

cum alia lectio recepta *qui me confessus fuerit...* iam saeculo VIII vel IX inveniatur (1). Illam tamen sententiam reiiciendam ab ipsomet Rogero defensam fuisse, patere dixit Denifle ex modo, quo Bacon per aliquot adhuc paginas demonstrare conetur, quare illa verba *qui me confusus fuerit...*, quae '*moderni*' '*abraserunt* a sacro textu' (2), restituenda forent, et tandem concludit: Plus quam probabile est Baconis temporibus non amplius notam fuisse originem exemplaris Parisiensis; hinc libere de eiusdem origine discutebatur. Bacon in Bibliis antiquioribus, quas contulit, lectionem rectam inveniens, non tamen lectionem malam [*qui me confessus fuerit*], hanc novam et singularem esse ratiocinatus est, etiamsi concedimus revera forsan in exemplari Parisiensi lectionem rectam abrasam fuisse (3).

Ipse Denifle hanc potius fuisse originem exemplaris Parisiensis dicit, quod theologi, postquam iam a Stephano Langton *capitula* introducta fuerint, ad finem vergente saeculo XII, proposuerint tamquam typum abhinc sequendum exemplar aliquod iam sat mendosum, quod dein sive per incuriam scriptorum sive per corrigendi pruritum brevi ad illam summam mendorum devenerit quam Bacon lugeat (4).

Attamen cl. auctor contra sententiam dimicasse videtur, quae minime a Rogero defenditur; nobis quidem prorsus eadem sententia in Baconis scriptis esse videtur, quae a Denifle proponitur; expressiones quaedam, quibus ille innititur, non unice sed insimul cum aliis considerandae sunt.

Bacon namque non unico exemplo isto ex Marco 8, 38 desumpto (5) probare contendit exemplar Parisiense habere textum novum et singularem et proin reiiciendum, sed illo textu non nisi illustrandi causa utitur. Scribit enim: « Antiqua vocabula et sermones figurati non mutantur cum leguntur poëtae.... Sed hic quilibet lector mutat secundum caput suum, *sicut patet per ea, quae scripsi in opere quod mitto. Nunc volo exemplum proferre pro bonis magnificentiae* (pro vestra magnificentia...) (6) ». Tunc sequitur illud exemplum; finitaque discussione eiusdem prosequitur: « Hoc igitur exemplum, *cum aliis, quae pono in tertia parte operis, et in quarta...., sufficiunt modo*, donec dignetur vestra celsitudo requirere correctionem totius textus cum certa

(1) ALKG IV, 279s. cf. p. 199, not. 2.
(2) *Op. Min.* Brewer, 331.
(3) ALKG IV, 281.
(4) Cf. l. c. p. 291 s.
(5) Supra, p. 197.
(6) *Op. Min.*, Brewer, 330 s.

probatione correctionis (1) ». Hinc Bacon exemplar Parisiense non praecise eam ob causam novum et singulare appellat, quia ibi inveniatur iste textus (2); sed in *Opere Minore* nonnisi resumit totam probationem alibi factam. Quodsi in exemplari Parisiensi a 'modernis' illum textum *abrasum* dicat, hoc non involvit opinionem *solummodo* in textu Parisiensi illum deesse; imo potius Bacon, postquam textum *'qui confusus fuerit'* abrasum esse dixit, prosequitur hanc correctionem esse depravationem textus: « Nam antiquae Bibliae non glossatae in tota Ecclesia Dei habent Mar. VIII: *Qui me confusus fuerit;* idem *qui me confundet* (3) »: ergo saltem tacite illam corruptionem etiam in aliis exemplaribus inveniri docet. Pariter si deinde monet Bacon, secutus axioma S. Augustini: « Exemplar Parisiense debet cedere antiquis, tum ratione suae novitatis, tum ratione suae singularitatis », non de unico illo exemplo loquitur, sed de summa exemplorum quae alibi posuit. Ipse Denifle concedit a theologis corruptionibus, quas textus Parisiensis habuit quando constituebatur, alias additas fuisse; nullibi tamen Rogerus omnes interpolationes et varias lectiones de novo in istud exemplar introductas fuisse docet, uti Denifle videtur supponere (4); loquens de *'bibliis non glossatis'* contrarium docet. Item, postquam per duas alias paginas de textu Marci 8, 38 disseruit, Baco testatur expresse se '*textum modernorum*', qui debeat damnari, non tamquam textum omnino novum considerasse; sed eum *olim* a theologis et stationariis (i. e. bibliopolis) ignaris iam mendis scatentem propositum fuisse, posteaque magis vitiatum (5).

Ex quibus patet Rogerum textum Parisiensem censuisse non omnino novum sed iam per glossatores et deinde per

---

(1) L. c. 333. (2) Uti dicit Denifle, l. c. 280s. Verba respectiva Rogeri ultima sunt haec: « Marci igitur octavo non dicitur esse, *qui me confessus fuerit:* sed alia litera modernis horribiliter propter ignorantiam antiquae grammaticae. Nam debet ibi esse, *Qui me fuerit confusus*, quod est verbum deponens, habens significationem huius verbi *confundo,* sicut adhuc omnes experiuntur in Scriptura haec verba *zelo, zelor* in eadem significatione, unde sic solebat esse de *confundo* et *confundor:* idem enim antiquitus significabant. Sed moderni non habent hoc in usu. Et ideo abraserunt a Sacro Textu: *Qui me confusus fuerit;* et posuerunt, *Qui confessus fuerit me* ». *Op. Min.*, 331.

(3) L. c. 331; cf. *Op. Maj.* III, Bridges, I, 78.

(4) « Wozu da die Annahme, dass alle Interpolationen und Lesearten erst in das Exemplar hineincorrigirt und hineingeschrieben wurden »? ALKG IV, 283. (5) *Op. Min.*, Brewer, 333; cf. textum p. 197.

theologos corruptum (1). De eo solo loquitur quia a studio Parisiensi per orbem divulgabatur necessario (2). Hunc ergo textum valde corruptum et vitiatum (3) proclamat, eumque omnino esse corrigendum, non per theologos Parisienses, huiusmodi rei sat imperitos, ut eorum correctio prior adeo mendosa probat. « Unde iterum, ait, proponunt immutare [textum sacrum] et maxime duo ordines, et iam inceperunt corrigere »; sed adeo imperite, ut diversitatum 'in textu non sit finis' (4); nam « quia caput non habuerunt, quilibet correxit sicut voluit ». Duo autem illi Ordines, sunt FF. Praedicatorum et Minorum (5).

2. Priorum autem correctionum defectus hi a Rogero enumerantur. Deerat unitas et methodus in correctionibus; nesciebantque correctores quisnam textus eis foret restituendus (6). Etenim de textu in Ecclesia latina adhibito « credit vulgus theologorum, quod non sit translatio B. Hieronymi, sed alia versio mixta et compilata ex diversis. Et propter hoc cum maiori libertate miscentur vocabula quae volunt », et tamen « sola translatione Hieronymi utuntur ecclesiae Latinorum, praeter Psalterium, quod est de translatione Septuaginta interpretum » (7). Bacon ideo de singulis versionibus disserens, concludit ad solam versionem Hieronymi restaurandam debere tendere labores correctorum (8). — Sanctus ille, ne nimia scandala generaret, non immutavit nisi quae necessario corrigenda erant, in caeteris « se conformavit trans-

(1) Quare quoad substantiam Rogeri sententia cum iis congruit, quae ipse Denifle profitetur, ALKG IV, 574 s.

(2) *Op. Tert.* XXV, Brewer, 93.

(3) Ibid.; cf. *Op. Maj.* p. III, Bridges, I, 78 s.

(4) *Op. Min.*, Brewer, 333.

(5) Brewer, 93 s.; cf. *Op. Mai.* p. III, Bridges, 78. Cf. textum p. 196-7. Fratres Praedicatores circa annum 1236 in conventu Senonensi (Sens) textum Parisiensem correxisse videntur (Cf. Denifle, *Chartul. Univ. Paris.*, I, 316, n. 287, nota 3); in Capitulo nempe Generali isto anno Parisiis habito praescribebatur, ut omnes bibliae iuxta bibliam provinciae Franciae corrigerentur et interpungerentur, (cf. Reichert, *Acta Capitulorum General.* O. Praed., I, 9); sed iam 1256 correctio ista utpote vitiosa abolita fuit (cf. Reichert, l. c. 82), praecipue, uti videtur, quia interim (inter 1230-1240) Hugo a S. Caro novam correctionem faciendam curaverat; cuius correctionis 8 saltem exstant exemplaria manuscripta; cf. Jarrett, Bede, O. P., *A Thirteenth Century Revision Committee of the Bible*, (ap. *The Irish Theological Quarterly*, vol. IV, Maynooth, Dublin 1910, p. 56 s; qui auctor in genere diss. Denifle, ALKG IV, 263 ss. sequitur.

(6) *Op. Min.* Brewer, 339; *Op. Maj.* p. III; Bridges, I, 78.

(7) *Op. Min.* Brewer, 534.

(8) L. c.

lationi Vulgatae » (1). — Ast non solum S. Hieronymi, aliorumque versiones miscent correctores, sed etiam a Commentatoribus, a Flavio Iosepho, et ab ipsa Liturgia ecclesiastica textui sacro plura inseruerunt (2).

Porro deerat correctoribus sufficiens notitia linguae Graecae atque Hebraicae, quinimo grammaticae antiquae latinae (3); saepius etiam iuxta alias versiones textum immutant, etsi textus sensum eumdem exprimat (4).

Malum hoc iam tanto inveteravit, dicit Rogerus, ut solus *Papa* remedium afferre possit, auferens libertatem corrigendi ad libitum et committens opus tam arduum hominibus peritis, linguarum scientia, omnique S. Textus cognitione instructis.

« Clamo ad Deum et ad vos de ista corruptione literae; quia vo soli potestis apponere remedium sub Deo per consilium illius sapientissimi de quo superius sum loquutus, et per alios, sed maxime per eum... Oportet enim quod homo sciat Graecum et Hebraeum sufficienter et bene grammaticam Latinorum in libris Prisciani; et quod bene consideravit modos corrigendi et vias probationum verae correctionis, ad hoc quod sapienter corrigat; quod nullus umquam fecit nisi ille sapiens quem dixi. Nec mirum, cum ipse posuit fere quadraginta annos in literae correctione, et sensu literali exponendo. Omnes sunt idiotae respectu illius, et nihil sciunt in hac parte » (5).

---

(1) L. c. 343. 'Vulgata' hic est versio LXX, sive sumatur pro ipsa versione Graeca, sive pro versionibus Latinis ex LXX derivatis. Denifle, ALKG IV, 278 hoc loco *Vulgatae* vocem *primum* adhiberi sensu nostro hodierno dixerat; sed erronee quidem, uti probare contendit, Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes,* p. 615 ss., censens vocem sic usurpatam esse *primum* a Concilio Tridentino. Cf. eiusdem *Einleitung in das Neue Testam.*, Leipzig 1909, 522 s., et O. Rottmanner, O. S. B., *Zur Geschichte der Vulgata,* ap. *Historisch-polit. Blätter,* CXIV, München 1894, 31 ss.; qui idem opinatur.

(2) *Op. Min.* Brewer, 347 s.

(3) L. c. 333 s.

(4) Cf. supra 196 s. Respicit hic Bacon correctoria praecipue FF. Praedicatorum, qui textum ex integro restituere satagebant, uti et Denifle, l. c. IV, 294 et iuxta eum Jarrett, l. c. IV, 51 dicunt, concedentes talem conatum tunc temporis necessario infructuosum fuisse.

(5) *Op. Tert.* XXV, Brewer, 93 s. Rogerus hic multis de auctore Correctorii, quod *Vaticanum* vocant (Vat. lat. 3466), loqui videtur nullo tamen modo seipsum signasse censendus est, etsi aliqui hoc putent, illecti forsitan exemplo cl. Vercellone, qui tamen nullam hac de re probabilitatem statuere intenderat. Scribit namque, *Dissertazioni accademiche di vario argomento,* Roma 1864, 45: « Chi sia quest' uomo [de quo Bacon loquitur tot elogiis] non ce lo dice: io pure, piuttosto che mettermi nel campo delle congetture, preferisco dirvi che l' ignoro ». In annotatione addit: « Non posso negare che dopo aver lungo tempo inutilmente cercato nella storia letteraria di quella età un uomo in cui convenissero tutte le circostanze notate da Rogero, più volte mi si presentò alla

Rogerus in operibus suis non solummodo principia, quae hucusque adhibita fuerint perversa vituperat, sed ipse proponit criteria adhibenda in correctura textus latini; et plurimis exemplis rem illustrare non cessat. Lamentandum principia ista sana suis temporibus nonnisi in libris Rogeri latitasse; haec fuit sors ipsius ut, quae scripserat minus caute, ipsi cederent in laqueum, quae vero praeclare docuit et scripsit, a paucis dumtaxat acciperentur. Cum fautor eius, Clemens IV 29 nov. 1269 morte praematura ablatus sit, non statim principia et vota Rogeriana in praxim deducta sunt. Nec tamen in vanum laboravit, cum semina, quae, quo potuit modo, spargere numquam omiserat, paulatim fructus afferre coeperint. Discipuli eius et amici, inter quos Willelmus Mara O. Min. sensim studium linguarum promoverunt; et Concilium Viennense demum praeclarum hac de re decretum edidit, cuius verba ad scripta Rogeri alludere videntur (1). Correctio quoque Vulgatae, etsi nonnisi post tria saecula, ab Ecclesia Romana, uti Bacon optaverat, procurata fuit (2).

---

mente il sospetto che quest' uomo fosse l' istesso Rogero, nè mi mancavano argomenti di qualche probabilità per rendere verisimile questa congettura: tuttavia la cosa mi è sembrata troppo grave, nè ardisco asserirlà probabile. Si veda piuttosto se l' ignoto autore possa essere Andrea inglese monaco agostiniano di S. Vittore a Parigi ». — Certe ingenio sincero Baconis repugnare mihi quidem omnino videtur, quod seipsum Papae sic commendaverit. Berger, *Quam notitiam,* 35, putat Willelmum de Mara esse auctorem. Nam huic tribuitur expresse istud *Correctorium* (Cod. Vat. lat. 3466): in Cod. Monast. Einsidlensis 28, Bibl. Laurent. (Florentiae), Plut. XXV, sin. cod. 4, sed dubitandum, utrum Bacon de isto correctorio (ap. Denifle, IV, 265, classis D) loquatur, an de alio (classis E), scil. de Cod. Vatic. lat. 4240 (saec. XIII), quod est cuiusdam Fratris Gerardi de Hoio, et quod maiorem adhuc affinitatem cum Rogeri scriptis praesefert sicut et pariter aliud eiusdem Gerardi opus *Triglossos.* Cf. Denifle, IV, 265, 298 ss., 477 ss. (Dolendum sane, quod cl.mus Denifle etiam disquisitiones istas mutilas reliquerit). Insuper Willelmum 40 annos in textu corrigendo laborasse vix an. 1267 dicere potuit Baco, cf. p. 201; et Willelmus, longe Bacone iunior, 40-50 annos vixit post annum 1267. De Fr. Guill. cf. Wadd. *Script. O. M.* 154; 105²; 105³; Sbaralea, *Suppl.,* 322-3; 1², 340-1; Little, *Grey Friars,* 215-5.

(1) Videas decretum in *Clementinis,* l. V. tit. I. 1; ap. Denifle, *Chart. Univ. Par., II,* 1891, 154 s., cf. 169. Clemens V. in decreto isto praecipue ad necessitatem praedicationis pro infidelium conversione recurrit, quae impossibilis evadat vel saltem inutilis, si praedicator nesciat uti lingua audientium. Hinc ordinat « hoc approbante Concilio », ut scholae erigantur in studio Parisiensi, Oxoniensi, Bononiensi, Salmantino, et « ubicumque Romanam curiam residere contigerit », in quibus instituantur duo « viri Catholici sufficientem habentes Hebraicae, Arabicae et Chaldaeae linguarum notitiam ».

(2) Kaulen, *Gesch. d. Vulgata,* 310 ss.

VI.

1. Investigantibus demum nobis ipsum Baconis systema hermeneuticum occurrit praeclarissimus ille modus, quo *sensum litteralem* praeprimis quaerendum et supponendum hoc loquitur, quippe qui sit fundamentum et conditio sine qua non pro sensu typico seu spirituali investigando.

Nemo nescit exegesim multorum ss. Patrum et theologorum subsequentium nimis neglexisse sensum litteralem. Quodsi post aetatem illam theologiae auream magis ac magis haec doctrina de supponendo et imprimis investigando sensu litterali inclaruit, hoc magna saltem ex parte Rogeri fuit meritum, qui adeo hoc urgebat, totumque praeclarissimum scientiarum thesaurum ad hoc primarie dirigebat, ut inservirent investigando sensui litterali, qui nisi prius rite inventus sit, reliquae interpretationes, etsi sagacissimae, fundamento unico solido carerent. Innumeris fere in locis Rogerus hac de re agit, indefesse repetens: Si littera, eiusque veritas non rite intelligitur, nequit acquiri verus sensus spiritualis.

« Sextum peccatum [studii theologici] est longe gravius omnibus, et posset dividi in duo peccata maxima; unum est, quod sensus literalis habet quasi infinitas falsitates et alibi dubitationes intolerabiles, ita quod non potest sciri veritas; *ex quo sequitur* novum peccatum, quod *tunc sensus spiritualis habebit eamdem falsitatem* et dubitationem » (1).

« Praeterea nos videmus, quod sensus literalis stat in cognitione naturarum et proprietatum creaturarum, *ut per convenientes aptationes et similitudines eliciantur sensus spirituales*. Nam sic exponunt sancti et omnes sapientes antiqui, et haec est vera et sincera expositio, quam Spiritus Sanctus docuit » (2).

Ad inveniendum et enucleandum istum sensum, quem Spiritus Sanctus in S. Scriptura sub littera recondidit, necessario requiritur, ait Bacon, omnis generis scientia, etiam illa quae primo visu nullam cum verbo divino relationem habere videri possit, uti est e. g. mathematica et geometria. « Nam omnia artificialia in Scripturis, ut arca Noe, tabernaculum, et omnia quae ad ipsum pertinent, et templa Salomonis et Ezechielis et Esdrae, et infinita alia, indigent magno artificio geometriae. Et necesse est, ut fiant haec coram oculis vestris *propter intellectum sensus literalis et spiritualis eliciendi ex literali* » (3).

Eadem ratione, qua hic pro re geometrica et mathematica, Rogerus alibi pro reliquis scientiis probat necessitatem

(1) *Op. Min.* Brewer, 349.
(2) *Op. Maj.* IV, Bridges I, 175.
(3) *Op. Tert.* LVIII, Brewer, 226.

indispensabilem studii indefessi, cum alioquin thesaurus biblicus rite reserari ac recludi nequeat (1).

Patet igitur Rogerum, etsi quidem in sensu litterali primum investigando maxime institerit, non tamen neglexisse ac parvipendisse sensum spiritualem; imo potius in ipso reponit excellentiam praecipuam S. Scripturae prae ingeniis solo rationis humanae lumine illustratis: ipsa namque in littera haerent et ultro procedere nequeunt, quia, quae sub litteris latent, ad ordinem supernaturalem 'gratiae et gloriae' pertinent, ad quem cognoscendum ac intelligendum specialis requiritur Spiritus Sancti illustratio mentis.

« Impossibile enim est, quod homo sciret veritatem creaturae ultimam, secundum quam accipitur in scriptura, *nisi fuerit specialiter a Deo illustratus.* Nam creaturae accipiuntur ibi propter *veritates gratiae et gloriae* eliciendas, quas philosophi nesciverunt, et ideo ad potestatem ultimam sapientiae creaturarum non venerunt, sicut sacra scriptura eam in suis continet visceribus. Unde tota philosophiae virtus jacet in sensu literali sacris mysteriis gratiae et gloriae decorata, tanquam quibusdam picturis et coloribus nobilissimis redimita » (2).

Multa affert exempla de omnibus fere scientiis, quibus illustret, quomodo sensus mysticus fundetur in sensu litterali. Loquens e. g. de necessitate acquirendi sibi scientias geographicas, haec habet (3):

« Qui ignorat loca mundi, ei multoties non sapit cortex historiae per loca infinita, et maxime propter falsitatem multiplicem bibliarum novarum; atque per consequens ad intellectus spirituales impedietur ascendere et non nisi imperfecte poterit eos explicare. Qui vero imaginationem bonam locorum habuerit, et situm eorum et distantiam et altitudinem.... necnon et diversitatem eorum in caliditate et siccitate... et aliis conditionibus expertus fuerit, et optime placebit ei historia literalis, et de facili atque magnifice poterit ingredi ad intelligentiam sensuum spiritualium. Non enim est dubium, quin viae corporales significent vias spirituales, et loca corporalia significent terminos viarum spiritualium et convenientiam locorum spiritualium... » (4).

---

(1) In eiusmodi tractatibus Baco omnes fere iam quaestiones tangit quae nostris temporibus in *Introductione generali* et in *Archaeologia biblica* tractari solent; ibi etiam tamquam discipulum docilem S. Hieronymi ' in exponendis Ss. Scripturis Doctoris maximi ' sese exhibuit.

(2) *Op. Maj.* p. II, c. VIII, Bridges III, 53; I, 44.

(3) *Op. Maj.* p. IV, Bridges, I, 183 ss.

(4) Ib. p. 185 s. ponuntur varia exempla quibus triplex sensus mystici divisio adumbratur. « Paucas enim conditiones locorum praedictorum considerando, possumus magnificos sensus exprimere *moraliter* et *allegorice*

2. Multa remanent dicenda de modo quo Rogerus principia exposita applicaverit et thesaurum pene infinitum scientiarum suarum ad explicandam S. Scripturam adhibuerit; sed expostulant studium speciale quod hoc loco praestari nequit; *speciminis* tamen gratia ponamus cap. 57. *Op. Tert.*, ubi Bacon disserit, quonam die Dominus noster mortuus sit (1).

« Latini... dicunt, quod luna fuit quintadecima in die Passionis; ita quod Beda fulminat contra eos qui ponunt quartam decimam in die Passionis. Nam dicit in *Libro Temporum* (2), quod Dominus quinta decima luna, feria sexta, crucem ascenderit, et Dominica die resurrexerit, nulli licet dubitare catholico. Et Magister in *Historiis* (3) hoc idem sententiat, et multipliciter nititur confirmare; et totum vulgus theologorum hoc asserit evidenter. Et quod octavo Kalendas Aprilis signatur dies Passionis, hoc dicit Augustinus, et Hieronymus; et totum vulgus Latinorum nunc tenet idem. Sed Augustinus, dicit in Libro *de Quaestionibus Veteris et Novi Testamenti* (4), quod fuit passus quartadecima luna. Et hoc videtur per Evangelia multipliciter; quia in Matthaeo (5) dicitur: « *Non in die festo* », qui est dies primus Azymorum; et hic est in quintadecima luna, quia quartadecima fuit agnus occisus. Nam comedebatur post occasum solis, a quo occasu incipiebat dies quintadecima et quintadecima luna: ergo ante decimam quintam fuit occisus Salvator ».

---

et *anagogice*. Iordanis quidem decurrit ab aquilone ad austrum, et jacet in oriente respectu Jerusalem, quae est in occidente non longe a mari magno posita (!), et inter illa duo primo a parte Jordanis est Jericho civitas cum sua planitie, deinde mons Oliveti, tertio vallis Iosaphat, et tunc sequitur Jerusalem. Mundus autem, dicunt sancti, significatur per Iordanem secundum rationem interpretationis ejus [Bacon alludere videtur ad derivationem nominis hebraici Jardēn a verbo *jarad* = descendere = se praecipitans] et propter ipsius proprietates, quia currit in mare mortuum, quod est instar inferni, et propter multa alia. Et Jericho carnem significat, ut volunt sancti. Mons Oliveti significat excellentiam et dulcedinem devotionis propter Oliveti rationem. Vallis Josaphat significat humilitatem propter rationem vallis, et viam coram oculis majestatis, propter hoc quod interpretatio hujus nominis Josaphat est, in conspectu Domini [haec interpretatio, illecta forsan a minus correcta pronuntiatione Josaphat pro *Jošaphat*, confudisse videtur *šaphat* = judicare, cum *sapha* = spectari]. Et Jerusalem significat visionem pacis, et moraliter est anima sancta quae habet pacem cordis; allegorice significat Ecclesiam militantem; anagogice Ecclesiam triumphantem ».

(1) Brewer, 221 ss. De tota hac quaestione cf. Nagl E., O. Cist., ap. *Der Katholik,* 1900 (Series III^a^, XXII), 200 ss.; 318 ss.; 417 ss.: 481 ss. — Semeria, ap. *Revue biblique,* V, 76 s. Belser, *Die Geschichte des Leidens und Sterbens, der Auferstehung und Himmelfahrt des Herrn,* Friburgi 1903. Vide pariter litteraturam copiosam ap. *Revue d'histoire ecclésiastique,* V, 1904, 894 ss. *Dictionary of the Bible,* ed. Hastings, I, 410 ss.; *Dictionnaire de la Bible,* ed. Vigouroux, II, 735 s.

(2) I. e. liber *de temporum ratione,* LIX, Migne, P. L., 90, 508 ss.

(3) I. e. Petrus Comestor, Migne, P. L., 198, 1614 ss. 1636 ss.

(4) Migne, P. L., 35, 2278 ss. (5) Matth. 26, 5.

« Iterum, Iohannes octavo decimo [28]: *Non introierunt praetorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha.* Et ita in vespere post Passionem manducaverunt Pascha; et tunc incipit quintadecima luna, et non ante. Item Iohannes decimo nono [31]: *Erat autem parasceve Paschae,* ergo eadem die ad vesperam paraverunt Pascha. Item Iohannes eodem [42]: *Ibi igitur propter parasceven Iudaeorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum;* et ideo acceleraverunt sepulturam, ne in die quintadecima sepelirent. Nam in die Azymorum non sepelissent Eum, quia nullum sepeliebant in praecipuis festis, sicut est dies Azymorum, et Scenopegia, et huiusmodi. Item in Luca [XXIII, 56]: *Et revertentes* mulieres in die Crucifixionis *paraverunt aromata, et Sabbato siluerunt secundum mandatum.* Sed non licuit eis parare aromata in die Azymorum... Quapropter videtur, quod Dominus fuit passus quartadecima luna. Et figura debet respondere veritati. Sed agnus Paschalis fuit occisus in lege quartadecima luna semper. Et si hoc est verum, tunc Dominus praevenit Azyma; nam celebravit coenam in Azymis, secundum quod Ecclesia Latinorum utitur, auctoritate principis apostolorum fulcita. Et oportuit quod praeveniret propter Passionem suam ».

VII.

1. Ut aliquoties innuimus, Rogerus, etsi in multis iniuste appetitus fuerit, tamen ipse saepius ansam dedit passim in operibus suis disserens quae fidei sanae minus congrua esse videri poterant. Sic in libro *De secretis operibus artis et naturae* VI, loquens de pulvere explosivo, sic ait:

« .... soni velut tonitrus et corruscationes possunt fieri in aere, immo maiore horrore quam illa quae fiunt per naturam. Nam módica materia adaptata, scilicet ad quantitatem unius pollicis, sonum facit horribilem et coruscationem ostendit vehementem, et hoc fit multis modis, quibus civitas aut exercitus destruatur ad modum artificii Gedeonis, qui laguncülis fractis et lampadibus, igne exsiliente cum fragore inaestimabili infinitum Madianitarum dextruxit exercitum (1) cum trecentis hominibus » (2).

Huc referendus est pariter influxus, quem Bacon astris et stellis, eorumque constellationi tribuebat, quem non solum in eventus terrestres, fataque humana vim suam exercere astrologorum more convictus erat, verum etiam in eventus supernaturales; sic e. g. coniunctionem magnam Saturni et Iovis, quae XXIV anno imperii Augusti Caesaris locum habuit, signum fuisse nativitatis Christi ex Virgine mundissima sibi persuasum habebat. De coniunctionibus variis Iovis cum aliis planetis haec fere Bacon habet:

(1) Iud. 7, 19-20.
(2) Cfr. Narbey, *Le moine R. B.* RQuestH 35, 156. Cf. AFH I, 240.

«Volunt... philosophi Iovem ex sua coniunctione cum aliis planetis significare super sectam religionum et fidei. Et quia sunt sex planetae quibus complecti et coniungi potest, ideo asserunt sex fore debere in mundo sectas principales. Unde periti auctores praedicti [«Ptolemaeus et Albumazar et Altavicus et Messehalac» (!)] et alii dicunt, si complectatur Iupiter Saturno, significat libros divinos, et significat de sectis Iudaicam, quia est antiquior aliis et prior, sicut Saturnus pater planetarum et remotior et prior in exitu planetarum et ordine in esse. Et ipsam omnes confitentur, et ipsa nullam aliam, sicut Saturno omnes planetae complectuntur et ipse nulli, propter tarditatem sui motus.... Omnes quidem sectae appodiant se ad sectam Judaeorum, quia haec fuit prima et est radix aliarum, a qua omnes aliquod genus testimonii et constitutionis sectae habuerunt: unde philosophia accepit ab illa multa testimonia et multos modos constituendi sectam, sicut prius patuit. Si vero Iupiter complectatur Marti, tunc dicunt ipsum significare super legem Chaldaicam, quae docet adorare ignem, cuius naturae Mars est in naturali potentia et effectu. Si Soli, significatur lex Aegyptia, quae ponit coli militiam coeli, cuius princeps est Sol. Si Veneri, significare dicitur super legem Saracenorum, quae est tota voluptuosa et venerea... Si vero complectatur Mercurio, tunc est lex Mercurialis. Mercurius enim habet respectum, ut dicunt, ad Deitatem et oracula prophetarum et credulitatem et orationem, et maxime quando coniungitur ei Iupiter; quoniam tunc significat numerum psallendi et numerum librorum divinorum. Et dicunt, quod lex Mercurialis est difficilior ad credendum quam aliae, et habet multas difficultates supra humanum intellectum. Et hoc convenit propter motus Mercurii difficiles.... Et propter hoc significat, ut dicunt, super legem quae habet difficiles articulos et occultas veritates, cuiusmodi est lex Christiana. Sed quia Mercurius est significator scripturae et scriptorum, et profunditatis scientiae in libris profundis..., significat quod tam authenticis scripturis et tot profundis scientiis.... defendetur, quod stabit semper in robore suo, donec ultima lex Lunae [= Antichristi] perturbet eam ad tempus.... Et dicunt quod haec lex est prophetae nasciturі de virgine, secundum quod omnes antiqui Indi, Chaldaei, Babylonii, docuerunt quod in prima facie Virginis ascendit virgo mundissima nutritura puerum in terra Hebraeorum, cui nomen Iesus Christus» (1).

Etiam tempora singularum religionum ex coniunctionibus stellarum definiuntur.

«Nam non solum sic in universali investigant leges, sed determinant tempora inceptionum earum et finem aliquarum. Et hoc investigant per coniunctiones planetarum, et per revolutiones motuum eorum. Albumazar igitur... et caeteri astronomi determinant tres esse Saturni et Iovis coniunctiones, magnam scilicet, maiorem, et maximam... Et

(1) *Op. Maj.* IV, Bridges, I, 255 ss. Cf. etiam *Metaph. De viciis stud. Theol.*, ed. Steele, 32 ss., 50 ss.

una maior vel fere maxima fuit XXIV anno Augusti Caesaris, quam dixerunt sapientes astronomi significare super legem Mercurialem futuram. Et in libro, qui dicitur *de mutatione vitae Ovidii* (1),... refertur Ovidius Naso locutus fuisse de hac coniunctione, et ex eius dispositione prorupisse in admirationem sectae Mercurialis producendae in mundum per prophetam nasciturum de virgine absque maris commixtione, quam futuram esse praedixit post illam coniunctionem per annos sex, ita quod secundum ipsum nasceretur XXX anno Octaviani Augusti... Si enim revolvamus motus Saturni et Iovis ad tempus illud, inveniemus eos fuisse coniunctos per medios cursos (!) suos ante nativitatem Christi per sex annos, quinque dies, et tres horas » (2) etc.

Rogerum omnia ista non afferre tantummodo ut opiniones aliorum, sed tamquam suam, ostendunt eius verba, ubi de destructione legis Mahometi loquitur, quae

« secundum quod Albumazar dicit..., non potest... durare ultra sexcentos nonaginta tres annos... Et nunc est annus Arabum sexcentesimus sexagesimus quintus (3) a tempore Mahometi, et ideo cito destruetur per gratiam Dei, quod debet esse magnum solatium Christianis. Propter quod laudandus est Deus, qui philosophis dedit lumen sapientiae, per quod lex veritatis confirmatur et roboratur, et per quod percipimus inimicos fidei destrui debere. Et huic sententiae concordat Apocalypsis XIII capitulo. Nam dicit quod numerus bestiae est 663 (4), qui numerus est minor praedicto per XXX annos. Sed scriptura in multis locis subticet aliquid de numero completo, nam hic est mos scripturae, ut dicit Beda. Et hic forsan voluit Deus, quod non exprimeretur totaliter, sed aliquantulum occultaretur, sicut caetera quae in Apocalypsi

---

(1) « In libro [apocrypho], qui dicitur *de mut. vite Ovidii,* qui inscribitur *de Vetula* » ait Bacon ap. *De vic. stud. theol.,* ed. cit. Habetur *de Vet.* (l. c. p. 51 cf. 45) III, c. 85, ed. Wolfenbüttel 1662, p. 76. Bacon (*Op. Maj.* 264) verba supposita Ovidii tradit hoc modo: « Loquens igitur Ovidius de coniunctione maiore et fere maxima dicit in metro suo hoc modo:

' Una quidem talis fatali tempore nuper
Caesaris Augusti fuit anno bis duodeno
A regni novitate sui, quae significavit
Post annum sextum nasci debere prophetam,
Absque maris coitu, de virgine, cuius habetur
Typus, uti plus Mercurii vis multiplicatur.
Cuius erit concors complexio prima futurae
Sectae nam nusquam de signis sic dominatur
Mercurius sicut in signo virginis ' ».

(2) *Op. Maj.* IV, Bridg. I, 263 ss. Cf. *De vic. st. theol.,* 45-6 50-2, ubi idem.

(3) Bacon scripsit igitur anno 1266-1267; nam 665 anni computus arabici aequivalent circiter 644 annis communibus, quibus addendi sunt 622 anni qui fluxerunt inter Christum natum et initium computus arabici.

(4) Apoc. XIII, 18: « Qui habet intellectum, computet numerum bestiae; numerus enim hominis est, et numerus eius sexcenti sexaginta *sex* ». Nescio quo pacto Bacon legerit: 663.

scribuntur. Unde ante tempus ultimum quod isti sectae determinatur.... forsan continget quod Saraceni destruentur aut per Tartaros aut Christianos. Et iam maior pars Saracenorum destructa est per Tartaros (1).

2. Qui tales, aliasque eiusdem generis sententias legerit, intelliget profecto, Rogerum, si quas forsan persecutiones sustinere debuerit, non omni culpa caruisse. Equidem mirari non audeo, Superiores Ordinis propter tales aliasque opiniones, quae excusari vix poterant, libros Rogeri vigilantibus inspexisse oculis. Ceterum praepositi immediati in re tam gravi nonnisi constitutionem praepositorum superiorum iuxta officium suum observaverunt (2), maxime quia nesciebant Rogerum, mandante Cardinali (et postea Papa), opera ista scribere, ut ipse expresse commemorat (3). Constitutio illa, ad quam alludit, lata fuerat, uti diximus, in Capitulo Generali Narbonnensi (1260), gravibus ex causis. Causa immediata liber fuerat, quem, nescientibus Ordinis praelatis, Fr. Gerardus a Burgo S. Donnini anno 1254 Parisiis publicaverat, sub titulo: *Introductorius in Evangelium aeternum.* Ne ergo in posterum Ordo per talia scripta suspecta et incauta in discrimen vocari posset, Capitulum Generale dictam constitutionem promulgavit (4). Insuper cum Ecclesia istis temporibus tam acria contra astrologos et alchimistas promulgaret decreta, mirum non est, Superiores Ordinis Rogerum, qui non omnino liber a talibus opinamentis censendus videtur, voluisse praepedire quominus Ordinem seseque ipsum suspectum redderet. Baconem vero non a laboribus revera scientificis remotum et praepeditum esse a Superioribus invidia ductis, perspicuum est cuique rem ipsam, operaque tot tantaeque eruditionis contemplanti, quae omnia perfici nullatenus potuissent, nisi auctor libertatem quasi omnimodam habuisset et occasionem conferendi cum aliis viris doctis et comparandi sibi, auxiliantibus amicis, quae necessaria erant ad componendos libros.

Per quodnam tempus incarceratus fuerit nescimus; neque omnino certum est, imo improbabilissimum, eum iam antea Parisiis degentem carceri per decem annos mancipatum fuisse (5); unicus fons istius sententiae sunt quaedam expres-

(1) *Op. Maj.* IV, Bridges, I, 266; cf. *De vic. st. theol.* 52, cuius tamen alia pars ibi deficit.

(2) Cf. supra p. 5 s. (3) Cf. supra p. 7, Nota 2.

(4) *Chronica fr. Salimbene Parmensis,* Parma 1857, 236; ed. Holder-Egger ap. *Mon. Germ. H. SS.* XXXII, 462; expresse a Fr. Gerardo hoc decretum repetit. (4) Cf. P. Feret, *Les emprisonn.,* RQuestH 50, 119 ss.

siones Rogeri exaggerantes, sicuti « *instabant ineffabili violentia,* ut cum aliis eorum voluntati obedirem » (1). Nemo non videt hic non sermonem esse de incarceratione; pariter verba: « Angustiatus igitur supra id quod potest aestimari » (2) bene intelliguntur de magnis difficultatibus quas habuit, cum hinc Papa urgeret, inde Superiores, nescii istius mandati et conscii constitutionis Ordinis gravissimae, non concederent facultates. Aliqui scriptores censent, Baconem a Superioribus per 10 annos in exsilium missum fuisse Parisios, cum ipse dicat (3): 'recolens me iam *a decem annis exsulantem*'; sed numquid istud dicendum erit exsilium, ubi occasionem habuit conferendi cum omnibus studii Parisiensis doctis viris? (4). Si attendimus ad indolem Baconis, non mirandum de talibus verbis. Neque urgendum, ipsum ibidem dicere se admirari 'quod a me iam *omnibus inaudito, et velut iam sepulto et oblivione deleto,* sapientiales scripturas petere dignetur (sanctitas vestra)'. Si quis tamen eiusmodi verbis velit insistere, Superiores nihilominus vituperandi vix erunt, ratione habita ad ea, quae diximus. Quis tandem miretur non omnes confratres et exteros Rogero fuisse amicissimos, si perpenderit, quam severe dureque de celeberrimis illius temporis theologis opinatus sit, quantoque de eis despectu interdum scripserit! (5).

---

(1) *Op. Tert.* III, Brewer, 15. (2) L. c. 16. (3) *Op. Tert.* I. Brewer 7.

(4) Cf. *Liber exemplorum,* ed. Little, 1908, p. 22; AFH II, 655.

(5) In favorem tamen Rogeri dicendum, ipsum semper calamum temperasse, imo potius summa veneratione loqui de sanctis Patribus et antiquioribus theologis, etsi quoad rem contradicere eis aliquando debuerit. Recolas e. g. modum quo S. Gregorium excusat in *Compendio Studii Philos.*, c. VI, Brewer, 440s. (cf. supra p. 191s). Pariter summo semper, vereque singulari affectu Summum Pontificem alloquitur, cuius affectus habes optimum exemplum in *Op. Tertio,* c. XX, Brewer, 62, ubi inter rationes, quibus commotus illum praecise iuvenem Romam miserit, haec habet: « Sicut vero vestrae sapientiae magnitudinem decet mediator prudens et bene instructus, sic et vestrae sanctitatis eminentiae sanctus convenit interventor. Et quia non decet, ut aliquis peccatis deditus vestram frequentet sanctitatem, ideo volo nuntii idoneitatem in vita aperire. Vere nihil sibi conscius est de peccato mortali, sed virgo mundissima a me recessit, nec habens alicuius conscientiam mortalis peccati a sua nativitate. Nam hoc diligenter inquisivi et feci inquiri, et certus esse credo de hoc, sicut quod vos estis in sublimitate papali decoratus. Et in hoc valde mihi complacet, quod vestra clementia [alludit ad nomen Papae] re et nomine inveniet iuvenem clementem, benignum et mansuetum, fidelem in commissis, non loquacem nec bilinguem, sed secretorum optimum celatorem. Et licet nihil conscius sit, tamen non in hoc iustificatus. Et ideo ut ab occultis suis mundet eum

Incredibile propemodum est, quot iudicia exaggerata contra Ordinis Superiores Ordinemque ipsum a diversis auctoribus prolata fuerint, quorum unus alterum allegat, quin de fonte primo et rationibus cogitet, et proinde alius alio severius iudicat (1). Nihil mirum, Voltaire modo suo de Ordine iudicium proferre (2), sed mirum sane, etiam viros doctissimos et graves arbitria eructasse, qualia e. g. Suard, qui confratres Rogeri maluisse censet ipsum comburere (3), vel Daunou, qui nequivit intelligere, Rogerum Ordini Franciscano nomen dedisse potius quam Ordini Fratrum Praedicatorum, quos, etsi contra extraneos inquisitionis officium summo cum zelo exercuerint, tamen contra ipsos confratres benignissimos extitisse et certo certius Rogero in laboribus doctis opere ac sermone affuturos fuisse putat, dum Ordinem Seraphicum, a Ministris Generalibus parvi ingenii viris directum, studiis ingeniisque eminentibus obstacula semper parasse blatterat (4). Daunou nimio ductus zelo

---

Deus, et de necessitatibus eius eruat eum, et ut sit Deo gratus de gratiis sibi collatis, ac propter custodiam suae sanctitatis, atque propter mundi peccata, adolescens pro loco et tempore gaudet carni suae cilicium adhibere ». (1) Aliqua talia iudicia ap. P. Feret, RQuestH L, 120ss.

(2) Allegatur ex *Dictionnaire philosophique* a N. Narbey, RQuestH XXXV, 160: « Roger Bacon fut persécuté et condamné à la prison par des ignorants. C'est un grand préjugé en sa faveur.... Parmi les choses qui rendent ce Bacon recommandable, il faut premièrement compter sa prison, et ensuite la noble hardiesse avec laquelle il dit que tous les livres d'Aristote n'étaient bons qu'à brûler. — Transportez ce Bacon au temps où nous vivons, il serait, sans doute, un très grand homme... C'était de l'or encrouté dans toutes les ordures du moyen âge ».

(3) *Biographie Universelle ancienne et moderne*, III, Paris 1811, 178s. Narrat multis post Rogeri mortem annis *cellam* eiusdem monstratam fuisse Oxonii, « lieu de retraite où il allait se réfugier pour méditer en repos et où il oubliait les sottises du monde et les calomnies de ses ennemis. Il fut pendant sa vie admiré et persécuté, mais l'admiration était à peu près stérile, et la persécution eut des effets trop cruels. *Tandis que des moines auraient voulu le faire brûler comme magicien,* quelques savants lui donnaient le titre de *docteur admirable* ».

(4) *Histoire littéraire de la France,* XX, 230s: « On a quelque peine à comprendre comment, au milieu de ses occupations savantes, il conçut, pour le malheur de sa vie, la pensée de s'engager dans l'ordre des frères Mineurs.... Roger, s'il voulait embrasser l'état monastique, eût bien mieux fait de se voter aussi aux frères Prêcheurs, inquisiteurs, il est vrai, et persécuteurs hors de leurs couvents, mais jaloux d'attirer et de conserver dans leur ordre tous les hommes qui se distinguaient par des productions scientifiques ou littéraires, religieuses ou philosophiques.... Les Franciscains, au contraire, toujours gouvernés, si l'on excepte saint Bonaventure, par des généraux d'un mince talent et d'un

protegendi libertatem scientiae, oblitus esse videtur, sese ipsum praeter S. Bonaventuram, quem ministrum generalem *magni* ingenii fuisse concedit, etiam Joannem a Parma magni fecisse in dissertatione, quam quatuor annis ante in eodem opere publicaverat (1). Et numquid parvi ingenii viri erant ministri generales, qui istis temporibus fere omnes doctores erant in theologia? qui ordinaverunt, ut singulae provinciae mitterent clericos ad universitates, qui omni modo studia in Ordine promovere non cessabant (2), qui bibliothecas pretiosas exstrui curabant (3)? Recolendum pariter, ipsos Fratres Praedicatores, quos Daunou merito tanti facit, ipsis iisdem temporibus similia omnino decreta protulisse ac Fratres Minores. Sic e. g. postquam Capitulum prov. Narbonnense anno 1272 huiuscemodi decretum promulgasset contra omnes fratres, qui libros de alchymia, magia et aliis artibus superstitiosis tractantes sibi procuraverint, conservaverint, non combusserint, et contra omnes, qui in posterum acturi et locuturi fuerint de his rebus, *sub poena ieiunandi in pane et aqua feria IV. et sabbato uniuscuiusque hebdomadae* (4), Capitula Generalia celebrata Budae 1273, Burdigalis 1287, Treveris 1289, Barcinonae 1323, similia decreta promulgaverunt (5). Capitulum e. g. Burdigalis celebratum hoc statutum edidit: « Magister ordinis de consilio diffinitorum praecipit in virtute obediencie fratribus universis, quod in alquimia non studeant, nec doceant, nec aliquatenus operentur, nec aliqua scripta de illa scientia teneant, sed prioribus suis

médiocre savoir, ne se sentaient qu'humiliés de la présence et de la gloire des hommes de mérite qui s'étaient égarés parmi eux. Roger Bacon a ressenti plus qu'aucun autre les effets de cette envieuse malveillance.... Rechercher librement la vérité et la dire avec franchise, était une entreprise téméraire en tout lieu, trop périlleux au fond d'un cloître, surtout chez des Franciscains. Que faisait parmi eux un homme de génie, impatient d'acquérir des lumières et de les répandre? Il ne tarda point à s'apercevoir de l'ignorance des moines, des abus introduits dans leurs couvents, des désordres qui affligeaient l'Eglise entière...» etc. alia id generis.

(1) *Histoire littéraire*, XVI, 1-254: *Discours sur l'état des lettres en France au XIIIe siècle*, p. 24.

(2) Cf. hac de re excellens sane opus P. Dr. Hil. Felder O. M. Cap., *Die wissenschaft. Studien*, p. 107 ss.

(3) Cf. P. Liv. Oliger, O. F. M., *Zur Geschichte der ältesten Franziskanerbibliotheken*, ap. *Pastor Bonus*, XIX, 408-414.

(4) Cf. Narbey, RQuestH XXXIV, 157.

(5) Cf. *Monumenta Ordinis Fratrum Praedicatorum Historica*, T. III, *Acta Capitulorum Generalium*, recensuit Fr. Bened. M. Reichert O. Pr. I, Romae 1898, 170, 238 s., 252; II, Romae 1899, 147.

restituant quam cicius poterunt, bona fide, per eosdem priores prioribus provincialibus assignanda; et qui contra hoc de cetero fecerint et deprehensi fuerint, aut convicti, preter penam inobediencie carcerali custodie mancipentur(1)». Capitulum Barcinonense poenae carcerali addit excommunicationem.

Recte igitur Narbey monet, publicationem primam Operis Maioris Fr. Rogeri Bacon occasionem et ansam praebuisse Ecclesiae adversariis elevandi vocem contra Ecclesiam Romanam, totamque aetatem mediam catholicam, ac Rogerum victimam inquisitionis et ignorantiae proclamandi, abstrahendo tamen a defectibus Rogeri et opinionibus erroneis in operibus ceteroquin excellentibus hinc inde sparsis, abstrahendo etiam a facto numquam oblivioni dando, quod fuerit Papa, caput Ecclesiae blasphematae, qui animum Rogero indiderit scribendi Opus illud stupendum (2).

Uti iam initio monuimus, haec programmatis instar discussimus; problemata voluimus innuere et lineis generalibus aliqualem ideam subministrare thesaurorum biblicae scientiae in Rogeri operibus reconditorum. Si Deus dederit, quamprimum tempus ceterique labores permiserint, ad hanc rem alibi profundius tractandam redibimus.

Romae, Coll. S. Antonii.

P. THEOPHILUS WITZEL O. F. M.

---

(1) In transscribendo hoc textu adhibuimus interpunctionem diversam ab ea, quam adhibet editor, qui loco virgulae semper ponit punctum.

(2) RQuestH XXXV, 134: «La publication qui en [Op. Maj.] fut faite à Londres,... eut du retentissement en Europe, et servit de thème à de nouvelles déclamations contre Rome et le moyen-âge. Le savant fut représenté comme une victime des persécutions de l'ignorance, on ferma les yeux sur les torts, et ils étaient graves; on lui attribua plus d'inventions qu'il n'en avait fait, et, au lieu de savoir gré à ses frères de l'avoir secondé dans les travaux et les recherches où il excellait,.., on ne vit que de basses jalousies s'attachant à étouffer les créations de la science. On n'a pas même remarqué que c'est aux encouragements du pape Clément IV que l'on dut la composition de ce livre curieux».

UNA PAGINA DANTESCA

NOTIZIE INEDITE SUL CONTE FRATE GUIDO DA MONTEFELTRO

(c. 1222-1298) (a).

Io fui uom d'arme e poi fui cordigliero.
Inf. XXVII, 67.

Le quistioni sulla vita di Guido di Montefeltro hanno occupato tante volte i Dantisti. E se tutti sanno le molte micidiali guerre di lui, e conoscono il canto, ove Dante l'ha severamente condannato fra i « rei del fuoco furo » mettendolo nella settima bolgia dell' inferno tra i frodolenti, poco o nulla sanno della vita francescana di lui.

Dante e molti personaggi della sua Divina Commedia, sono intimamente congiunti all' Ordine de' Minori; quindi anch' io come Minorita, non nasconderò una legittima soddisfazione se, nel modo anche più modesto di altri, avrò contribuito a schiarire un punto solo del divino libro, aggiungendo una sola pietruzza all' immenso e magnifico edifizio che gli studiosi di tutti i secoli inalzarono alla letteratura dantesca (1).

1. — **Notizie generali sul conte Guido di Montefeltro.** — La famiglia de' Conti Guidi, una delle più famose e potenti di Toscana, vanta, secondo alcuni, di discendere da quel Conte Guido, cavalier tedesco, che nel 948 scese in

(a) SUMMARIUM. E chronico Fratris Eleemosynae (cod. Bibl. Nat. Paris. lat. 5006), circa 1336 Assisii conscripto, editur primum Vita Comitis Guidonis Novelli de Monteferetro (c. 1222-98), quondam ducis ferocissimi Gibellinorum, quos vocant, deinde Fratris Minoris (24 dec. 1296); obiit autem Anconae (1298), quo iverat, in Palaestinam profecturus. Novus fons, nova plura de Fr. Guidone stabilit, probatque quam iniuste eum Dantes ille vates in infernum detruserit etc. [NOTA DIRECTIONIS].

(1) Non pensavamo di pubblicare per ora queste nuove notizie sul Montefeltrano; ma le vive e amichevoli insistenze del ch.mo Felice Tocco, prof. negli Studi Superiori di Firenze, c' indussero di darle presto alla luce per contribuire in qualche modo agli studi danteschi oggi tanto in fiore.

Italia con Ottone I imperatore di Germania. La genealogia di questa insigne famiglia Ghibellina, già illustrata prima da Scipione Ammirato (1), poi dal Cassinese Gamurrini (2), indi dai Dantisti e dai Dizionari storici, è sì complicata, confusa ed imperfetta, che di buon grado lasciamo ad altri il merito di dilucidarla se gli riuscirà.

A noi basti di sapere, che uno de' discendenti di Guido primo, fu Guidoguerra o Guido il vecchio, che verso il 1190 sposava la contessa Gualdrada, decantata da Dante, (Inf. XVI, 37), figliuola di messer Bellincione Berti de' Ravignani pur ricordati dal Poeta (Par. XVI, 97-99). Da essi nacquero cinque figliuoli: Guidone, Tigrino, Rogero, Marcualdo e Aginulfo, *filii quondam Guidonis Guerrae*, così ricordati in un diploma di Federico II del 1220, quando il loro padre era già morto, dicesi, nel 1213.

Da Guidone o Guido (primogenito di Guidoguerra) e dalla contessa Giovanna nacquero due soli figli: il nostro *Guido da Montefeltro*, primogenito soprannominato Guido Novellus, e *Simone* conte di Poppi.

E qui, prima d' inoltrarci nel racconto, tanto il nome del castello di Montefeltro, che il protagonista Guido, resosi poi francescano, ci rievocano alla memoria la presenza di S. Francesco nella casa paterna di Guido, quando questi non era ancor nato nel 1213 (3), ma vivevano il padre Guidone allor più che ventenne, e i nonni Guidoguerra e Gualdrada.

Francesco, percorrendo la valle Tiberina, e valicato l' Appennino, giungeva alli 8 di maggio 1213 (4) nel castello di Montefeltro in Romagna. Nel castello, ora città di S. Leo, « si faceva allora un grande convito e corteo per la cavalleria nuova d'uno di quelli conti di Montefeltro (5) »; e udendo san Francesco questa solennità, vi andò col suo compagno frate Leone e fece una predica, proponendo per tema queste

---

(1) *Albero e storia de' Conti Guidi*, Firenze 1650, in-fol. con l' albero genealogico inciso.

(2) *Istoria genealogica delle famiglie nobili Toscane et Umbre*, Firenze 1668, tom. I, pag. 128-58.

(3) Se è vero che Guido di Montefeltro si vestì frate nel 1296 all' età di 74 anni, egli dunque sarebbe nato nel 1222 quando ancor viveva S. Francesco.

(4) *Instrumentum donationis Montis Alvernae*, nello Sbaralea, *Bullar. Francisc.* t. IV, p. 156.

Iohanne XXII Pontifice, motus Spiritualium, illorum scilicet primaevae paupertatis minoriticae sectatorum, qui inde a Concilio II Lugdunensi (1274) Ordinem Minorum assidue turbaverant, quievit. Emanatis enim bullis *Sancta Romana atque universalis Ecclesia* (1), Avinione 30 dec. 1317, contra asseclas Angeli Clareni (2), et *Gloriosam Ecclesiam* (3), Avinione 23 ian. 1318, contra Henrici a Ceva socios e Thuscia in Siciliam profugos, Spirituales omni legalis existentiae fundamento et communione Ecclesiae privati sunt. Illi vero falso inducti zelo non haesitarunt schismatici, imo sub nomine Fraticellorum, fieri haeretici potius quam ad Ordinis unitatem redirent. Accedente paulo post controversia theoretica de paupertate Christi et Apostolorum (1321-1331), Fraticelli non tam contra decretales prioribus annis pontificatus Iohannis XXII in Spirituales latas protestantur, quam, sequentes exemplum Michaëlistarum sive asseclarum Michaëlis de Caesena, contra quatuor, ut ipsi dicebant « haereticales » constitutiones *Ad Conditorem canonum* (4), 8 dec. 1322, *Cum inter nonnullos* (5), 12 nov. 1323, *Quia quorumdam* (6), 10 nov. 1324, *Quia vir reprobus Fr. Michael de Caesena* (7), 16 nov. 1329, ab eodem Iohanne XXII datas.

---

(1) Eubel, *Bullarium Franciscanum* V, Romae 1898, n. 297 p. 134. Citatur *BF*.

(2) Angelum Clarenum et eius asseclas in bulla *Sancta Romana* sub nomine Fraticellorum, quod nomen tunc primum in documento pontificio occurrit, designari, proinde proprie antiquos Spirituales originem huic sectae dedisse, quamvis non omnes posteriores Fraticelli ab ipsis descendant, invicte contra Hiquey et Waddingum demonstravit Ehrle in *Archiv f. L. u. K. G.* (*ALKG*) IV, 64-180, quae sententia per recentes antiquorum textuum editiones in dies confirmatur et hodie ab omnibus viris doctis probatur. — Antonius Hiquey, amicitia et societate Waddingo coniunctus (cfr. Wadd. *Scriptores*, ed. Nardecchia, Romae, 1906, p. 26-27) auctor est libri, cui titulus: *Nitela Franciscanae Religionis et abstersio sordium, quibus eam conspurcare frustra tentavit Abrahamus Bzovius. Parenti optimae Fr. Dermicius Thadaei, pius filius, S. Theologiae Lector, mutuam vicem reddit.* Lugduni, Landry, 1627. Huic libro Waddingus, Annibali a Latera et omnes posteriores auctores Franciscani innituntur in tractandis Fraticellis.

(3) *BF* V, 302, p. 137. (4) L. c. 486, p. 233. (5) L. c. 518, p. 256.

(6) L. c. 554, p. 271. (7) L. c. 820, p. 408.

E Fraticellorum secta, nescitur qua evolutione, initio saeculi XV prodeunt pauperes Eremitae Angeli Clareni sub iurisdictione Episcoporum viventes, vulgo Clareni (1), qui Sixti IV tempore (1473) ad Ordinem Fratrum Minorum redeunt, relicto eis Vicario generali Petro Hispano. Clareni tamen nonnisi definitive supprimuntur (2) a Pio V (1568), et demum sub Gregorio XIII (1581) (3) ex historia evanescunt. Ordini quidem uniti, non vero cum eo fusi erant per bullam *Ite et vos* Leonis X (1517), ideo separati vivebant, efformantes Privinciam S. Hieronymi de Urbe, donec Pius V post tentatam reformationem (4) illos et Amadeos cum Ordine penitus univit.

Fraticelli vero haeretici usque ad alteram partem saeculi XV persistunt variis factionibus divisi, et variis sub nominibus scilicet: Fraticelli *della opinione,* (quia opinionis erant Iohannem XXII esse haereticum et Ecclesiam a vero defecisse, vel quia *opinionem* Michaelis a Caesena sequebantur), Fraticelli *de paupere vita;* pauperes Eremitae, etc. Eorum sedes praesertim Marchia Anconitana erat, et contra eos a Martino V S. Iohannes de Capistrano (5), 27 maii 1426, et S. Iacobus de Marchia (6), 11 oct. 1426, inquisitores instituti sunt. Nomine Fraticellorum aliquando etiam eremitas catholicos et Tertiarios saeculares designari, iam saeculo XVIII ostendit Garampi (7) et nuper Barsotti (8).

---

(1) Antiquissimum documentum pontificium, quo Clareni ab Ecclesia agnoscuntur, est forsitan bulla Eugenii IV, Romae 9 nov. 1446, ad Episcopum Narniensem directa, in qua dicitur: *Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum universorum pauperum heremitarum S. Mariae in Silva et S. Iohannis de Cesato, tuae dioecesis domorum de Societate seu Congregatione fratris Angeli Chiarini nuncupatorum, petitio continebat, quod olim etc.* Ap. *Vatic. Reg. Lat.* 428, f. 179. P. L. Ulricus Hüntemann O. F. M. notitiam istam humane mecum communicavit; textum huius bullae in appendice edam. Nota etiam digna sunt, quae leguntur in *B. Bernardini Aquilani Chronica Fratrum Minorum Observantiae,* ed. L. Lemmens, Romae 1902, p. 6: « Iste frater Angelus [Clarenus], ut asserunt, priusquam moreretur, fecit quasi testamentum et suis fratribus praecepit, ut, cum in ordine Minorum esset bona observantia, ad illum redire tenerentur. Unde cum scl. reverendus pater frater Ioannes de Capistrano dixisset quibusdam ex illis eremitis: « Ecce iam in ordine est observantia; vos non potestis cum bona conscientia stare, quin ad minorum religionem redeatis », quo plerique ipsorum perterriti, 27 sacerdotes eodem tempore inde recesserunt et ad familiam nostram venerunt ».

(2) Bulla *Beatus Christi Salvatoris,* 23 ian. 1568, Wadd. *Annales O. Min. Contin.*, XX, Regest. Pontif. 586; *Bullarium Romanum,* ed. Taurin. VII, 1862, 650.

(3) Bulla *Sedes Apostolica,* 20 dec. 1581 (apud De Gubernatis, *Orbis Seraphicus,* I, 613) permittit, ut ii Clareni, qui contra bullam Pii V ad Conventuales transierant, apud hos licite permanere possint. Haec bulla videtur esse ultimum documentum pontificium, quo commemorantur Clareni.

(4) Cfr. Wadding. *Contin.* XX, Regest. Pontif. p. 568, et Agostino da Stroncone, *Umbria Serafica,* ap. *Miscellanea Francescana, (MF)* IX, p. 58.

(5) *BF* VII, 1710, p. 653.

(6) L. c. VII, 1732, p. 663.

(7) *Memorie ecclesiastiche appartenenti all' istoria e al culto della B. Chiara di Rimini,* Roma 1755, p. 151-164: *Dissertazione III. De' caratteri e differenza, che passava fra i Fraticelli cattolici ed eretici.*

(8) *Un nuovo fiore serafico il B. Giovanni Cini,* Quaracchi 1906, p. 61-78, 194s, 202s. Cfr. etiam Ehrle *ALKG* IV, 168-175, ubi plura exempla de usu nominis « fraticelli » in sensu catholico.

Post studia a cl. P. Ehrle edita, qui primus varias species et factiones Spiritualium, Fraticellorum, Michaelistarumque discrevit, plura alia documenta et acta horum historiam illustrantia edita sunt, praesertim a Tocco (1), Fumi (2) Eubel (3) aliisque. Quibus documentis nunc adiicimus duos textus, hucusque ignotos atque ineditos, quorum primus est epistola encyclica Fraticellorum, alter tractatus contra Fraticellos a Fr. Andrea Richi Ord. Min. a 1381 conscriptus.

Fraticellorum epistolam, quam hic sub nº 1 edimus, inveni in codice XXI (saec. XV) conventus Capistranensis, olim usui S. Iohannis inserviente. Est codex miscellaneus, in quo (4) noto tantummodo contineri quoque f. 176r-242r. protestationem Michaelis de Caesena contra bullam *Quia vir reprobus,* Monachii in domo Fratrum Minorum factam 26 martii 1330, quae inedita adhuc est (5). In codice Cap. XXI f. 176r protestatio haec Michaelis inscribitur alia manu, forsitan S. Iohannis a Capistrano, *Libellus hereticorum dela opinione* quod De Bartholomeis (6) transcribit: *Libellus de haereticorum opinione* (!). Epistola autem quam hic edituri sumus, eadem alia manu inscribitur *Articuli fraticellorum della opinione* et in catalogis S. Ioanni a Capistrano adscribitur, certo eodem vel minore iure quo ei attribuebantur varii tractatus et quaestiones P. I. Olivi (7). Ipsa vero epistola incipit *Universis Xi. fidelibus utramque partem questionis audire volentibus et optantibus.....*

Tractatus Andreae Richi sub n.º 2 edendus, habetur in quodam codice miscellaneo mm. 210×190 membr. et chart. saec. XV, a quattuor diversis conscripto manibus, qui codex ad manus meas pervenit, quemque cum licentia possessoris exscripsi.

In isto codice communi foliorum numeratione carente, 5 continentur tractatus:

1. [*Liber veritatis Francisci Mayronis de Civitate Dei*]. Incipit Codex: [*I*]*nterea Roma gothorum in ruptione urgentium sub rege Alarico.* — Est lib. II, c. 43 *Retractationum* S. Augustini (Migne *P. L.* 32, 647,) quod in omnibus fere editionibus operi *de Civitate Dei* praemittitur. — Sequitur:

Gloriosam ciuitatem dei, siue in hoc temporum cursu cum inter impios peregrinatur ex fide uiuens. — Est lib. I, c. 1 *de Civitate Dei* (Migne, *P. L.* 41, 13). Deinde:

[*F*]*lores beati Augustini in libro de ciuitate dei per uirtutes sicut colleguntur compilati a uenerabili doctore magistro francisco de maironis*

(1) Cl. Auctor nuper collegit studia per varias periodicas publicationes sparsa in uno volumine: *Studii Francescani,* vol. I, Napoli, Perrella, 1909. — Citatur *StFr.* — Cfr. recensionem P. Michaelis Bihl *AFH* II, 326-329.

(2) *Eretici e Ribelli nell' Umbria dal 1320 al 1330, studiati su documenti dell' Archivio segreto Vaticano,* ap. *Bollettino della regia Deputazione di Storia Patria per l' Umbria,* vol. III, Perugia 1897, 257-285, 429-489; vol. IV, Perugia 1898, 221-301, 347-486; vol. V, Perugia 1899, pp. 1-46 et praesertim 205-425, quae ultima pars exclusive de Spiritualibus et Fraticellis agit.

(3) In notis ad *BF* V Romae 1898, et in appendice ad vol. VI, Romae 1902, pp. 597-638.

(4) Eius descriptio ap. *MF* V, 13.

(5) P. Eubel, *BF* V, 426 breviter argumentum appellationis Michaelis, 12 errores Iohanni XXII obiicientis, e codicibus Vaticanis 4009 et 4010 indicat.

(6) *MF* V, 13.

(7) Cfr. *AFH* I, (1908), 617-622.

de ordine fratrum minorum. Prima ueritas est magis diuturna. — Explicit: *ibi vacabimus et videbimus amabimus et laudabimus, amen. Explicit Liber Veritatis Francisci Maronis de Civitate Dei.*

Typis editus est hic tractatus Mayronis in opere cui titulus: *Diui Augustini Hipponensis episcopi ad Marcellinum: De Civitate Dei.... Cum Commentariis Thome Valois: et Nicolai Triueth; necnon additionibus Iacobi Passauantii atque Theologicis veritatibus Francisci Maronis.* Lugduni, Impensis Iohannis Koburger per Iacobum Sacon, a. 1520, in-folio, fol. 5r ss. — De aliis editionibus cfr. Sbaralea, *Suppl. ad Scrip. I,* Romae, Nardecchia 1908, 285-286.

2. *Extracta aliqua ex Alchorano ad confusionem Saracenorum. Et primo de ipso Alchorano, Quid est, Quomodo, Qualiter, Et a quo.* Incipit post titulum: *Quasi uox dei ad Mohameth ait: Hunc librum super te posuimus, ut per ipsum homines ab vmbris ad lucem, ad viam dei videlicet, que est incomprehensibilis, et sapiens, que cunctis celi terreque creaturis imperat, diligenter extrahas. Azoara 25.* Explicit: *surrexit sus grandis. Et ideo causa huius tamquam animal immundum uitandum est. Etc. per totum fabulosa.*

Auctor huius tractatus probabiliter inediti non indicatur, nec alicubi potui eum eruere. Non est improbabile esse quemdam Fratrem Minorem, cum caeteri tractatus huius codicis omnes Fratres Minores auctores habeant.

3. [Epistola ad universos Christifideles de erroribus Iohanis XXII]. Incipit: *Vniuersis Xpi fidelibus presentes litteras inspecturis, Humiles Xpi pauperes fideles et catholici oppressi pro defensione ueritatis fideique Xiane salutem et pacem in eo qui cum esset diues pro nobis pauper factus est.... Almus Xpi confessor et uite ipsius precipuus imitator franciscus.... predixit regulam suam et uitam Xpi acerrime inpugnandam.* Explicit: *Ille... faciat nos predicta salubriter intelligere et operibus exercere, Cui cum patre et spiritu sancto in trinitate perfecta omnis sit laus honor et gloria in secula seculorum Amen. Deo gratias amen.*


Haec epistola duabus columnis in membrana, nitide conscripta est litteris gothicis saec. XV, ab una manu, diversa ab aliis in eodem codice occurrentibus. Olim hic tractatus certe codicem independentem efformabat, scriptum a Fraticellis; nam in margine ab eadem manu omnes loci, qui videntur Fraticellis speciali modo favere, indicantur digito penna delineato, vel verbo *nota.*

Epistola quater edita est et quidem sub duobus nominibus. Baluzius-Mansi, *Miscellanea,* III, Lucae 1762, 341-355, eam exhibet ut responsum Michaelis de Caesena ad bullam *Quia vir reprobus; Firmamentum trium Ordinum,* Parisiis 1512, pars IV, f. CXLII r. a. — f. CLIII r. a., et Venetiis 1513, pars III, f. 87 r. b.-98 v. a.; Ed. Brown, *Fasciculus rerum expetendarum et fugiendarum,* Londini 1690, II, 436-465, ubi dicitur *Deffensorium... Guillermi Okam et fratrum suorum ordinis minorum...* quae ultima opinio approbatur a Patre Eubel, *BF* V, 426, et communiter recepta est. Quae nostra sit opinio hac de epistola, in appendice totius dissertationis dicemus.

4. [*Tractatus contra Fraticellos Fr. Andreae Richi*], quem hic edimus, scriptus litteris semicursivis gothicis saec. XV princip.; atramentum diffusum in charta (1), aliquando accuratam lectionem difficilem reddit.

---

(1) Charta habet signum *(Filigrane)* semicervi, quod iuxta Briquet, *Les Filigranes, Dictionnaire historique des marques de papier,* Paris 1907, I, p. 219, *est un filigrane exclusivement italien,* et occurrit inter annos 1390-1400. Nostri signi figura desideratur apud Briquet, sed simile est illi exhibito; l. c. I, n. 3278.



FR. ANDREAE RICHI, O. F. M., Tractatus contra Fraticellos.

Fol. 1r, parumper reductum.

Habet propriam foliorum numerationem, quam in editione sequemur. Primae paginae *facsimile,* uti aiunt phototypographicum exhibemus.

5. [*S. Bonaventura ad Magistrum innominatum*]. Eadem manu conscriptus est hic tractatus notissimus, *Opp. omn.,* VIII, 331, ac ille Fr. Andreae Richi. Codex desinit: *Explicit Elyminatio errorum magistri contra regulam beati Francisci, domino respondente per seruum suum Bonauenturam, qui tunc rexit parisius. Deo gratias amen.*

De singulis his documentis hic edendis aliqua adnotemus.

Sub n° 1 edemus Epistolam Fraticellorum *della Opinione* ad universos Christifideles ex codice Capistranensi.

Fraticellos tales epistolas, quibus se et doctrinam defendunt scripsisse, iam scivimus ex S. Iacobo de Marchia, qui suum *Dialogum contra Fraticellos* contra similes litteras edidit. Quaenam fuit illa epistola Fraticellorum contra quam auctor *Dialogi* scripsit? Hucusque duae epistolae editae sunt Fraticellorum. G. Vanzolini typis tradidit *Lettera de' Fraticelli, a tutti i cristiani nella quale rendon ragione del loro scisma* (1). Incipit: *Ad tucti li universi fedeli di Cristo, ad li quali questa lettera perverrà. Noi poveri servi di Yhesu Christo, fedeli et catholici, persequitati per la defensione de la evangelica verita, offeriamo pace con eterna salute. Po' che lo principe de li Apostoli, Pietro ci ammonisce...*

Deinde separationem suam a Papa et Praelatis defendunt, triplicem adducentes rationem, nimirum 1° haeresim, 2° simoniam, 3° publicam fornicationem, ad textus Iuris Canonici crebro provocantes. Contra epistolam praefatam P. Ehrle (2) scriptum credidit *Dialogum* Iacobi de Marchia. Sed illatio ista, olim, quando nonnisi una istiusmodi epistola Fraticellorum nota erat, quasi ex se obvia, nunc vim suam, ob alias epistolas notas, amisit. Accedit quod loci epistolae in *Dialogo* allegati cum textu a Vanzolini edito non semper conveniunt. Sed de hoc argumento postea plura dicemus. Wesselofsky (3) edidit epistolam Fraticellorum directam ad B. Iohannem de Cellis, eremitam Camaldulensem, responsum scilicet ad huius litteras ab eodem Wesselofsky (4) evulgatas. Incipiunt hae litterae Fraticellorum: *In nomine Iesu Cristo povero crocifisso. Amen. A don Giovanni dalle Celle i poveri frati minori, perseguitati per la verità del vangelio, spirito di consiglio più santo; pero che tu ti se' sforzato di volere rivocare alcuno dalla via della veritate per una vostra tettera mal fondata e sopra del falso.*

His epistolis vulgari idiomate compositis nunc accedit etiam nostra latine conscripta, et duabus praecedentibus in argumento similis. Ex ipsis et ex indicationibus laudati *Dialogi* duplici modo conspicere

(1) Est vol. 55 Collectionis: *Scelta di Curiosità Letterarie inedite o rare,* Bologna, Romagnoli, 1865.

(2) *ALKG* IV, 110. Merito tamen P. Ehrle reiicit notam temporis assignatam huic epistolae scilicet c. 1336, a Vanzolini. Nam rationes ab hoc adductae, ad rem non sunt; cfr. etiam Tocco, *StFr,* I, Napoli, 1909 p. 391.

(3) *Il Paradiso degli Alberti, Ritrovi e ragionamenti del 1389, Romanzo di Giovanni da Prato,* I, parte prima p. 356-67 in voll. 86[1], 86[2], 87, 88 ante dictae Collectionis *Scelta* etc. Bologna 1867; illa epistola invenitur in vol. 86[1].

(4) L. c. p. 335-355.

possumus Michaelistarum in Fraticellos influxum, quem iam P. Jeiler (1) partim perspexit, scil. 1° Fraticellos imitatos esse exemplum antiquorum Michaelistarum ad universos Christifideles contra Papam saepius appellantes et 2° illos libris et argumentis Michaelistarum usos esse, quod positive etiam probatur ex inscriptione protestationis Michaelis de Caesena superius ex codice Capistranensi citata.

Quo tempore et qua occasione hae nostrae litterae scriptae sunt? In ipso textu huius epistolae, sicut in duabus aliis hucusque notis, deest nota loci et temporis, nec unquam adfuisse videtur. Ob timorem enim inquisitionis latere debebant Fraticelli. Idem observavit iam cl. P. Ehrle (2) in plurimis epistolis Angeli Clareni. Ad rationes igitur internas recurrere debemus, ut ex ipsis datum et occasionem epistolae eruamus.

Id quod intendunt Fraticelli hac epistola, est iuxta eorum verba: ut se purgent « presertim de illa falsa et erronea consequentia et conclusione que dicit, quod papa non est papa et cetera, que consequentia,... (eis) imponitur procedens et exiens ab ore illorum, qui Christum crucifixerunt, idest pseudosacerdotum ». Tales accusationes utique ab initio Fraticellis motae sunt et ex ipsa sola non posset aliquid deduci pro datatione huius epistolae. Tamen mihi videtur Fraticellos hic determinatam quamdam accusationem prae oculis habere. Talem enim accusationem eis praecise movit per modum conclusionis Iohannes de Cellis in epistola edita a Wesselofsky. Ut melius conspiciatur connexus inter hanc accusationem et nostram epistolam hinc iuxta ponimus verba utriusque:

Ioh. de Cellis, apud Wesselofsky (l. c. I. 1, 338).	**Epistola Fraticellorum:** (Cod. Cap. XXI f. 123v.)
« ..... veggio che di necessita si seguita, che, se papa niuno e et che la chiesa non abbia pastore, non sia niuno vescovo; et se non e niuno vescovo, non e niuno prete; se non e niuno prete, tutto il popolo cristiano e stato idolatra [cod. idolatria] et non a adorato Cristo: il quale viene nel sagramento, ma uno poco di pasta ».	« Insuper dicimus, quod nec nos, nec aliquis a nobis informatus, neque ex aliquo dictorum nostrum sequitur vel concluditur, quod papa, non sit papa, quod episcopi non sint episcopi, presbiteri non sint presbiteri, corpus Xpi non sit corpus Xi, quod Xpiani non sint Xiani et cetera... »

(1) *Kirchenlexikon*, IV, 1931: « Merkwürdig und neu ist der Umstand, dass diese sich der Waffen bedienten, welche Michael von Cesena mit seinen Genossen gegen Iohannes XXII. geschmiedet hatte und dass sie somit gleichsam unter der Fahne des Aufruhrs, welcher mit dem raschen Verschwinden jener Partei gefallen war, in ihrer Weise weiter stritten... Diese Art ihrer Verteidigung beweist, dass sie solche Ideen entweder aus den schon erwähnten Pamphleten der « Michaeliten » geschöpft oder von unbekannten Apostaten bekommen hatten ». Notatu digna sunt etiam verba finalia cuiusdam tractatus Fraticellorum, quae Tocco, *Studii Franc.*, I, p. 513 e codice Magliabechiano XXXIV, 76, f. 21 v. edidit: « Qualunque queste cose latamente et diffusamente sapere desidera ricorra alle opere delli venerabili padri et maestri frate Michele, per adietro generale dell'ordine de'frati minori,... del maestro Franciescho da Ascoli... del maestro Guglielmo Occham,... et al'altre le quali essi feciono, delle quali queste poche tratte sono... ».

(2) *ALKG* I, 537.

Fraticelli ad « accusationem » Iohannis de Cellis responderunt epistola idiomate vulgari a Wesselofsky (1) edita, sed mutila est et praecise deest responsio ad hanc accusationem Iohannis de Cellis. Responsum tamen simile fuisse huic nostro textui latino, patet ex *replica* eiusdem Iohannis publici iuris facta a cl. Fel. Tocco (2); « Voi dite, inquit, che quello ch' io dico nella pistola, non seghuiscie, cioe che se papa non è, non e veschovo, se non e veschovo, non e prete etc. » (3).

Iamvero hanc *replicam* Tocco (4) bonis rationibus opinatur scriptam inter a. 1375-1389. Nostra epistola igitur circa idem tempus scripta esse videtur. Diuturnum tempus post accusationem respondere inutile et forsitan periculosum fuisset. Accedit aliud momentum, quod idem tempus suadet. Anno enim 1389 illa « calumnia » Iohannis de Cellis repetita est et publice innotuit per processum factum Fr. Michaeli de Calci, uti scimus ex *Historia Fr. Michaelis Florentiae an. 1389 cremati* (5). In actis enim processus Michaeli lectis, haec habentur (6): «... e come tenea [Fr. Michele] che da indi a poi i cardinali no erano cardinali, ne vescovi i vescovi ec. M[ichele] rispuose: cotesto e falso; anzi dico, che da indi a poi perderono la iurisdizione, ma non il sacramento, e rimasono vescovi; e preti che fanno, sono preti, avenga che scomunicati; e il corpo di Cristo che fanno, e corpo di Cristo, e cosi degli altri sacramenti avvenga che gli faccino in loro iudicio ec. (7) ». Facile intelligetur hoc momento critico condemnationis Fr. Michaelis hanc nostram epistolam potuisse scribi, et sub nomine « pseudo-sacerdotum », ex quorum ore illae « calumniae » exierunt et qui etiam « Christum crucifixerunt », praeter, Iohannem de Cellis, etiam episcopum Florentinum eiusque Curiae officiales, iudices nempe Fr. Michaelis, designari.

Accedit quod Bernardinus Aquilanus (*Chronica* p. 10) contra Fraticellos Perusiae existentes tempore Paulutii Trincii c. a. 1374 (8), easdem accusationes repetit: Qui Fraticelli « *De opinione* vocantur et gerunt habitum fratrum minorum et tenent, quod papa non sit papa, et quod episcopi non sint episcopi, et quod sacerdotes non sint sacerdotes, et sic in infinitos errores lapsi sunt ». — Ex his omnibus concludi potest nostram epistolam versus finem saec. XIV conscriptam esse. Fatemur tamen nostram ad *datum* epistolae eruendum argumentationem non habere vim absolutam, sed illam, quam coniectura consequi possumus.

(1) L. c. I, parte 1ª, p. 335-355.

(2) *StFr* I, 431-494. Alias B. Iohannis epistolas ad Fraticellos directas edidit Pia Cividali in *Memorie della R. Accademia dei Lincei, Classe di Scienze morali storiche e filologiche*, Serie 5ª vol. XII, Romae 1907, p. 354-477. Illmus Professor F. Tocco hanc indicationem bibliographicam mihi benigne misit, sed in pluribus Romae bibliothecis illud volumen frustra quaesivi.

(3) Tocco *StFr* I, 467; cfr. ib. I, 485.

(4) L. c., p. 430.

(5) *Storia di Fra Michele Minorita, come fu arso in Firenze nel 1389*, edita a F. Zambrini in vol. 50 coll. *Scelta di Curiosità* etc. Bologna, 1864.

(6) L. c. p. 39.

(7) De Fr. Michaele a Calci cfr. etiam D' Ancona, *Varietà storiche e letterarie*. Prima Serie, Milano 1883, pp. 1-13; in appendice pp. 345-355 habetur sententia mortis a Republica Florentina, post processum in Curia episcopali absolutum, emissa.

(8) Annus illius facti eruitur ex donatione loci Montis prope Perusium facta eadem occasione, die 8 iun. 1374. Cfr. *MF* VI, 113, 108.

Nam, ut alia praetereamus, in *Dialogo* S. Iacobi de Marchia inter annos 1450-1459 conscripto, similes, quamvis non illo, quasi stereotypico verborum tenore, accusationes repetuntur.

Argumentatio Fraticellorum in hac nostra epistola haec est: Nicolaus III in decretali *Exiit,* de Christi et Apostolorum paupertate loquens, dogma catholicum statuit, cui proinde contradicere absque haeresi nemo potest; ipse Nicolaus III in clausula illius constitutionis excommunicationem iniungit in contradicentes et glossantes. Atqui Iohannes XXII (cuius nomen tamen hic tacetur) huic decretali contradixit, aliaque fecit nefanda; ergo est haereticus et excommunicatus, sicut omnes ei adhaerentes et faventes. Ergo iurisdictione privatur Papa et eius asseclae (1).

De methodo, quam Fraticelli adhibent, perpulchre observat Iohannes de Cellis: « Queste autoritadi, inquit ille alludens ad textus Iuris Canonici a Fraticellis adductos, in se tutte sono vere, ma questa acqua non fa macinare il molino vostro (2) ». « Che libro grande mi converrebbe fare, s'io volessi rechare tutte le vostre autoritadi alla misura loro, a ordine mostrare, per quali persone sono dette e in qual modo si debbano fare, e in che tempo (3) ».

Sub N° II tractatum contra Fraticellos a. 1381 conscriptum edemus, cuius tractatus auctor est Fr. Andreas Richi de Florentia O. F. M., Magister in sacra Theologia, discipulus Fratris Ludovici a Castilione Aretino O. F. M. Regentis in Studio Oxoniensi. Tempore mortis Petri a Corbaria, antipapae Nicolai V, (1333) morabatur Fr. Andreas Monte Pessulano (Montpellier in Gallia) ubi erat Studium generale Ordinis. Scribens hunc tractatum a. 1381 iam erat grandaevus; videtur etiam iam antea similes tractatus edidisse. Se namque dicit veteranum militem, qui contra iam turpiter victos *noviter* dimicat; nisi verba ista referenda forent ad auctoris actionem ut inquisitoris, quo munere aliquot saltem per annos functus est, uti mox ostendemus. Praesens opusculum edidit iussu Fr. Iacobi de Tholomaeis, Senensis, O. F. M., nquisitoris haereticae pravitatis in Thuscia saltem inde ab a. 1365, collectoris generalis Urbani VI, episcopi tunc Narniae (1378-1383), postea Clusii (Chiusi) 1383-1384, et demum Grosseti (Grosseto) 1384-1390 (4). Hic, Florentiae a. 1381, sine dubio ob bellum, vulgo dictum *Octo Sanctorum*, contra Ecclesiam a 1375-77 gestum, recrudescente secta Fraticellorum (parum post, scil. 1389, ibidem combustus est Fr. Michael Berti de Calci, prope Pisas, Fraticellus), plures tractatus videtur contra Fraticellos fecisse scribi a doctis viris, inter quos erat etiam Fr. Andreas Richi. Haec omnia colligimus ex praefatione, quam noster auctor tractatui suo praemittit atque ex ipso tractatu.

Hae notitiae aliunde possunt illustrari. Rodolico (5) refert duo consulta civitatis Florentinae, quorum prius, die 8 Iul. 1381, statuit:

(1) Pro aliis capitibus doctrinae Fraticellorum cfr. Ehrle, *ALKG* IV, 103, 105-106; Tocco, *StFr.* I, 400 et passim. (2) Tocco, *StFr* 432.

(3) Ibid. I. 490; cfr. 493. (4) Cf. infra *notas ad textum.*

(5) Niccolò Rodolico, *La Democrazia Fiorentina nel suo tramonto; (1378-1382)*, Bologna 1905, 82-83.

Quod precipiatur fraticellis, quod infra biduum debeant recedere, et postea consentiatur eis, quod inquisitor procedat contra eos; alterum, die 14 dec. 1381 dicit: *Andreas Nicholai Betti pro gonfalonieriis dixit quod banniatur, quod infra certum tempus fraticelli recedant, alias detur favor inquisitori. Antonius Arrigi pro Duodecim dixit de fraticellis nichil fiat.* Cui adiungit Rodolico: « Non mi è stato possibile con altri documenti illustrare le laconiche parole delle suddette consulte; è lecito però supporre che la questione era viva, e che l'inquisitore ecclesiastico reclamava che si procedesse contro i fraticelli ». Haec hypothesis cl. auctoris plane confirmatur verbis praefationis nostri tractatus, approbati die 20 sept. 1381 ab Inquisitore Domino de Tholomeis qui: *contra fraticellos prefatos, quos florentie repperit zelo succensus fidei insurgens, statuit eos coram pluribus in sacra theologia magistris examinare, absconsasque sub ypocrisi eorum detegere hereses, erroresque nudare, per cunctas ecclesias ciuitatis etiam in sermone vulgari publice facere predicare, ut patescat cunctis eorum dogma infidum et peruersum.* Huic eidem tempori procul dubio debetur Statutum Civitatis Florentiae contra Fraticellos latum, iterum editum a Rodolico (1) et a Tocco (2).

Sed quis est iste Fr. Andreas Richi de Florentia, auctor tractatus? Frustra hoc nomen apud Waddingum *(Annales* et *Script.)*, Sbaralea *(Suppl. ad Script.)* Eubel, *(Bull. Franc.)* Antonium a Terrinca (3), Negri (4), Davidsohn (5) quaesivi. Apud solum Papini (6) haec pauca verba inveni, quae ad nostrum auctorem omnino videntur referenda: « *F. Andrea Ricci o del Riccio di Firenze* Inquisitore dal 1370 al 1373 incominciato ». In textu e codice Magliabechiano (Bibl. Nat. Florentiae) XXXIV 76 fol. 106b edito (7), sermo est de « frate Andrea de Manfriano [?], frate di Santa Croce » [Florentiae], qui habebat quamdam Chronicam ad historiam Fraticellorum spectantem. Cum iste textus circa idem tempus ac noster tractatus scriptus videatur, ille *potest* esse idem ac Fr. Andreas Richi de Florentia. S. Iacobus de Marchia, qui in suo *Dialogo contra Fraticellos* (8) pluries adhibet et ad verbum adducit hunc tractatum, auctorem vocat *Magistrum Bonaventuram* O. F. M., omnia illa particularia historica de persona auctoris, quae supra indicavimus, refert, et eum dicit insuper regentem studii Parisini. Accuratius mihi textum *Dialogi* apud Baluzium-Mansi perscrutanti, observare licuit, textum illum esse sat inaccuratum in pluribus. Quaedam igitur manuscripta, editione antiquiora, Dialogi adivi, uti tres Codices N. I, 14; 14[2]; 14[3] Officii Postulationis in Collegio S. Antonii de Urbe, ex primo decennio saec. XVIII, et cod. 42 (saec. 17) Archivi S. Isidori de Urbe,

(1) L. c. 81. (2) *StFr* I, 495.
(3) *Theatrum Etrusco-Minoriticum*, Florentiae 1682.
(4) *Istoria degli Scrittori Fiorentini*, Ferrara 1722.
(5) *Geschichte von Florenz*, Berlin 1908, idem, *Forschungen zur Geschichte von Florenz*, ibidem. Cfr. *AFH* I, 4 (198) pp. 640-643, 652-655.
(6) L'Etruria *Francescana*, vol. I [unico], Siena 1797, p. 58.
(7) Editus est ap. Baluzium-Mansi, *Miscellanea*, II, Lucae 1761, pp. 595-610.
(8) Ap. Tocco, *Studii Franc.*, I, 516.

sed omnes concorditer habent nomen auctoris illius Tractatus *Magistrum Bonaventuram,* et rectorem Studii Parisini indicant. In operibus autem de historia Universitatis Parisiensis conscriptis, uti Bulaeus (1), Denifle-Chatelain (2), Féret (3), neque Andreas de Florentia, neque Fr. Bonaventura saec. XIV occurrit.

Demum perspexi causam erroris S. Jacobi de Marchia, qui vel hunc codicem, vel alium similem prae manibus habuit scribens suum Dialogum, sed curam non sumpsit legendi praefationem tractatus. In fine autem codicis legit verba de [S.] *Bonaventura, regente Parisius,* (cfr. supra p. 257) hunc arbitratus est auctorem fuisse huius etiam tractatus. Ex Jacobo de Marchia error transiit in Chronicam Nic. Glassberger, *Anal. Franc.,* II, 152, cuius editores de hoc *Bonaventura* nullam notam adiciunt, in indice vero, p. 590, cum S. Bonaventura a Balneoregio eum confundunt. Pariter W. Preger (4) et C. Müller (5) nostrum auctorem ex S. Iacobi Dialogo cognoverunt et Bonaventuram vocant. Hic error saecularis demum nostra editione corrigitur et catalogo Scriptorum Ord. Min. Fr. Andreas Richi merito inseritur.

Quoad Tractatum ipsum notes: *a)* Constat 8 Conclusionibus et totidem corolariis, quorum ultimum forsitan incompletum est cum nulla clausula finalis habeatur, et quinque paginae sequentes vacent. *b)* Auctor nititur conciliare decretalem Nicolai III *Exiit* cum decretalibus Iohannis XXII, ita ut error fratris Michaelis non fuerit in eo, quod haeretice sensisset de Christi paupertate, sed in eo quod male intellexerit decretales Iohannis XXII, et eas haereticas vocaverit. *c)* Fraticellos, contra quos pugnat, repetit a Michaele de Caesena, et vocat eos *Michelistas,* rarius *Michaëlistas,* etiam *Nicolaitas,* loquitur etiam de *Iohannistis,* qui sunt catholici. Hoc nobis monstrat S. Iacobum in suo *Dialogo* non primum adhibuisse terminum *Michaelistarum* ad Michaelis de Caesena asseclas designandos, sed hoc nomen fere ad originem ipsius sectae posse reduci quod de caetero apparet etiam e textibus a Tocco *StFr* I, 431sqq. editis. *d)* Fontibus Andreas Richi praesertim *Apologia pauperum* et *expositione regulae* S. Bonaventurae usus est et forsitan etiam tractatu Alvarii Pelagii *de Planctu Ecclesiae,* quos tamen nunquam nominat. *e)* De relatione huius tractatus cum *Dialogo* S. Jacobi de Marchia in appendice ad editionem accuratius disseremus. *f)* Cl. Felice Tocco, *StFr* I, 494-499 edidit fragmentum e codice Magliabechiano XXXI 65 f. 1-6, quod compendiosa videtur esse versio itala exiguae partis introductionis et primae Conclusionis nostri Tractatus, curata forsitan ab ipso auctore vel a quodam compilatore ad maiorem propagationem apud populum obtinendam. De caetero tractatus Fr. Andreae Richi ignotus fere remansit, ita ut Nicolaus Palmerius O. S. A., episcopus Ortanus tempore

(1) *Historia Universitatis Parisiensis,* 6 voll. in-fol. Parisiis 1765 ss.
(2) *Chartularium Universitatis Parisiensis,* Paris 1889 seqq. 4(6) voll. in-4°.
(3) *La Faculté de Théologie de Paris,* (Moyen-âge), 4 vols in-8° Paris 1894 ss.
(4) *Der kirchenpolitische Kampf unter Ludwig dem Baier...* in *Abhandlungen der historischen Akademie der Wissenschaften,* vol. XIV, pars I, München 1879, p. 36.
(5) *Der Kampf Ludwigs des Baiern mit der roemischen Curie* I, Tübingen 1879, p. 372.

Pauli II (1464-1471), in suo tractatu contra Fraticellos, agens de concordia inter decretales Nicolai III et Iohannis XXII, scribere potuerit: *Iam grandis uia inter pedes nobis remansit, perdifficile est aggredi ipsamque pertransire temptare, ubi faciliter errare contingeret, in qua maiores nostri ualde timuerunt, adeo ut post Iohannem XXII Pontificem legi neminem declarasse, concordasse, aut extricare voluisse contradictionem, que etsi non re, saltem verbo esse uidetur inter decretalem Nicholaii tertii* Exiit qui seminat *et decretales Iohannis XXII,* Ad conditorem, Cum inter nonnullos *et* Quia quorumdam. Codex Vatic. Lat. 4158 f. 29 v.

Notitiae historicae inveniuntur in Introductione, in conclusione prima, septima et passim.

Quoad methodum editionis notandum est, nos fideliter textum transcripsisse et illum evulgare uti iacet. Nomina tamen propria ordinarie litteris maiusculis insignivimus, et saepe insuper obliquis, sive uti aiunt *cursivis,* in notis indicationes bibliographicas adiicientes. Quae *theologice* in his tractatibus minus recte dicta sunt, prudens lector ipse facile corriget, aliquando vero etiam explicite in notis errores theologicos Fr. Andreae indicabimus.

I.

Epistola Fraticellorum ad universos Christifideles.

Cod. XXI Conv. Capistrani Fol. 123v.

[*Articuli fraticellorum della opinione* (1)].

Vniuersis Xi fidelibus utramque partem questionis audire uolentibus et optantibus iuxta commune prouerbium *audi aliam partem* (2), et omnibus, quibus hec lictera peruenerit, Nos de pluribus suspecti et infamati, presertim de illa falsa et herronea consequentia (3) et conclusione, que dicit, quod papa non est papa et cetera. Que consequentia falsa et iniqua existit, ficte et oblique nobis imponitur, procedens et exiens ab ore illorum. qui Xm crucifixerunt, idest seupdo [sic!] sacerdotum. Idcirco ad declarandum illos, qui dictam infamiam audiunt et reliquos ignorantes, quoniam propter ignorantiam multi perierunt, et ut ueritas declaretur, Nos subscripta dicimus, tenemus et confitemur: videlicet *vnam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam,* omnia, que continentur in tribus symbolis sancte matris ecclesie, item omnia que continentur in diuina pagina, preceptis Dei et ecclesie catholice. Item omnia que tenet, credit, confitetur sancta mater ecclesia, quilibet bonus fidelisque Xianus.

Insuper dicimus, quod nec nos, nec aliquis a nobis informatus, neque ex aliquo dictorum nostrorum sequitur uel concluditur, quod papa non sit

(1) Alia manus addidit, quae uncis includimus.

(2) Hoc etiam adducitur in epistola edita a Vanzolini l. c. p. 20: « Et oltra ad questo dovete sapere che la iustissima lege dice *Audi aliam partem* ».

(3) In codice habetur 9ª quod legi deberet *contra,* hic tamen a contextu plane excluditur et proculdubio legendum est: *consequentia.*

papa, quod episcopi non sint episcopi, presbiteri non sint presbiteri, corpus Xpi non sit corpus X[i], quod Xpiani non sint X[i]ani et cetera, quia in quolibet prelato siue pontifice iuxta formam ecclesie ordinato et promoto due sunt auctoritates siue potestates. Prima est, que dicitur sacramentalis, qua uidelicet potest sacramenta conficere et ordines conferre, quod patet per glossam que ponitur in 1[a] q. super c[o]: *Qui perfectionem spiritus* (1) uerba cuius sunt hec: *quilibet episcopus siue catholicus siue hereticus, siue in ecclesia siue extra ecclesiam conferat ordines, dum tamen conferat secundum formam ecclesie, recipit ordinatus ordinem, licet non recipiat executionem ordinis. Similiter si taliter ordinati alios ordinent, idem est et sic in infinitum,* et per beatum Ambrosium 1 q. 1 c[o] *Auari* (2) Glossa hoc idem dicit. Patet etiam per beatum Augustinum eadem causa et q. c[o] *Neque* (3). De sacramento baptismi est cuilibet notum, quod quilibet necessitate extrema potest baptiçare, di[e] IIII c[o] *Mulier* (4) et c[o] *Siue* (5) et c[o] *A quodam* (6). Hanc autem auctoritatem scilicet sacramentalem prelatus precisus nunquam perdit, quin possit ea conficere saltem de facto. Et propterea dicimus, quod qui diceret papam non esse episcopum (7), episcopos non esse episcopos, presbiteros non esse presbiteros, corpus X[i] non esse corpus X[i], esset impius, vel ingnorans aut hereticus errore donastistarum hereticorum. De iure uero dicta auctoritas uel dignitas siue potestas propter heresim, scisma uel symoniacam heresim uel excommunicationem uel publicam fornicationem prohibetur, suspenditur ac etiam interdicitur, ne agatur, ut expresse patet per beatum Augustinum 1. q. 1 c[o] *Etiam corde* (8), et per beatum Leonem papam c[o] *Hii qui baptismum* (9). Et per beatum Gelaxium papam XXIIII, q. 1. c[o] *pudenda* (10). Secunda uero digni-[f. 124r]tas uel auctoritas siue potestas, que in prelato consistit, est que uocatur iurisdictio, uel administratio iurisdictionalis aut prelatica, siue potius executoria, idest dare prebendas, et auctoritas siue potestas ligandi uel soluendi, excommunicandi, reconciliandi, ueniamque largiendi aut penam inferendi, siue etiam prebendarum et rerum ecclesiasticarum sibi accipiendi uel pauperibus erogandi et huiusmodi. Et hec auctoritas siue potestas propter predicta peccata totaliter prohibetur, interdicitur, suspenditur et immediate tollitur ac simpliciter amictitur et auffertur, *quia* tunc non habet subditum, quoniam tunc *minor* est quocunque *catholico* XXIIII[a] q. 1. c[o] *Achatius* (11) in textu et glossa et eadem causa et q. c[o] *Audiuimus* (12) dicitur sic: Non *potest deicere quemquam iam prostratus, ligandi namque vel soluendi potestas ueris, non falsis sacerdotibus a Domino tradita est,* et infra in fine dicitur sic: *Hec autem que de hereticis atque scismaticis uel excommunicatis dicta sunt, videlicet, quod ligandi uel soluendi potestatem non habeant, multorum auctoritatibus probatur.* Hec ibi; et

(1) Causa I. q. 1. cap. 17.

(2) Causa I. q. 1. cap. 39: *Remissionem peccatorum avari non dant.* S. Augustinus, non S. Ambrosius est huius capitis auctor.

(3) Causa I. q. 1. cap. 36: *Neque in homine.*

(4) Dist. IV. cap. 20 (de consec.): *Mulier quamvis.*

(5) Dist. IV. cap. 51 (de cons.) *Sive hereticus.*

(6) Dist. IV. cap. 24. (de cons.) *A quodam iudeo.*

(7) Idem respondit Fraticellus in processu facto Lucae a. 1411: « et ex I, 484 b, tunc [Ioh. XXII] non fuit papa, licet remanserit episcopus ». Bal.-Mansi, *Misc.*

(8) Causa I. q. 1. cap. 48. (9) Causa I. q. 1. cap. 51. (10) Cap. 33.

(11) Cap. 1. Hoc caput citatur etiam in epistola ad Ioh. de Cellis, l. c. p. 361 et 362, ubi Wesselofsky legit et transcribit pluries *ca* (= causa) *ra*!!

(12) Cap. 4. Citatur etiam in ep. ad Ioh. de Cellis l. c. p. 362.

sequenti c° *ait beatus Leo papa: Nichil erit ligatum* uel *solutum, nisi quod beatus Petrus ligauerit* uel *soluerit,* idest cuius auctoritas, super quo dicit glossa: que auctoritas in talibus non est, ut patet eadem causa et q. c° *Didicimus* (1), ubi dicitur sic: *Didicimus omnino omnes hereticos et scismaticos nichil habere potestatis* et *iuris,* et infra inuenimus in tali facinore non solum duces et auctores, set etiam participes eorum penis destinari, nisi a communione malorum se separauerint; et de hoc sunt multe auctoritates in *Decreto.*

Item dicimus, tenemus et confitemur, quod, quamuis episcopus uel presbiter sit hereticus, scismaticus, symoniacus, notorius fornicator, precisus, suspensus, dum intendit facere illud, quod ecclesia facit, et formam ecclesie tenet et obseruat, semper episcopus ordinat et uere presbiteros consecrat, et presbiter semper corpus Xpi conficit, set in preiudicium et dampnationem suarum animarum, et uere baptiçat, ut patet per exemplum grecorum presbiterorum, qui sunt scismatici et inobedientes pape et ecclesie, et tamen ordines suscipiunt et uere corpus X^i^ conficiunt; et qui pertinaciter oppositum teneret, hereticus existeret, ut de hiis omnibus patet 1. q. 1. c° *Quod quidam* (2) et *De consecratione* di^e^. IIII^a^ c° *Quod autem* (3).

Item dicimus, tenemus et confitemur, quod Xs, in quantum homo uiator, et apostoli eius uiam perfectionis tenentes et ostendentes, iure proprietatis et dominii ciuiliter uel mundane non habuerunt aliqua in speciali uel in communi, preter simplicem usum facti, sine quo nemo preterire potest, ut patet *extra. De verborum significatione* c° *Exiit qui seminat* (4). Porro [f. 124v] Item dicimus, tenemus et confitemur, quod nullo modo licet contradicere huic ueritati Xpi paupertatis, neque predicte decretali, ut patet ex dictis et penis inflictis ipsius decretalis in fine et XXIIII q. 1. c° *Hec fides* (5) et per beatum Augustinum VIII° *de trinitate* c° *Nemo* (6).

Item dicimus et tenemus, quod omne dogma obiciens huic ueritati X^i^ paupertatis, siue oppositum pertinaciter asserere, aut papa aut episcopus, aut quicumque sit, est notorius hereticus, ut patet per euangelium X^i^ et sacros doctores et *extra. De hereticis* c° *Excommunicamus* (7) et per Decretum XXV q. 1. c° *Que ad perpetuam* (8), vbi in glossa dicitur sic: *Ex hoc patet, quod papa non potest contra generale statutum ecclesie dispensare, nec contra articulos fidei. Nam si omnes ei assentirent, non ualeret statutum, set omnes essent heretici,* hec glossa et XV di^e^. c° *Sicut sancti* (9) et c° *Sancta romana* (10) et XV q. 1. c° *Sunt quidam* (11) et XXIIII^a^ q. 1. c° *hec est* (12) et eadem causa et q. c° *Maiores* (13).

Item dicimus, quod redarguere papam, cardinales et ceteros clericos, dum dicunt aut faciunt contra fidem et sacram scripturam aut contra ueritatem fidei uel contra religionem Xanam, pertinet ad laycos velud cle-

(1) Cap. 31. Citatur etiam ap. Vanzolini, l. c. p. 16.
(2) Causa I. cap. 97.
(3) Tale caput deest. Est probabiliter Dist. IV. Cap. 40 *Nullus autem,* vel cap. 46. *Nunc autem* (de cons.)
(4) Cap. 3. (V. 12) in VI°.
(5) Cap. 14 *Haec est fides.* Citatur etiam ap. Vanzolini, 11.
(6) Est probabiliter Causa XI. q. 3. cap. 31 *Nemo contemnat* S. Ioh. Crysostomi; alia capita *Nemo* ad rem non pertinent.
(7) Cap. (13 V. 7); Citatur etiam ab *Haeretico* in Dialogo Bal.-Mansi, *Misc.*, III, 598b.
(8) Cap. 3; citatur etiam ap. Vanzolini, 11, 17, 23.
(9) Cap. 2. (10) Ib. Cap. 3. (11) Cap. 6. Citatur etiam ap. Vanzolini, 22.
(12) Cap. 14. Haec est fides. (13) Cap. 2.

ricos, ut patet per glossam, que ponitur LXXXXVIª di^e^. c^o^ *Sicut quamuis* (1), et XL di^e^. c^o^ *Si papa* (2) et XXIIII q. III c^o^ *Tam sacerdos* (3) et LXXXXVI. di^e^. c^o^ *vbi nam* (4) et XXIIIIª questione V c^o^ *vnusquisque* (5) et per beatum Eusebium II q. VII c^o^ *Oues* (6) et c^o^ *Paulus Petrum* (7) et c^o^ *Testes* (8) et *extra. de symonia* c^o^ *Tanta* (9), ait beatus Gregorius papa, quod symoniacus potest a meretrice reprehendi.

Item dicimus, quod quilibet symoniacus in ordine uel beneficio est excommunicatus, priuatus beneficio, gratia et executione ordinis uel ordinum, ut patet per beatum Leonem papam 1ª q. 1ª c^o^ *Gratia* (10) et per beatum Ambrosium eadem causa et q. c^o^ *Reperiunt*(ur) (11) vnde in glossa super verbo *condempnatum* (12) dicitur: *Argumentum, quod ipso iure sit anathematiçatus clericus symoniacus* et per beatum Gregorium papam eadem causa et q. c^o^ *Quicumque* (13) et c^o^ *Dictum est solere* (14) et c^o^ *Quibusdam narrantibus* (15), super quo c^o^ glossa dicit sic: *Probatur domini auctoritate symoniacos ipso iure esse suspensos* et super uerbo *deo iudice* dicit sic: *Et ita symoniaci etiam occulti ipso iure sunt suspensi* (16) et 1. q. 1. c^o^ *Presbiter* (17) dicitur sic: *presbiter si [f. 125r] ecclesiam per pecuniam acquisiuit, non solum ecclesia priuetur set etiam sacerdotali honore spolietur*. Hec ibi; et c^o^ *Si quis doctor* (18) et c^o^ *Qui studet* (19).

Item dicere, quod non debeant corrigi et reprehendi, ut dicitur, dicimus quod est maxima destructio, ut patet LXXXXIIIª di^e^. c^o^ *Nemo quippe* (20) et 1ª c (?) XLª di^e^. c^o^ *Set illud* (21) et XXIIII q. III c^o^ *Resecande* (22).

Ex predictis ergo colligitur, quod nos non deuiamus a fide catholica nec auctoritate in decretis (23) sancte matris ecclesie confirmata et determinata. Cuius correctioni et cuilibet catholico fideli nos metipsos et hec dicta nostra et omnia alia tamquam ueri eius obedientes filii subicimus et quicumque iuridice nobis oppositum demonstrabit, parati sumus plenam scientiam sumere de predictis, domino concedente. Amen.

---

(1) Cap. 15. (2) Cap. 6.

(3) Cap. 14: *Tam sacerdotes;* citatur etiam in ep. ad Ioh. de Cellis l. c. p. 365.

(4) Cap. 4. Citatur etiam ap. Vanzolini, 18-19.

(5) Causa XXIV quaestiones tres habet tantummodo. In epist. ad Ioh. de Cellis ap. Wesselofsky l. c. p. 365 idem caput *Unusquisque* citatur et quidem sub Causa XXIII. q. V. Sed tale caput ibi non habetur. Videtur esse Causa XXII. q. 4 cap. 8 *Unusquisque*, quod tamen adeo ad rem non est.

(6) Cap. 13. *Oves quae.* (7) Ib. cap. 23.

(8) Ib. cap. 39. *Testes absque.*

(9) Cap. 7 (V 3) Non est Gregorius, sed Deodatus. (10) Cap. 1.

(11) Cap. 7: *Reperiuntur*. Citatur etiam ap. Vanzolini p. 13.

(12) Glossa haec est sub verbo *anathematis*.

(13) Cap. 12; ap. Vanzolini, 14.

(14) Cap. 105 *Dictum est solere;* ap. Vanzolini, 12. (15) Cap. 117.

(16) In Codice hic repetuntur verba: *Gratia et per beatum Ambrosium—ipso iure sunt suspensi*, quae hic supprimimus. (17) Cap. 3.

(18) Causa I q. 3 Cap. 2. (19) Causa I q. 1. cap. 11.

(20) Distinctio LXXXIII (non LXXXXIII ut habet Codex) cap. 2.

(21) Dist. XLV (et non XL) cap. 17.

(22) Cap. 13. (23) In textu: *in decretis* repetitur.

II.

TRACTATUS FR. ANDREAE RICHI

de Florentia O. F. M. contra Fraticellos.

In nomine Domini, Amen.

[f. 1r] Subiit animum meum in presenti quoddam in scriptis conficere invectiuum illosque *Fraticellos* indignanter invadere, qui *opinionis* fratris *M*[*ichaelis*] *de Cesena* dampnati heretici sunt protervissimi septatores. Stimulor autem plus solito ad hoc opus, quoniam ante oculos meos quosdam conspicio exsurgere *Fraticellos* michi nimium stomacosos, nouiterque dogmatizare, quos novi iam fore longo evo sepultos. Veteranus igitur miles veterana nunc bella resumo, et contra iam turpiter victos nouiter dimico, non dubitans iterum turpius deuincendos. Est michi alia causa, qua neccessitor amplius ad hoc Opus, scilicet mandatum domini mei reuerendissimi, domini *fratris Iacobi* (1), *dei gratia episcopi Narniensis* atque domini nostri pape *Urbani VI*[i] in provincia *Thuscie* et in nonnullis provinciis aliis generalis collectoris, et contra hereticos scismaticos, alias dampnatos in heresi commissarii specialis. Hic prefatus dominus contra *fraticellos* prefatos, quos *Florentie* repperit, zelo succensus fidei insurgens, statuit eos coram pluribus in sacra theologia magistris examinare absconsasque sub ypocrisi eorum detegere hereses, erroresque nudare ac per cunctas ecclesias ciuitatis etiam in sermone vulgari publice facere predicare, ut patescat cunctis eorum dogma infidum et peruersum. Placuit autem prefato domino meo, michi inter alios sacre theologie magistros etiam in speciali iniungere, ut aliqua interrogantia et examinantia colligerem collectaque offerrem, ut ex hiis a me aliisque oblatis eligeret, que ad hos confutandos errores decerneret potiora, indeque conflaret ventilabrum pervalidum ad prefatas hereses penitus exuflandas et ad inrefragabilem ipsorum duram pervicaciam acterendam. Sic igitur iussus aggredior que iniuncta. Experiarque senex exiguas senilesque virtutes, que licet non sint tanti, ut me arbitrer sufficere ad hoc opus, nullus tamen in hoc opere territat me euentus. Presto enim michi est auxiliator fortis dominus meus episcopus supradictus, a quo multo in studiorum (2) primordiis sum edoctus, et ad sacre theologie culmen, suo assistente suffragio, honorifice sum deductus.

Domino igitur meo tam celebri, tamque michi benefico hunc tractatunculum et meipsum eius humilem conditorem sue correctioni committo

(1) Cfr. de hoc fratre Iacobo ex illustri Senensi Tholomeorum familia *BF* VI n. 952 p. 393; 1168; p. 468; 1275, p. 510; 1497 p. 593; VII p. 3[3]. Wadd. ad a. 1364; *Suppl.* Melissani n° 1 et 6; ad a. 1372 n° 34 et 35. Eubel, *Hierarchia Catholica medii aevi*, I, Monasterii 1898, pp. 373, 203, 279; Terrinca, *Theatrum etrusco-minoriticum*, 93, 142-148; Papini, *L'Etruria Francescana*, 58.

(2) Textus lectio hic non est certa. Pro modo loquendi militari auctoris, (cfr. parum ante) potest etiam legi: *in stadiorum*... (Vide *facsimile*).

ut emendet, mutet, dampnet atque si placet, irritet et annullet. Quod si ipse tractatulus mereatur eius examinatione firmari, precor ut sua solida auctoritate publicet uel me publicare licentiet, vt qui sub meo priuato nomine pateretur in vulgo contempntum, suo firmato pondere et dignitate examine auctoritatis nanciscatur effectum. Amen.

Actum *Florentie per fratrem Andream Richi de Florentia* ordinis Minorum, inter sacros [*sic*] theologie magistros minimum numerandum, 1381 die 20 septembris et approbatus [*sic*] et licentia communita data ab eodem Domino episcopo supradicto.

Quoniam fundamentum totius controversie, que versa est inter fratrem *M*[*ichaelem*] *de Cesena* et sequaces eius ex una parte et dominum papam *Iohannem* 22^m^ et omnes sibi aderentes ex alia parte in hoc consistit, quod fr. *M*[*ichael*] et sequaces 4^or.^ decretales prefati pape *Io*[*hannis*] hereticas putauerunt et per consequens etiam ipsum conditorem earum et quemlibet aderentem. Harum decretalium prima incipit (1). *Ad conditorem canonum* (2) hanc dicunt hereticam, quia dogmatizat vsum rerum vsu consumptibilium non posse a iure et dominio separari (3). 2^a^ eius decretalis incipit *cum inter nonnullos* (4); hanc hereticam [f. 1 v.] dicunt ex hoc, quod determinat deinceps hereticum fore negare, quod Saluator noster non habuerit aliquid in proprio uel communi; 2° hec eadem decretalis hereticat negantem, quod Salvator noster in hiis que scriptura dicit ipsum habuisse, non habuerit ius vtendi, vendendi, alienandi et ex hiis alia faciendi, que scriptura dicit xpm et apostolos fecisse, uel innuit facere potuisse. 3^a^ decretalis incipit *quia quorundam mentes* (5); hanc putant hereticam quia dogmatizat xpm et *apostolos in hiis que scriptura* dicit eos *habuisse, non solum simplicem vsum facti, set etiam vtendi ius* et dominium habuisse. 4^a^ decretalis incipit *quia vir reprobus* (6); hanc dicunt hereticam, quia supradictas tres decretales pape *Io*[*hannis*] approbat, roborat et declarat. Probant autem *Micheliste* hos, quos dicunt errores in prefatis decretalibus assignatos, esse errores, quia dicunt, quod sunt contra quamdam decretalem pape *Nicolai 3^ii^*, que incipit *Exiit, qui seminat,* quam dicunt per multos sum[m]os pontifices approbatam, et in VI° decretalium sub rubrica *de verborum significatione* (7) insertam, et iterum in 7° a concilio generali Viennensi, que incipit *Exiui de paradiso* (8), in qua (9) ait sic papa sanctissimus Nicolaus: *Cum regula* (10) fratrum Minorum *expresse contineat, quod* « fratres nichil sibi approprient, nec locum, nec domum, nec aliquam rem », *sitque declaratum per predecessorem* nostrum *Gregorium 9^m^ et nonnullos alios* summos pontifices *hoc obseruari debere tam in speciali quam in communi, dicimus quod abdicatio proprietatis huiusmodi omnium rerum, tam in speciali quam in communi propter deum meritoria est et sancta, quam et xps, viam perfectionis ostendens, verbo docuit et exemplo firmauit, quam primi fundatores militantis ecclesie, prout ab ipso fonte auxerant* [sic], *in volentes perfecte viuere per doctrine et vite alueos deriuarunt.* Et post modicum: *Nam cum in rebus temporalibus sit considerare precipuum*

(1) Hic post verba introductoria incipit versio itala fragmentaria introductionis et primae conclusionis nostri tractatus, edita a Tocco, *StFr.* I, 496.
(2) *BF* V, 233. (3) Cfr. *BF* V, 237. (4) *BF* V, 256.
(5) *BF* V, 272. (6) *BF* V, 407. (7) Cap. 3 (V. 12).
(8) Cap. 1 (V. 11). (9) Scil. *Exiit BF* III, 404.
(10) Regula II, c. 6; *Opuscula S. Fr.*, Ad Cl. Aq. 1904, 68.

proprietatem, possessionem, vsum fructum, ius vtendi et simplicem facti vsum, et vltimo tamquam necessario egeat, licet primis carere possit vita mortalium, nulla prorsus potest esse perfectio *que a se vsum necessarie sustentationis excludat. Verum condecens fuit* huic *professioni, que sponte deuouit xpm pauperem in tanta paupertate sectari, omnium abdicare dominium et*iam *rerum sibi concessarum et necessario vsu, fore contenta,* que *in utendo prebet vtentibus nil iuris.*

Ex hiis in decretali pape *Nicholai* iam recitata, putant *Nicolaite* (1) posse conuincere papam Iohannem et prefatas 4^or suas decretales et successores in papatu et omnes adherentes hereticos. Contra quos non ad verba, quia quo ad vocem vniformiter accipiendo contradicunt, set ad intentionem vtentis et modum accipiendi proferentis eius uel alterius melius accipientis et intelligentis vel exponentis dico non contradicere, set concordare ad inuicem posse, et dictas 4^or decretales esse catholicas et fideles, quod ostendere intendo, dei mei adiutorio suffragante. Ad hoc autem faciendum 8to michi *Conclusiones* et totidem *Correlaria* sumo, que si valide probauero non dubium quod aperte *Michelistas* valde aberrasse monstrauero.

Prima Conclusio sit hec: Inter decretalem pape Nicolai, que incipit *Exiit* et 4^or decretales pape Io[hannis] supradicti, quarum prima incipit *Ad conditorem canonum,* 2^a *Cum inter nonnullos,* 3^a *Quia quorumdam mentes,* 4^a *Quia vir reprobus* potest in hiis, que sunt fidei, concordia reperiri.

Correlarium: Error fratris *Michaelis* et sequacium non est quia heretice senserunt [fol. 2r] de X^i paupertate et suorum (2) apostolorum; set quia decretales pape Io[hannis] non bene intellexerunt et ut hereticas vulgaverunt, que tamen decretales contradicentes hereticos iudicabant.

(1) Hoc vocabulum *Nicolaita,* cuius usus repetitur ab *Apoc.* II, 6 et 15, variis temporibus vario modo adhibitum est. Tempore Gregorii VII (1073-1085) *haeresis Nicolaitarum* significabat clerogamiam. Auctor noster applicat hoc nomen Michaelistis, qui defendebant (modo suo) decretalem « Exiit » *Nicolai* III, sicut aliquando vocat *Iohannistas* decretales Iohannis XXII tuentes. Longe alio modo Michaelistae vocantur *Nicolaitae* a Bernardo Guidonis O. P., qui ad a. 1329 scribit: « Quoniam autem tam praefatus Ludovicus Bavarus, quam aeterna miseria dignus praedictus Petrus de Corbario de *Secta Nicolaitarum,* quam Iohannes in *Apocalypsi* odibilem describit, adhuc in malitia perseverat et debacchatur in peius, et nondum venit finis malorum suorum, idcirco in praesenti, scilicet inchoante iam anno Dominicae Incarnationis MCCCXXIX distulimus scribere longiorem narrationis seriem suo post tempore scribendorum ». Ap. Muratori, *R. I. S.* III pars II p. 492. Saec. XVIII quidam Conventualis sub nomine Painacca (Benoffi ?) obiecit Flaminio Annibali a Latera, quod antiquos Coletanos vocasset « per nome d' infamia *Nicolaiti* », quod nomen tamen ap. Annibali non inveni. Cfr. *Confutazione della Risposta, che il P. Flaminio da Latera, sotto il finto nome di un suo Amico, presume di aver' avanzata all' Esame Critico dell' Avvocato Painacca, da questo stesso distesa, e dedicata agli uomini savi ed onesti della Repubblica Letteraria,* Venezia, 1779, p. 76. In hoc casu nomen *Nicolaitarum* repetitur a S. *Coleta* seu *Nicoleta,* a cuius reformatione saec. XV in Gallia repetuntur Fratres Minores *Coletani,* sive Observantes de Communitate. Quid Observantes saec. XV de S. Coleta et Fratribus Coletanis senserint v. ap. Glassberger, *Anal. Franc.,* II, 322, 548. Benignius initio saec. XVI iudicat Iohannes de Komorowo scribens *Memoriale Ord. Frat. Min.,* ap. *Mon. Pol. Hist.,* V, Leopoli 1888, p. 146: « Ab illo tempore cognomen *Colletanorum* acceperant sub ministris non reformatis se reformantes ex ea causa, quia quedam virgo, Colleta nomine, id est *Nicolaa* vel *Nicolaissa,* que multa loca reformavit in diversis provinciis Sancte Clare. Que virgo beata mortua est et sepulta in Gandavo, claret miraculis.... ».

(2) Deletum est *suorum.*

2ª Conclusio. Pertinaciter contradicens decretali Nicolai pape 3ⁱ, que incipit *Exiit,* in hiis que videntur repugnare decretalibus pape Iohannis, non est ex hoc hereticus iudicandus, licet aliis penis plectendus.

Correlarium. Licet dicta decretalis pape Nicolai non habeat ex materia uel ex forma, quod sit heretica, tamen papa quilibet successor posset per noue decretalis institutionem omnes illi decretali contradicentes hereticare.

3ª Conclusio. Contradicentes pertinaciter decretali pape Io[hannis] 22ⁱ que incipit: [*Cum*] *inter nonnullos,* hereticus aperte conuincitur, tam ex materia, quam ex forma.

Correlarium. Possibile videtur quod duo asserentes eamdem numero propositionem et equali pertinacia, unus conuincatur hereticus et alius confessor catholicus.

4ª Conclusio. Posito quod decretalis pape Nicolai et decretales pape Io[hannis] inuicem realiter contradicerent, ut *Micheliste* putant, decretales pape Io[hannis] sunt censende auctoritate validiores.

Correlarium. Si decretales pape Io[hannis] opponantur decretali pape Nicolai, vt existimant *Micheliste,* sequitur quod decretalis pape Nicolai sit irrita et nullata.

5ª Conclusio. Dato quod decretalis pape Nicolai, que incipit *Exiit,* sic sit censenda catholica, vt conuincat omnem sibi repugnantem hereticam, et sic papa Io[hannes], qui per multas decretales illi repugnauit, conuincatur hereticus, non tamen sequitur, quod dicte decretales eius sint heretice, uel tenentes eas uel defensantes ex hiis heretice conuincantur.

Correllarium. Si ponantur due decretales fieri a duobus sibi succedentibus sum[mi]s pontificibus, que ambe sint sibi inuicem repugnantes et quelibet hereticet contradicentem, et ambe equalis auctoritatis, puta ambe ab equali celebri concilio uel consilio, videndum quid agendum in tali casu alicui in hiis perplexo.

6ª Conclusio. In dubiis fidei ecclesie romane determinatio est omnibus preferenda, tenenda et observanda.

Correlarium. Meritis domini nostri Y^us Xpi donec finiatur seculum, fides beati Petri in ecclesia non deficiet.

7ª Conclusio. De facto clare probari potest dei ecclesiam, que nunc consistit in papa et *Urbano 6º* et sibi in hoc ritu viuendi, sacrificandi, credendi et deum colendi et precepta recipiendi cum adherentibus in fide, que in beato Petro fuit, veraciter nunc persistere et ante vsque adeo perstitisse.

Correlarium. Quam inconsulte *Micheliste* presumptuosi. se in hanc sententiam precitaverunt [sic] vt dixerint et dicant papam Io[hannem] successores et coherentes heretici [sic]; multa enim probanda essent, que probari vix possent, antequam dictam conclusionem inferre possent etiam si vera foret.

[fol. 2v] 8ª *Conclusio.* Examinande sunt alique propositiones, quas dicti *Micheliste* educunt de dictis pape Io[hannis], de decretalibus, quas propositiones dicunt fore hereticas.

Correlarium. Micheliste preter heresym contractam (1) ex pertinacia rebellionis ad decretales pape Io[hannis] de Xpi et apostolorum paupertate, in multas alias graves hereses et ecclesie sententias dampnabiliter incurrerunt.

Prima ergo conclusio probanda est hec: Inter decretalem etc. Ad declarandam autem hanc conclusionem 3ª faciam. Nam primo ostendam

(1) Codex *contratractam.*

vnde in aliquibus est orta discordia, 2° quomodo reducitur ad concordiam, 3° ostendam huius concordie clara testimonia.

Primo ergo dico, quod repugnantia potest primo oriri in hoc, quia papa *Nicolaus* 3us dicit in prefata sua decretali (1) *quod abdicatio* omnis *proprietatis propter deum, tam in* proprio *quam in commmuni, meritoria est et sancta, quam Xus viam perfectionis ostendens verbo docuit et exemplo firmavit,* intelligens per hoc declarare regulam fratrum Minorum, que in principio sic dicit (2): *Regula et vita fratrum minorum hec est scilicet domini nostri Yu xpi sanctum euangelium obseruare, viuendo in obedientia, sine proprio et in castitate.* Et exponunt plures summi pontifices, dicte regule declaratores, quod sine proprio intelligitur hoc: tam de proprio persone in speciali, quam communitatis, vt sibi tam in proprio quam in communi nichil habeant. Patet hoc in Clementinis (3) *Exiui de paradiso,* et in dicta decretali *exiit,* vbi dicitur: *quod abdicatio* omnis *proprietatis propter deum meritoria est et sancta, quam xps viam perfectionis ostendens verbo docuit et exemplo firmauit, quam primi fundatores militantis ecclesie per doctrinae et vite ipsorum alueos deriuarunt,* intelligens de obseruantia regule fratrum Minorum. Hinc oriuntur tres discordie apparentes contra decretales pape *Iohannis.*

Prima discordia oritur, quia papa *Nicolaus* dicit, quod fratres Minores ad exemplar et ut ymitatores xpi in rebus, quibus utuntur, non habent nisi nudum vsum et renuntiauerunt omni iuri, et *simplici vsu facti* sunt contenti. Set papa *Iohannes* in decretali *Ad conditorem canonum* (4) et in aliis preallegatis decretalibus dogmatizat, quod *vsus* non potest a *iure et dominio* et potestate *vtendi separari in rebus* dumtaxat, *que usu consumuntur.*

2a discordia videtur oriri, quia in decretali pape *Nicolai* dicitur, *quod* abrenuntiatio omnis *proprietatis rerum* temporalium *propter deum meritoria est et sancta, quam xps et verbo docuit et exemplo firmauit* et in primos sancte *ecclessie fundatores* transfudit et in fratres Minores deriuauit. Set papa *Iohannes* in decretali *Cum inter nonnullos* (5) hereticat omnes pertinaciter asserentes *xpm et eius apostolos non habuisse aliquid* temporale *in proprio et communi.*

3a differentia videtur oriri, quoniam *Nicolaus* papa in dicta sua decretali allegata dicit, quod fratres Minores in rebus temporalibus non habent *nisi simplicem vsum facti* ab omni iure nudatum. Set papa *Iohannes* dicit (6), quod nec fratres Minores nec Xus nec apostoli fuerunt simplices vsuarii, set habuerunt ius et dominium [f. 3r] ad posse alienare, vendere, donare, et ex hiis emere res, quas scriptura dicit ipsos habuisse. Hoc enim, dicit papa Iohannes, repugnat simplici vsuario.

Ex predictis autem 3bus differentiis multe alie oriuntur, de quibus alias dici poterit; visis tamen concordantiis dictarum faciliter cetere ad intellectum concordie reducentur.

Secundo principaliter erat videre quomodo hee differentie uel repugnantie ad concordiam reducuntur, vbi aduertendum quod aliqui concordant has decretales per variam acceptionem et expositionem terminorum. Alii per variam exibitionem exemplorum. Alii per assignationem variam temporum diuersorum.

(1) Cap. 3 *Exiit* (V. 12) in VI. (2) Cap. I. (3) Cap. 1 *Exivi* (V. 11).
(4) *BF* V, 233. (5) *BF* V, 256.
(6) *Ad conditorem canonum* et *Cum inter nonnullos;* ll. citt.

Dico primo quod aliqui (1) concordant has decretales per variam etc. ubi aduertendum quod papa *Nicolaus* prefatus utitur istis terminis: *habere dominium, habere potestatem, habere ius vtendi, habere simplicem facti vsum, uel nudum facti vsum,* stricte, prout includit ius proprietarium et ciuile, pro quo conuenit actio in iudicio ciuili, et sic accipiendo, illud dicitur haberi quod ciuiliter possidetur, et proprio nomine habet actionem in particulari uel in communi. Set papa *Iohannes,* quia fuit Legista (2) et non theologus vtitur terminis magis materialiter et large. Nam extendit hoc vocabulum *habere,* vt dicatur haberi etiam illud, quod quis habet ex commissione ad dispensandum, cuius tamen dominium sit alienum. Quia enim seruo commictitur ad dispensandum a domino bladum uel vinum, dicitur seruus habere dominium dispensandi et sic verificatur habere dominium ad actum uel vsum, eo quod dominus sibi dedit talem potestatem, et ius ad talem vsum et dominium, vt possit sic facere, alias non haberet posse iuste sic facere. Fecit enim dominus servum suum dominum, vt iuste posset sic facere de re commissa, sicut dominus sibi mandauit uel commisit; et sic videtis quod multum materialiter sumit *habere dominium, potestatem, ius* et *proprium,* quia accipit prout extenditur pro dominio serui, cum habet iustam potestatem et dominium posse exequi mandatum uel officium sibi commissum, licet non habeat dominium rei, quia dominus reseruat sibi proprietarium dominium rei, et commictit alteri dominium, vt licite possit dare, uendere, emere. Et isto modo dicit papa *Iohannes,* quod xps et apostoli et fratres Minores habuerunt *dominium, potestatem, ius ad posse emere, donare* et cetera, quia ex commissione ad vsum solum, uel etiam sine commissione, puta quia in rebus, quibus vtebantur, nolebant habere dominium set solum vsum, et res quantum ad dominium proprietarium et ciuile sit cuiuscunque alterius, uel etiam si nullius sit, vt fuerunt pisces capti ab apostolis, in quibus apostoli vsum solum acceptauerunt, dominio renuntiauerunt, quia nil in hoc mundo proprium ciuile possederunt; et sic fratres Minores habent loca, ecclesias, libros, que omnia sunt ecclesie; vsus tamen et dispositio commictitur a papa eis, et sic habent dominium destruendi, edificandi et commutandi libros, et consumendi vtensilia, cum tamen nec in proprio nec in communi aliquid possidere debeant, iuxta regulam quam vouerunt. Sic ergo vario modo accipiendo terminos, *habere dominium, potestatem, proprietatem* et *ius,* possunt concordare predicte [f. 3 v] decretales, que vocaliter contradicunt, licet ad intellectum loquentium possint concordare. Quod autem papa *Iohannes* in prefatis decretalibus accipiat sic materialiter et large terminos, patet. Nam in decretali preallegata [*Quia*] *Vir reprobus* dicit: et loquor *de iure vtendi, quod est aliud a iure agendi* (3). Non enim lo-

(1) Cfr. Alv. Pelag., *De Planctu Eccl.* II, 59: ed. Lugd. 1517 f. 197 v. b., ed. Ven. 1560 f. 143 v. a.

(2) Ap. Tocco l. c. p. 498: *Ma il papa Giovanni, perchè fu legista, usa questi termini più largamente:* Notandum etiam, quod scribit Iohannes ab Orta in Vita S. Ludovici Tolosani, qui *ad suum consortium viros industrios, vita probatos et doctrina peritos adscire solitus erat.... sicut patet de Domino Iacobo de Osa, civilis iuris professore sollemni qui.... nunc divina providentia in cathedra Petri residet, scil. sanctissimus Pater Iohannes papa vicesimus secundus. Anal. Boll.* IX, (1900), 294-295. Eloquia Occami hac de re vide ap. Carl Müller, *Der Kampf Ludwigs des Baiern,* I, 24[5].

(3) *BF* V, 432; quae sequuntur verba *Non enim* etc. non inveniuntur in Bulla *Quia vir reprobus.*

quutus sum de iure agendi in precedentibus decretalibus, vt iste hereticus michi imponit. Patet ergo concordia per varias acceptiones terminorum.

2ª discordia reducitur ad concordiam per hoc, quod in decretali *Exiit* declarando regulam fratrum Minorum papa *Nicolaus* dicit xpm et apostolos et fratres Minores abrenuntiasse omnibus rebus temporalibus et nichil penitus habuisse uel in proprio uel in communi. Intelligit ciuiliter et proprio nomine et actione, non autem negat, quin habuerunt ex commissione uel ex concessione uel ad vsum, quia hoc esset negare euangelium, quod dicit xpm uel apostolos habuisse tunicas et multa alia. Et in hoc se fundat decretalis pape *Iohannis*, que incipit *Cum inter nonnullos*, vbi hereticat, qui negat xpm *redemptorem* (1) *nostrum et apostolos habuisse ea, que euangelium dicit ipsos habuisse in proprio uel communi*, nec hic determinat se ad aliquem modum habendi, puta ciuiliter uel solum ad vsum, set solum vult, quod non negetur habere, cum euangelium dicat ipsos habuisse; et sic patet, quod propter varium modum accipiendi terminos non repugnant decretales. 2º hec decretalis hereticat *pertinaciter* (2) *asserentes quod xps et apostoli in hiis que scriptura testatur ipsos habuisse, nequaquam ius habuisse vendendi* etc., *que tamen ipsos de premissis fecisse scriptura sacra testatur*; et sic hec constitutio non potest pati calumpniam.

[*Hic habetur spatium vacuum in codice circa 4 linearum*].

3ª discordia reducitur ad concordiam per hoc. Nam cum papa *Nicolaus* dicit, quod xps et apostoli et fratres Minores sunt contenti habere in rebus *simplicem vsum facti* sine ullo iure, intelligit negare ius solum ciuile, non ius concessum ad vsum, et vocat talem vsum *nudum vsum facti*, expoliatum omni iure, supple proprietario et ciuili. Set papa *Iohannes*, qui dicit, quod *ius non potest in rebus vsu consumptibilibus a dominio* et a iure *separari*, et ideo negat, quod fratres Minores habeant simplicem vsum rei ab omni iure separatum, intelligit de vtentibus rebus iuste, sicut supponitur xpm et apostolos et fratres Minores posse vti concessis: quia enim iuste vtuntur rebus concessis, ideo ius habent et dominium iustum et potestatem sic vtendi, alias iniuste vterentur re aliena. Ipsa enim concessio est ius ad vsum dare et dominium ac potestatem posse licite vti; alias inlicite vterentur, si a domino non concederetur talis potestas ius et dominium (3). Sic ergo accipiendo fratres, [f. 4 r] nec xps, nec apostoli habuerunt simplicem facti vsum, qui esset nudus et expoliatus omni iure concesso, alias iniuste uel non iuste vterentur uel vsi fuissent rebus, quibus vsi fuerunt, quod non est sentiendum. Et sub isto intellectu potest decretalis pape *Nicolai* cum decretalibus pape *Iohannis* conuenire et iste est primus modus conuenientie (4).

Alii concordant has decretales per *variam exibitionem exemplorum, que xps voluit exemplare*. Dicunt (5) enim, quod xps aliquando voluit exemplare in se statum perfectionis, aliquando statum imperfectorum. Quando exemplabat statum perfectorum, tunc nichil possidebat, *nec au-*

---

(1) *BF* V, 256. (2) *BF* V, 257.

(3) Cf. Alv. Pel. II, 55 ed. Lugd. f. 179 r b, ed. Ven. f. 121 v b., et II, 56 ed. Lugd. f. 188 r a, ed. Ven. f. 132 r a.

(4) Cfr. ib. II, 60 Lugd. f. 199 r b, Ven. f. 145 v. a.

(5) S. Bonav., *Op.* VIII, 236-244, 414; Alv. Pel. II 60, Lugd. f. 200 r b; Ven. f. 146 v a.

rum, nec argentum, nec in zonis es, (1) nec loculos habebant. [sic!] Set cum voluit exemplare opus imperfectorum, *loculos habebat* (2) et alia que in euangelio inueniuntur [sic] habuisse. Secundum autem primum modum loquitur papa *Nicolaus* in sua decretali in prima parte, et ideo negat habuisse proprium, nec in communi dicit aliquid habuisse, set nudo vsu, expoliato omni iure, fuisse contentum. Vnde subdit, quod *abdicatio omnis proprietatis, tam in proprio quam in communi, meritoria est et sancta, quam xps viam perfectionis ostendens et verbo docuit et exemplo firmavit* etc. Et sic non negat pro aliquo tempore xpm et apostolos habuisse aliquid in proprio uel communi, set solum pro quo voluit perfectionis exempla mo[n]strare. Set cum voluit inperfectionis exempla dare, loculos habuit. Vnde subdit ibidem papa *Nicolaus* ad istum intellectum: *X^us cuius perfecta sunt opera sic in suis actibus viam perfectionis exercuit, vt interdum infirmorum inperfectionibus condesçendens viam perfectionis extolleret et infirmorum infirmas semitas non dampnaret;* et subdit; *Egit xps et docuit perfectorum opera, egit etiam et infirma, sicut in fuga patet et loculis, set utrumque perfecte perfectus existens, ut perfectis et inperfectis viam salutis ostenderet, qui vtrosque saluare venerat, et tandem mori voluit pro vtrisque.* Ad hoc etiam dicit Hugo (3) super verbo: *Habebat loculos* dominus, *et ea que mictebantur,* seruabat distribuenda sibi et aliis indigentibus, prout opus erat. *Paulus tamen noluit victum sumere de euangelio, set gratis factus est minister verbi* (4) *et invenitur Paulus aliquid magis egisse quam xps; xps namque in numero inveniri voluit inperfectorum ne presumerent non accipientes confundere accipientes, vel extimaretur non esse x'anus faciens, quod noluit facere xps.* Stat ergo concordia decretalium pape *Nicolai* et pape *Iohannis* in hoc, quod xps secundum quod voluit varia dare exempla, varios modos habendi se ad res temporales ostendit habere, in perfectione tamen idem semper existens. Nec aliqua decretalis negat uel asserit pro omni tempore, set pro tempore quo xps voluit exempla ostendere diuersis statibus.

Alii concordant dictas decretales per *variam dispensationem officiorum,* sicut concordauit eas frater *Vbertinus de Casali,* frater minor, vir acutissimi (5) spiritus, et excellentissime speculationis. Hic, dato sibi iuramento (6) a papa Iohanne 22° de ueritate dicenda, quid de xpi paupertate et apostolorum et quid dogmatizasset in concistorio publico coram cardinalibus et aliis [f. 4 v.] prelatis anno D. 1322 (7) die veneris (8) ante dominicam de passione, dato sibi precepto, de respon-

---

(1) Matth. X, 9; Marc. VI, 8. (2) Cfr. Ioh. XII 6; XIII 29.

(3) Hugo a S. Victore, *Miscellanea,* II, 64, Migne, P. L. 177, 626. (Ioan. 12, 6). Hunc textum citat etiam S. Bonav., *Op. Omn.,* VIII, 237; 414-15.

(4) Cfr. Act. XX, 34; Thes. II, 9; 1 Cor. IX, 14-15.

(5) Codex add. *ingenii,* sed minio deletum est.

(6) Idem Cod., Magliabech. XXXI, 65 apud Tocco, *StFr* I, 499: ...... *Sichome lachorda frate Ubertino de Casali huomo d'elevatissimo spirito. Costui fu fatto giurare da papa Benedetto...* [lege: Iohanne XXII]. Alii textus loquuntur tantum de *mandato* papae.

(7) In Codice scriptum erat *1327,* sed scriba bene correxit: 1322.

(8) Omnes alii textus habent: *in dominica Passionis.* Explicatio Ubertini, quae sequitur, habetur ap. *Anal. Franc.* II, 149-151, ubi ponitur anno *1330;* Bal.-Mansi, *Miscel.* II, 279-80; Wadd. ad. a. 1321 n. 19 (VI², 262); Du Plessis d'Argentré, *Collectio iudiciorum,* I, 298-299; *BF* V, 233⁵. Iuxta notam, sequentem dictae sententiae textum ap. Bal. Mansi, Ubertinus a. 1322 et 1330 citatus fuisset in eadem quaestione, quod explicaret, cur aliqui scriptores, uti Glassberger, totam responsionem Ubertini ad. a. 1330 posue-

dendo affirmatiue uel negatiue, respondit 2cm premictendo distinctionem. Prima distinctio est: quod xps et apostoli considerantur sub 2ci statu (1). Nam considerantur primo vt vniuersales prelati ecclesie noui testamenti, et hoc modo habuerunt distributionis et dispensationis auctoritatem pro dando pauperibus et ministris ecclesie, patet *Actuum* 4º (2). Et secundum istum sensum xps dicitur habuisse loculos et esset hereticum hoc negare vt dicit et ad istum sensum trahit decretalis pape *Iohannis.* 2º modo Xus et discipuli eius considerantur vt simplices persone et singulares homines et fundamenta perfecte religionis et vt exempla preclara calcantia gloriam mundi. Et si queratur, si isto modo habuerunt in proprio uel communi, distinguendum est de 2ci modo habendi, quorum primus est ciuilis et mundanus, quem leges sic diffiniunt: Ea in bonis nostris esse dicuntur, quibus habitis, exceptionem et defensionem, et non habitis, repetitionem et exactionem habemus, et isto modo dicere quod xps (et apostoli) aliquid habuerunt est hereticum, quia contradicit euangelio, vt dicit. Nam Luc. 6º (3) dicitur: *Ab eo qui aufert tibi vestimentum et tunicam noli prohibere, et qui auffert que tua sunt, ne repetas.* Et Mt. 5º (4): *qui vult tecum in iudicio contendere et tunicam tuam tollere, prebe ei et pallium,* et ad istum intellectum loquitur papa *Nicolaus* in preallegata sua decretali, dicens quod Xus nichil habuit in proprio uel communi, et dicere contrarium dicit esse hereticum, et blasfemum. Alio modo possunt haberi res temporales, quantum ad ius nature et communes vsus caritatis fraterne, et isto modo xps et apostoli habuerunt bona temporalia iure naturali, quod ab aliquibus dicitur ius poli, ad sustentationem nature, repellentes omnia, que diuitias saperent uel delitias redolerent, uel mundi pompam nutrirent, et isto modo habuerunt xps et apostoli vestes, panes et pisces, et que manibus lucrabantur, et negare quod isto modo xps et apostoli nichil habuerunt, hereticum est, vt dicit et isto modo loquitur papa *Iohannes;* et sic patet concordia decretalium, et videtur tangere duas vias concordie, prima propter diuersos status, puta prelationis et priuate persone, 2a in diuersis modis habendi, puta iure proprietario et ciuili, uel modo iuris naturalis et poli et fraterne caritatis exigentie, et istos modos habendi acceptavit papa *Iohannes* et cardinales tanquam conformes dictis eorum.

Alii nituntur prefatas decretales concordare per variam dispositionem temporum. Nam quando xps misit apostolos per mundum predicare, prohibiti sunt aliquid possidere *nec aurum, nec argentum, non es,* uel *duas tunicas, neque calciamenta,* patet Luc. 9º (5) Mt. Xº (6)

---

rint, confundentes duos actus in unum. Editores *Analect. Franc.*, II, 151[17] observant non esse impossibile, quod Fr. Ubertinus a. 1330 illud responsum coram papa *repetierit*, non tamen esse verisimile. Vis huius observationis crescit, cum prae oculis habetur Iohannis XXII mandatum (16 sept. 1325) capiendi Ubertinum olim de ordine Fratrum Minorum nunc vagabundum per mundum (*BF* V, 292) et cum Ubertinus partem sumpserit in schismate Ludov. Bavari 1328, ut testatur Albertinus Mussatus apud Muratori, *R. I. S.* X (Mediolani 1727) 773. Sed qui ingenium versatile Ubertini cognoverit, non miretur eum etiam hac occasione potuisse se liberare. De hac sententia Fr. Ubertini in quaestione paupertatis cfr. etiam Ioh. Chr. Huck, *Ubertin von Casale und dessen Ideenkreis. Ein Beitrag zum Zeitalter Dantes,* Freiburg im B., 1903, p. 34, 49; Ernst Knoth, *Ubertino von Casale. Ein Beitrag zur Geschichte der Franziskaner an der Wende des 13. und 14. Jahrhunderts,* Marburg, 1903, p. 141. Fr. Glaser, *Die franziskanische Bewegung,* Stuttgart und Berlin, 1903, 152 sqq.

(1) Vestigia huius distinctionis iam sunt ap. S. Bonav., *Op. Omn.*, VIII, 284, 414.
(2) V. 35. (3) V. 29-30. (4) V. 40. (5) V. 3. (6) V. 9-10.

Marc. 6° (1) precepit eis ne *quid tollerent in via* pro tunc, set post hoc transactum tempus, cum scilicet a predicatione sunt reuersi, relaxatum est preceptum et leguntur habuisse loculos, patet Io. 4° (2) in euangelio Samaritane et iuxta passionem Luc. 22° (3) cum dicit: *quando misi vos per mundum sine sacculo et pera et calciamentis nunquid aliquid defuit vobis?* et subdit: *nunc, qui habet sacculum,* [f. 5 r] vendat *similiter et peram et qui non habet, vendat tunicam* etc. Et hec est distinctio temporum gloriosi Bede (4) super verbo: loculos habebat dominus, *in hoc dans nobis exemplum, vt ex iusta nonunquam causa quedam de nostri vigore propositi posse sine culpa remicti;* et subdit *non omnino eadem regula viuendi persequutionis et pacis tempore fuit. Ecce xps discipulos informat missos ad predicandum, ne quid tollerent in via, stante vero mortis articulo, et tota illa gente pastorem, patrem persequente, congruam temporis dictauit regulam permictentem vt tollerent necessaria victui, donec sopita persequutorum insania euadendi tempus redeat.* Crisostomus (5) dicit quod fuit preceptum, non solum dispensatio uel indultum; vnde ait *quilibet sacculum tollat et peram,* idest mando loculos vos habere et peram quia sic expedit. Augustinus etiam in libro *de concordia euangeliorum* (6) dicit, quod illud Mt. 10 (7); *Nolite possidere aurum* etc. dicit, quod non fuit preceptum, set potestas data recipiendi necessaria ab hiis quibus euangelium predicabant, quod seruare apostolis libuit, et non seruare. Hii omnes doctores conueniunt in hoc, quod licitum fuit apostolis postquam redierunt a predicatione habere loculos, quibus tamen in predicatione missis, fuit inhibitum et secundum huiusmodi varia tempora possunt concordare decretales. Ista concordia non est bene valida secundum mentem Basilii, quamuis sit secundum mentem Bede et Crisostomi et sentientium loculos habuisse apostolos preter reuersionem a predicatione.

Alii concordant has decretales dicendo quod xps et apostoli omnibus abrenuntiauerunt in proprio et communi, cum iudicauerunt sic esse agendum, et habuerunt in proprio et communi, cum iudicauerunt fore vtile ex caritate fraterna. Regebantur enim caritate plusquam paupertate, et ideo cum pro tempore et loco et negotio dictabat caritas et communis vtilitas, habuerunt loculos et alia vtilia, et secundum hanc distinctionem concordant decretales prefatas et secundum hanc intelligentiam caritas interpretatur: quid pro tempore et casibus sit agendum.

3° loco in hac prima conclusione erat ostendere huius conuenientie et concordantie clara testimonia. Et primo adduco papam *Iohannem* prefatum, qui concordiam harum prefatarum sentit, et decretalem pape *Nicolai* commendat; patet in decretali, que incipit: [Quia] *Quorumdam exigit* (8), vbi dicit prefatam decretalem *multa maturitate* factam et addit, quod loquitur de iure et dominio pro quo datur actio, quod est ius proprietarium, et non de dominio vsus iuris vtendi. Non enim credibile est, quod

(1) V. 8. (2) V. 8. (3) V. 35-36.

(4) In Lucam, ap. Migne, P. L. 92, 601; cf. Luc. 13, 29.

(5) Ubi praecise S. Chrysostomus dixerit, non inveni; cfr. tamen *Hom. XXXII al. XXXIII in Matth.*, Migne, P. Gr. 57, 382.

(6) Lib. II, c. 30, Migne, P. L. 34, 1113-1114. Auctor noster quoad sensum tantum adducit verba Augustini. S. Augustinus similia repetit *De mendacio*, cap. 15, Migne, P. L. 40, 508; *Contra Adimantum*, cap. 20, Migne, P. L. 42, 165; *De opere Monachorum* cap. 6, Migne, P. L. 40, 553, et passim. (7) V. 9.

(8) *BF* V, 128. Scriba male addit in margine *quia*, quod non habetur in originali textu, ideo uncis inclusimus.

si percepisset discordare suis decretalibus, commendasset eam, quin ymo dampnasset eam. quia si stat, arguit suas falsas et robore vacuatas. In aliis autem decretalibus nititur concordare cum suis et in nulla dampnat ipsam simpliciter, set allegat ipsam vt sanctam.

Secundum testimonium est successorum Iohannis *vsque ad presentem papam Vrbanum VIm* (1); omnes enim isti non putauerunt has prefatas decretales discordare in hiis que fidei sunt, non enim sustinerent eas, set corrigerent, suspenderent uel dampnarent sicut [f. 5 v.] fecit papa *Benedictus* successor pape *Iohannis* immediatus, qui dampnauit opinionem de visione animarum purgatarum, (2), que dicebat quod deum nude uel beatifice non videbant, nec vsque ad diem iudicii erant visure, quam opinionem fouebat papa Iohannes prefatus (3); licet papa Iohannes correptioni ecclesie se submiserit et sua scripta et dicta (4). Sicut ergo predictus correpsit vnam, quia discordare ab aliis sibi videbatur, sic etiam correxisset istas uel dampnasset, si discordare percepisset, et maxime quia altercatio non minor erat de ea quam non correxit, quam de ea, quam dampnauit. Valentiores etiam erant doctores in omni facultate, qui tenebant discordiam decretalium supradictarum quam alterius opinionis; cum ergo decretales prefatas in suo robore dimiserit, sentiendum est, quod discordiam non percepit set concordiam inuenerit.

3m testimonium est omnium magistrorum in theologia et utriusque iuris, preter illos paucos, qui fuerunt cum *Michaele* prefato in causa, et duci *Bavarie* adheserunt, quorum nullus hodie est superstes. Omnes ergo doctores qui, exceptis prefatis, fuerunt et sunt et opinantur prefatas decretales posse convenire. In singulari adduco venerabilem magistrum meum *Magistrum Ludovicum* (5) *de Castilione aretino,* qui regens *Oxonie,* ibidem hanc quaestionem determinavit concordiam astruens cum magna laude et totius universitatis illius complacentia, quam determinationem de propria manu illius scriptam habeo. In qua determinatione testatur se audisse viua voce a *magi-*

(1) Pontifex 1378-1389.

(2) Raynaldus, *Ann. eccl.*, ad an. 1336 n. 1; cf. Denifle-Chatelein, *Chartularium Universitatis Parisiensis,* II, Parisiis 1891, p. 453 sq. — *(ChUP).*

(3) *ChUP* II, 414 sqq. 425 sqq.

(4) *ChUP* II, 440; Raynaldus, an. 1334 n. 37.

(5) De eo cfr. Wadd. ad a. 1316 nº 8, ubi falso vocatur *Philippus,* quod nomen Little, *The Grey Friars in Oxford,* Oxford 1892, p. 224 transscripsit, dum ipse Waddingus, *Scriptores,* ed. Nardecchia, Romae 1906, p. 164 et Sbaralea, *Suppl. ad Script.*, I, ib. 1908, p. 496 recte eum vocant *Ludovicum,* sicut etiam Sigismondo da Venezia, *Biografia Serafica,* Venezia 1846, p. 123. Iacobus de Marchia, Bal.-Mansi, *Misc.*, II, 598a, qui certe nostrum tractatum prae oculis habet, videtur vocare hunc Ludovicum *Magistrum Faustum*. Cum quadam enim confusione scribit l. c. *Sed postea ut dicit magister Bonaventura frater ordinis, et rector studii Parisini, quod magister Rubeus de Marchia solemnissimus in omni facultate publice coram Papa et in concistorio publico rogavit suam culpam, et confessus est suum errorem, et condemnavit praedictum generalem Haereticum. Sic ipsemet magister frater Rubeus testatur in suo tractatu, quem ipse post receptionem ad gratiam ecclesiae confecit, et quod dictum capitulum non habuit intelligentiam de vocabulo habendi, et non habendi civiliter, ut supradictum est; et ipse magister Bonaventura dicit, quod ipse habet unam scripturam revocatoriam de manu magistri Fausti, et recitat in suo tractatu, quem fecit contra praedictos Michaelistas, quod Magister Ubertinus solemnissimus frater minor interrogatus a Papa Ioanne, et a cuncto concistorio per sancta Dei evangelia quid sentiret de dicta quaestione paupertatis Christi, et ipse publice asseruit praedictum Papam Ioannem sane, et catholice diffiniisse.*

stro Francisco Rubeo de Marchia (1) quondam in errore dicti *Michaelis* consentiente et favente; set post reuerso ad fidem in *Auinione*, coram papa [Clemente VI] (2) in concistorio publico recognoscente suam culpam, confessus est errorem, fassus est inter decretales in sensibus concordiam, licet in verbis videatur repugnantia, et sic inter eas non nisi vocalem differentiam reperiri. Hoc etiam testatur ipse magister *Franciscus* in tractatu, quem post receptionem ad gratiam ecclesie confecit, in quo solam vocalem differentiam asserit, non realem. Item ad hoc accedit confessio *fratris Ubertini* (3) acceptata a toto concistorio nec in aliquo correpta et multum facit ad concordiam predictarum decretalium.

4[m] testimonium est *Michaelistarum*, plus omnibus confusiuum. Nam *fr. Petrus de Corbaria* reputatus ab ipsis frater magne perfectionis et sanctitatis, quem ex hoc elegerunt in papam et se aliquo tempore pro papa inter eos publice gessit. Set post, obseruato tempore sibi apto, ad verum papam [ivit] *Auinione*, et ibi culpam recognovit, errorem fassus est, ad gratiam est receptus. In palatio tamen domini pape relegatus et honorifice pertractatus, qui obiit, me existente in *Monte Pesulano*. Proposuit autem in concistorio, cum culpam recognovit: *Pater* (4) *peccavi in celum et coram te, et iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut unum ex mercenariis tuis*. Nec hoc in morte correxit, quod in concistorio revocauerat, set magis quod in concistorio reuocauerat, noviter asseruit, et in hac assertione obiuit (5).

[f. 6r] Quamplurimi etiam de hiis, qui cum *Michaele* in principio in hoc errore fuerunt, conversi sunt et errasse se recognoverunt, et sic pauci cum *Michaele* perstiterunt et hodie decesserunt omnes (6). Superveniunt autem aliqui inscii et apostate a suo ordine, apostasiam sub palio paupertatis colorantes, quorum nescio que fiducia nisi obstinata protervia; hii, ceteris concordiam inter prefatas decretales cantantibus, discordiam

(1) Formula abiurationis habetur ap. Wadd. ad an. 1344 n° 7; cfr. etiam Baluzius-Mansi, *Misc.*, II, 281-284; Eubel, *BF* VI, p. 150[1]; Sbaralea, *Suppl. ad Script.*, I, ed. Romae 1908, p. 257, ubi errores Waddingi quoad hunc Magistrum Franciscum carpuntur. (2) In codice habetur spatium vacuum. (3) Cf. supra.

(4) Luc. XV, 18-19. Formula abiurationis Nicolai V antipapae habetur ap. Muratori, *R. I. S.* III, pars II, 494-497; Eubel, *BF* V, p. 472-3.

(5) Haec de Nicolao V antipapa fere ad verbum repetuntur a S. Iacobo de Marchia l. c. p. 598 b concludens: *et dicit praedictus Magister Bonaventura, quod ipse tunc stabat in Monte Pesulano.*

(6) S. Iacobus l. c. p. 610 a :.... *et omnes mortui sunt in tempore, in quo vivebat magister Bonaventura, Ordinis Divi Francisci, ut ipse testatur, et sic non remansit aliquis Frater de Ordine S. Francisci; nisi postea supervenerunt aliqui apostatae se Episcopos et Sacerdotes dicentes se fuisse et a diabolo consecratos esse.* Cfr. ib. p. 596 b. Hic aperte ab Andrea Richi coaevo negatur poenitentia finalis Michaelis a Cesena. Est igitur testimonium summi momenti ad diiudicandam sic dictam Retractationem fr. Michaelis scil. *Expositionem in Ps. L (Miserere)*, ap. Muratori *R. I. S.* III, pars II, p. 513-527. Poenitentiam finalem Michaelis a Caesena et authenticitatem huius documenti iam negaverunt Preger, *Der kirchenpolitische Kampf*, l. c. p. 34-36, et Carl Müller, *Der Kampf Ludwigs des Baiern*, I, 370-72, suffulti testimonio nostri auctoris a Dialogo Iacobi de Marchia hausto, nuper vero cum magno apparatu scientifico Armando Carlini, *Della Ritrattazione di Fra Michele di Cesena e del falso* ' Miserere *edito sotto il suo nome nella* « Raccolta Muratoriana », Città di Castello 1908, (ap. *Archivio Muratoriano*, vol. I, fasc. 5, pp. 233-274); cfr. eiusdem auctoris: *Di alcuni Manoscritti Malatestiani attribuiti a Fra Michele da Cesena*, Cesena 1907, vide AFH II, 657-660.

predicant, ut discordie amatores convincantur ab omnibus, et a cunctis ut filii discordie evitentur, quos totus mundus sapientium non concordat. — Et sic prima conclusio patet.

Correlarium huius prime conclusionis est hoc: Error fratris *Michaelis* et sequacium non est, quia heretice de xpi et apostolorum senserint paupertate, set quia pertinaciter contradixerunt decretalibus pape *Iohannis*, que heresim inferebant in pertinaciter contradicentem. Hoc correlarium patet per conclusionem primam, que dicit quod inter decretalem, quam tenent *Micheliste*, et decretales quas tenent *Iohaniste* est concordia. Et ideo, si altera apud eos est fidelis, et alia secum concordat, erunt ambe fideles. Non ergo est, quia male de Xi et apostolorum senserint paupertate. 2° patet idem, quia ostensum est supra: discordia solum fuit propter variam acceptionem terminorum, ergo non realis discordia. 3° probatur, quia ex proteruia in heresim sint prolapsi, eo quod non aquieuerint decretalibus pape *Iohannis*, que hereticabant contradicentes, set contradixerunt et hereticas putauerunt: et sic patet correlarium, quia in heresim incurrerunt.

Romae, *e Collegio S. Antonii.*

(Continuabitur). P. LIVARIUS OLIGER, O. F. M.

STATUTA PROVINCIAE SAXONIAE

condita Brandenburgi an. 1467, immutata Luneburgi an. 1494.

(E Codice Amstelodamensi, sign. I E 29).

(Finis) (1).

[III]. — *De obseruantia paupertatis. tertium ca[lum].*

1. Ordinatur quod regule fratris Nicolai de Ausimo facte Auctoritate apostolica et per sanctum patrem bernhardinum approbate (2) in singulis conuentibus habeantur et interdum fratribus pro conscientiarum tranquillitate intelligibiliter legantur.

2. Item Gwardiani quo ad laboratores quanto minus poterant (*sic*) se interponant, Sed dicant amicis suis spiritualibus eorum necessitates et tunc si contingat per amicos spirituales aliquos laboratores ad conuentos (*sic*) nostros transmitti et petierint expensas, cum hylaritate et humilitate eis ministrent. Item omnes et singuli fratres quando mutantur antequam exeant et deportent res suas de conuentu debent eas gwardiano uel in eius absentia aly presidenti demonstrare et presidentes quibus ostense fuerint teneantur eas intueri, et de libris et de alys rebus eis concessis, conuentui ad quem pertinent inuentuarium dare, et relinquere que gardiani ab eis debent postulare.

3. Item seruetur statutum domini benedicti pape (3) et ordinis (*a*) de inventarys per gardianum in sua nouitate fiendis et annis singulis renouandis, vt libri melius custodiantur; et infra primum mensem (*b*) postquam gwardianus intrauerit conuentum, debet ipsum inuentarium legere in liberaria coram sacerdotibus conuentus ad minus. Similiter omnes gwardiani infra mensem sequentem post octauam petri et pauli fatiant; quod si dimiserint, comedant panem et aquam in loco suo in mensa, in vna tota [48a] refectione. Et liberarius hoc eis insinuare debet infra octauam eiusdem festi; alias seruet similem penitentiam. Et libri etiam fratribus sine cedula recognitionis non concedantur, multo

(*a*) Verba *et ordinis* bis erant descripta.

(*b*) Post *primum mensem* nonnulla verba, dimidiam lineam implentia, pingui minio fuerunt deleta.

(1) Cf. AFH III, 98-114.

(2) Hae regulae exstant in codice nostro fol. 113a-114b. Vide AFH I, 113 sub 13.

(3) Vide Constitutiones Benedicti XII (Caturcenses), an. 1336-1337, § *De libris*, in *Chron. hist. leg.* I, 58; ed. Eubel, *Bullar. Franc.*, VI, 33. Item Statuta Barchinonensia, Cap. III, ed. Howlett, p. 91.

minus secularibus, quibus sub cedula recognitionis poterunt de consensu vicary et discretorum per gwardianum ad tempus commodari.

4. Item fratres duos habitus seu tunicas mutatorias communiter in suis cellis habere non debent, sed tales habitus et vestes mutatorie in communi seruentur, et fratribus non ad vsum continuum, sine vt (1) istis de die ac illis de nocte vtantur, sed tantum pro certis diebus; et interdum concedi possunt, exceptis fratribus coco et cellerario, qui aput se habitus mutatorios pro immundicys vitandis poterunt tenere.

5. Item pellicys non debent vti fratres, cum statui nostro seu regularis observantie conswetudini non congruat ullo modo (*a*). Item tollatur abvsus assaturarum et tot ferculorum etiam in ieiunys et alys temporibus quibuscumque. Ceruisiarum quoque tanta multiplicitas nec non et hospitalitatum et potacionum frequentia, corpori et anime plurimum nociua, cum summa diligentia euitetur. Et nullibi ac nullo tempore fiat collatio nisi in diebus ieiuniorum tantum. Nec de sero carnes in conuentu fratribus ministrentur, nisi interdum uel valde raro fuerit super hoc racionabiliter dispensatum. Item domus terminariorum (2), tamquam nobis illicite et dampnose, omnino dimitti debent, nec eisdem domibus fratres vtantur, quamuis seculares dicerent se in eis proprietatem et dominium reseruare. Alie etiam domos [*sic*] iuxta nostros conuentus site, que ipsis conuentibus pertinere dicuntur, alienentur prorsus a nobis. Nec de earum locatione per quoscumque fiat aliquod emolimentum, [nec] fratres uel conuentus ad suum vsum recipiant uel recipi permittant quouis modo (*b*).

6. Et idem in quibuscumque censibus aut iuribus orti sancte elizabeht (3) aut cuiuscumque alterius loci uel conuentus obseruetur. Item de vilibus rebus intra uel extra ordinem elargiendis et de earum valore habeat pater vicarius dare licentiam, et in eius absentia gwardiani, nisi aliqua res notabilis esset extra conuentum uel ordinem danda uel etiam commutanda; tunc requiritur spetialis licentia vicary. Item fratres petentes elemosinas non permittant seculares qui cum eis vadant recipere pecuniam. Item in parasceue non permittatur peccunia offerri cruci; et si oblata fuerit contra velle fratrum, detur pauperibus (*c*).

7. Item vicarius prouincialis potest libros, calices, seu alia quecumque superflua, in suis conuentibus uel locis inuenta, alys conuentibus uel locis sue prouincie indigentibus, de discretorum consilio, sub cedula distribuere seu commodare, Ita videlicet, quod sine prouinciali congre-

---

(*a*) Post verba *ullo modo* manus posterior atramento pallidiore posuit lineolam verticalem.

(*b*) Incisum quod 5 signatur tam in principio quam in fine habet lineolam in margine positam.

(c) Verba inde ab *Item fratres* usque ad *detur pauperibus* initio appositam habent lineolam / et in fine signum].

---

(1) Sine ut = quin.

(2) Erant domus, ubi solus habitabat sacerdos, Terminarius dictus, qui data occasione in vicinis regionibus curam gerebat animarum, sed de cetero eleemosynas colligebat pro conventu ad quem pertinebat. Lemmens, *Niedersächs. Franziskanerklöster*, S. 10. Ex hoc patet quid significet denominatio « predicateur terminaire » quae supra habetur, AFH III, 119 et 188; cf. ibid. p. 119 nota 7.

(3) De (h)orto S. Elisabeth cf. infra ad V, 6; p. 286 nota 2.

gacione non possint ipsi conuentus uel loca, quibus talia concessa fuerint, ad ea restituenda compelli (1).

8. Item omnes et presertim superiores diligenter attendant differentiam secundum iura et 4or magistros (2) inter denarios et peccuniam, que duo expresse in regula nostra prohibentur, quod nihil recipiant contra declaracionem domini nicolay tercy causa distrahendi uel vendendi (3); et a commutacionibus periculosis et illicitis caueant diligenter. Idcirco nichil recipiant nisi cuius vsus est necessarius, cum sicut nulla curiositas in [48b] edyficys et alys, ita nec vlla superfluitas in quibuscumque, etiam paruis, possit secundum declaracionem domini clementis pape quinti nostro statui conuenire (4). Quocirca non debent fratres ea procurare que aput eos magis habundant, vt pisces et similia, ad dandum alys conuentibus et locis aut etiam personis extra ordinem, a quibus alia, vt oleum et huiusmodi, in recompensam et quasi in solucionem recipiant, vllo modo (5). Item cum exacta diligentia, ex quo periculum est in mora, exproprientur conuentus omnes et loca in quibus est aliqua proprietas, vt in censibus et redditibus, domibus, vineys, aluearys apum, si huiusmodi forsitan inuenirentur. Et nedum in talibus, sed etiam in vestibus, victualibus, libris, nec non et in hys etiam que ad diuinum cultum pertinent, vt in paramentis, vasis ecclesiasticis, picturis et alys, sancta paupertas, vilitas, et simplicitas luculenter appareant, pro vt ex nostra professione certius obligamur. Et caueant fratres nedum ab exteriori proprietate, sed etiam ab interiori et intrinseca rerum quarumcumque proprietaria detencione; quando scilicet fratres aliqui uolunt libros uel res aliquas vsui suo concessas alteri fratri concedere, et non permitterent nisi renitentes et inviti res huiusmodi sibi a prelatis aufferri (6).

[IV]. — *De modo interius conuersandi. quartum calum.*

1. Ad vitandum secularium frequentias, seculares aut ecclesiastici, nisi religiosi dumtaxat, in mensa conuentus non comedant, nisi interdum de litencia [*sic*] vicary prouincialis, uel in eius absentia gwardiani, de consilio discretorum ex causa spetiali; Sicut in fratrum induicione et professione et prima missa et alia pia causa, que conuenienter vitari non potest, aliter fuerit rationabiliter faciendum. Prohibeantur etiam extranei quicumque ab ingressu interiorum officinarum maxime dormi-

---

(1) Quae ponuntur sub num. 7 ad litteram iam fuerunt decreta in Cap. Gen. Obs. Ultr., Basileae anno 1454. Cf. *Spec. Min*, 1509, I, 70b; *Firmamentum* 1513, I, 38a2; De Gubernatis, III, 111s.

(2) Expositio Regulae facta circa annum 1242 a Quatuor Magistris (Alexandro de Hales, Ioanne de Rupella, Roberto de Bastia et Richardo de Mediavilla) typis est expressa in *Speculum Minorum*, 1509, III, 16b; *Firmamentum* 1512, IV, 17b2; 1513, III, 15b2.

(3) Nicolai III Constitutio *Exiit*, Art. V, n. 1, in *Seraphicae legisl. text. orig.*, p. 199.

(4) Clementis V Constitutio *Exivi*, Art. XVI, in *Seraph. leg. text. orig.* p. 255.

(5) Ea quae habentur sub num. 8 iisdem verbis exstant iam decreta in Cap. Gen. Obs. Ultr. Fontinaci Comitis an. 1457. Cf. *Spec, Min.* 1509, I, 71b; *Firmamentum*, 1513, I, 38b2; Glassberger, p. 375.

(6) Etiam haec quae hic sub num. 8 dicuntur ad litteram habentur in Cap. Gen. in nota praecedenti laudato. Cf. *Spec. Min.* et *Firmamentum*, ll. cc.; Glassberger, p. 376.

tory, coquine, hospitalarie, infirmarie. Item tollatur abvsus carnispriuy (1); sic quod fratribus preparetur solaciosa cena, manente silentio; et post completorium seruetur silentium sicut in alys diebus.

2. Item stube (2) pro balneys nullomodo fiant in nouis conuentibus et in antiquis destruantur (3). Item fratres qui excutiunt vestimenta sua non stent nudi, sed uel habitu uel tunica sint induti. Item habeatur communis lotio per fratres laycos uel alios de tunicis, femoralibus seu alys facienda (*a*). Item fratres invicem inter se numquam se nudo nomine nominent uel dominos vocent, sed honeste et humiliter patres uel fratres, iuxta eorum status qualitatem. Item gwardiani sint solliciti ad exortandum fratres tam clericos quam laycos ad exercendum opera humilitatis. Item fratres ad memoriam passionis domini et ad penitentiam studiose inducantur. Quapropter ad minus semel in ebdomada in die veneris singuli vnam disciplinam accipiant secundum dispositionem gwardianorum, quando fieri poterit bono modo. Et fiat ter qualibet septimana in quadragesima.

3. Item vicary prouinciales et aly quicumque superiores nouitates seu nouas consuetudines aliarum religionum, seu etiam aliarum prouinciarum nostri ordinis, non presumant inducere absque vicary generalis aut prouincialis capituli licentia. Item prouideant gwardiani quod [49a] sacerdotes celebraturi, quando non possunt habere confessores determinatos, possunt sine fraude confiteri occurrentibus. Et qui confessionem audit sedere debet, cum sit iudex spiritualis; confitens vero, nisi legittime prepeditus fuerit, genibus flexis confiteatur. Item gardiani non habeant auctoritatem reseruandi generaliter alios casus a iam reseruatis (*b*); non tamen intelliguntur sibi reseruare casus, si dixerint: quicumque hoc uel hoc fecit non absoluatur a suo confessore donec satisfecerit.

4. Item seruetur forma absolucionis in hunc modum, scilicet: *dominus noster ihesus cristus te absoluat, et ego te absoluo a peccatis tuis. In nomine patris et fily et spiritus sancti. Amen.* Forma absolutionis ab excommunicacione minori, a qua quilibet potest absoluere qui habet (*c*) a peccatis: *Dominus noster ihesus cristus te absoluat, et ego te absoluo a sentencia excommunicationis minoris et restituo te sacramentis ecclesie. Item ego absoluo te a peccatis tuis, in nomine patris et fily et spiritus sancti, amen.* Forma absolucionis ab excommunicacione maiori per eum qui habet auctoritatem ab ea absoluendi: *Dominus noster ihesus cristus te absoluat, et ego absoluo te a sentencia excommunicationis maioris et restituo te sacramentis ecclesie et communioni fidelium. Item ego absoluo te a peccatis tuis, in nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.* Forma absolutionis pro auctoritate generalis uel prouincialis vicary: *Dominus*

(*a*) Post *facienda* exstat signum].
(*b*) In margine addit manus secunda: *in statutis.*
(*c*) Secunda manu in margine suppletur: *potestatem.*

(1) Id est initio ieiunii Quadragesimalis; cf. Ducange, *Glossarium* s. v. Carnisprivium.
(2) Cf. Ducange s. v. Significat: hypocaustum, vaporarium; (*germ.* stuba; unde *gall.* estuve, *it.* stufa).
(3) Idem anno 1464 pro Provincia Argentinensi fuit decretum: «Item ordinatur quod in conventibus balnea constructa omnino destruantur» etc. Glassberger, p. 416; Hueber, *Dreyfache Cronickh,* Sp. 417.

noster ihesus cristus te absoluat, et ego te absoluo a sentencia excommunicationis maioris et minoris, suspensionis quoque et interdicti, restituendo te sacramentis ecclesie et communioni fidelium; et dispenso tecum in irregularitate si quam contraxisti. (Item ego absolvo te a peccatis tuis, In nomine patris et fily et spiritus sancti. Amen) (*a*).

[V]. — *De modo exterius eundi. quintum ca*[lum].

1. Uitentur discursus invtiles cum summa diligentia. Et occasione predicandi non stent fratres quasi terminary (1) conuentuales per menses vel ebdomadas in ciuitatibus uel villis, presertim conuentui satis propinquis; sed finita predicacione ad sua loca redeant, iterum si opus fuerit illuc reuersuri. Nec extra ordinem confiteri possunt iuxta inhibitionem papalem Bonifacy octaui et Py 2 (*b*) (2).

2. Item ad compescendas indiscretas ac nonnumquam etiam scandalozas quorumdam fratrum predicaciones, Statuitur et ordinatur, quod fratres in suis predicacionibus quas ad populum fatiunt, contra clerum seu principes aut dominos temporales seu alios quoscumque nisi in generalibus terminis verba sua non fulminent, seu sic acriter ac indiscrete inuehant contra eos, attendentes non inmerito prohibicionem iuris circa eandem materiam eis expresse factam, Vbi sic habetur: extra. de priuilegys et excessibus priuilegiatorum capitulo *Religiosi* in clementinis: Quibus scilicet religiosis in virtute sancte obedientie et sub interminacione maledictionis eter-[49b]ne districtius inhibemus, ne in sermonibus suis ecclesiarum prelatis detrahant, aut etiam retrahant laycos ab ecclesiarum suarum frequentia uel accessu, seu indulgentias pronunctient indiscretas. Et infra: Si qui vero premissa uel aliquid de premissis attemptare presumpseri[n]t, per duos menses subiaceant penis illis, que secundum eorum regulam uel statuta pro grauibus criminibus seu culpis eis inponi consweuerunt, super quibus absque manifesta necessitate cum eis non valeat dispensari (3). Qua in re si qui nedum

(*a*) Verba quae uncis includuntur tertia manu sunt inscripta chartulae oblongae codicis folio adglutinatae et alia forte verba obtegenti.

(*b*) Post *Pij 2* pingitur signum].

(1) Vide supra ad III. 5; p. 281 not. 2.

(2) Respicitur Bulla Bonifacii VIII, *Virtute conspicuos*, 11 Nov. 1295, apud Sbaralea, *Bullarium*, IV, 371 (cf. Alva et Astorga, *Indiculus*, I, 122, n. 1), qua Pontifex confirmat eiusdem tenoris Bullam a Clemente IV, die 21 Iulii 1265 datam, quae exstat apud Sbaralea, *Bullarium*, III, 19 (*Indiculus*, I, 74, n. 5). Locum de confessionibus audiendis vide apud Sbaralea, l. c., p. 23, col. 1. Simile privilegium a Pio II concessum nullibi invenio. Fuit quidem determinatum in Cap. Gen. Obs. Ultr. anno 1467 Montislucii habito: « quod nullus de caetero audeat confiteri cuiquam extra ordinem nostrum existenti. Nam licet Dominus Eugenius alias concesserit privilegium fratribus in contrarium, verumtamen Dominus Pius II aliquibus rationabilibus causis incitatus id revocavit », sed non allegatur Pontificium documentum, ubi haec expresse habeantur. Cf. *Spec. Min.* 1509, I, 78a; *Firmamentum*. 1513, I, 39b2; Glassberger, p. 430. — De Gubernatis, III, 120 hanc determinationem asserit factam in Cap. Gen. Obs. Ultr. anno 1470 Palentiolae (Palencia) celebrato. Provocat fortasse Capitulum Provinciale Saxoniae ad quandam Pii Pp. II Bullam *Cum a nobis*, 6 Kal. Feb., Pontificatus anno 2° (27 Ian. 1460), qua « confirmantur privilegia Fratrum Provinciae Saxoniae ». Huius Bullae meminit Alva et Astorga, *Indiculus*, II, 44, n. 52, asserens eam asservari in Archivo Vaticano.

(3) C. *Religiosis*. Clem. De privilegiis et excessibus privilegiatorum, VII, 1.

contra ecclesie prelatos, verum etiam contra dominos temporales, vt premittitur, seu alios quoscumque sic invexerit uel inpegerit, quod scandalum exinde seu disturbium, iudicio proborum virorum merito ponderandum, exortum fuerit, priuetur huiusmodi predicator predicacionis offitio, seu alias iuxta quantitatem delicti debite puniatur. Nec volumus superiores quibus hanc incumbit infligere penam super hoc posse quouis modo cum quibuscumque etiam personis dissimulare seu differre (1).

3. Item sint auisati predicatores, quod se habeant secundum modum patrie, et non stent orando in ambone in modum crucis, nec fatiant populum clamare *ihesus* uel *misericordia;* et abstineant a gestibus cum brachys nimis dissolutis (2), loquentes hominibus honeste sicut decet (*a*), verbis vtentes castis et non dissolutis. Item fratres omnes, maxime superiores et predicatores seu confessores, quantum in eis fuerit cum prelatis ecclesiarum aut cum plebanis curatis et capellanis omnibusque ecclesiasticis, religiosis, et alys, pacem seruent, amorem eis et obsequium inpendant, ac reuerentiam omnimodam iuxta nostri humillimi et summe pacifici status exigentiam, ac iuxta saluberrimam monicionem et voluntatem sanctissimi patris nostri francisci eisdem in omnibus exhibeant; nec in suis sermonibus contra eos nisi valde in generali invehant, cum nulla vtilitas, sed multum dampnum, vt heu tociens compertum est, exinde proueniat. Nec lites cum eis moueant nisi de spetiali patris vicary prouincialis licentia.

4. Item gwardiani conuentuum quantum poterint discursus fratrum et extra terminos sui conuentus nullos licentient, nisi prout eis a vicario conceditur; possunt tamen pro necessitate conuentus fratres mittere cum consilio discretorum, quando racionabiliter fuerit faciendum. Item quando alicui fratri datur obedientia uel licentia alibi, vbi non est notus, eundi, exprimatur in exordio ipsius obedientie seu licentie ipsius fratris ordo seu gradus, an videlicet sit sacerdos, dyaconus, subdyaconus, accolitus, clericus, laycus (3). Item nullus frater audeat coram quibuscumque extraneys sine habitu ordinis apparere, cum secundum plurium iurisperitorum sententiam sub excommunicacionis periculo hoc illicitum sit et prohibitum. Et sine habitu ordinis nullus mori permittatur quouis modo.

(*a*) Hic iterum ponitur signum].

(1) Omnia quae hic habentur sub n. 2 expressis verbis fuerunt decreta in Cap. Gen. Obs. Ultr. Basileae an. 1454 convocato. Cf. *Spec. Min.* 1509, I, 70a-b; *Firmamentum* 1513, I, 38a1-2; De Gubernatis, III, 112. Haec denuo fuerunt renovata in Cap. Gen. Obs. Ultr. Basileae 1472. Cf. De Gubernatis, III, 121.

(2) Talis enim in concionando vivacitas et mobilitas apud tranquillioris indolis gentes Septentrionales, sicut et nunc, ita et iam saeculo XV erat insueta. Iam enim anno circiter 1480 Ioannes Busch, Can. Reg. S. Aug. et celeberrimus monasteriorum reformator, scripsit de S. Ioanne Capistrano, quem ipse praedicantem vidit et audivit: « Hic communiter ante prandium, in foro facta domuncula in altum elevata, primo celebravit, deinde duabus aut tribus horis ibidem in latino omni populo predicavit manibusque et pedibus more ytalico predicata demonstravit ». Ioh. Busch. *Chronicon Windeshemense,* ed. K. Grube, Halle 1886, p. 340.

(3) Quae hic decernuntur de litteris obedientialibus iam fuerunt statuta in Cap. Gen. Obs. Ultr. Basileae habito anno 1454. Cf. *Spec. Min.* 1509, I, 70b; *Firmamentum* 1513, I, 38a2; De Gubernatis, III, 112.

5. Item cum [50a] multo tempore in hac prouincia, que sancta prouincia vocabatur, laudabilis conswetudo fuit, quod fratres exeuntes talem haberent reuerentiam ad invicem, quod iunior siue inferior sine licentia maioris seu superioris non loqueretur cum secularibus nisi interrogaretur (1), et ob hanc causam eadem laudabilis conswetudo ad honorem dei et populi edificacionem de cetero ab omnibus fratribus obseruetur. Item cum singularitas omnibus religiosis periculosa sit, ideo omnes fratres tam in conuentibus quam exeuntes omnem singularitatem fugiant, et in comedendo et dormiendo et alys huiusmodi. Et vt conformitas sit quoad vestes, omnes gwardiani quantum eis possibile fuerit, ad vniformitatem coloris in habitibus iuxta nostri ordinis statuta laborent. Item fratres non debent mulieribus et virginibus dare nudas manus; et qui contra fecerint grauiter puniantur.

6. Item omnes fratres vndecumque venientes ysenacum, debent accedere conuentum ad hospitandum, nec accedere debent locum celle sancte elizabeht (2), nisi habita licentia gwardiani conuentus; nec disponere ibi collaciones, nec se facere invitare per seculares, nisi prehabita licentia gwardiani conuentus, vt religio et deuotio in deuoto sancte elizabeth, sicut necessarium est et expedit, poterit augmentari et conseruari. Item non mittantur fratres ad dedicacionem alterius conuentus nisi vnus predicator cum sotio si opus fuerit. Item sint auisati fratres, ne se absque spetiali et expressa licentia plebanorum prehabita, et non post ratificanda, intromittant de ministracione sacramentorum eukaristie, matrimony et vnctionis extreme, Cum secundum clementinum sub pena excommunicacionis late sententie hoc sit prohibitum (3); alias nullus potest eos absoluere nisi vicarius, custos, uel commissary eorum.

[VI]. — *De correctione delinquentium. sextum ca^lum^.*

1. Qvia, si districte non seruentur secreta visitacionum et capitulorum, multa mala et infamationes fiunt, ideo wlt pater vicarius cum alys patribus, quod quando vicarius dat auctoritatem suam absoluendi in casibus reseruatis, absolutio inquirentium de nominibus accusantium et reuelantium contra tenorem statutorum generalium (4) non intelligitur concessa (*a*). Si quis eciam reuelauerit secreta capitulorum quorumcumque fratribus, etiam aliorum conuentuum, uel etiam fratribus nouicys,

---

(*a*) Post *concessa* signum] habetur.

---

(1) «Quocirca [ut silentium religiose observetur] ordinatur, quemadmodum iam pridem fuerat statutum, ne, cum Fratres exeunt, iunior quoquomodo cum aliqua persona sine sui senioris licentia loquatur; qui quidem senior intelligi debet dignitate Ordinis, non aetatis». Ita decretum fuit in Convocatione Provinciali in conventu Heidelbergensi Provinciae Argentinae, anno 1464 habita. Cf. Glassberger, p. 414; Hueber, *Dreyfache Cronickh*, Sp. 414-415.

(2) Cella (Hortus, Locus, Mons, Devotus [locus]) S. Elisabeth prope Isenacum (Eisenach) erat quasi domus recollectionis, ut ex ipso textu manifestum est. Dedicata erat S. Elisabeth, Thuringiae Landgraviae, quia ipsa ibidem habuerat hospitale. *Chronica Conv. O. F. M ad S. Elis. prope Isenacum*, ed. P. M. Bihl, Fulda 1905. 18ss. *Compendium chronol. Prov. Sax.*, p. 23; Lemmens, *l. c.*, S. 21, in nota; F. W. Woker, *Geschichte der Norddeutschen Franziskaner-Missionem*, Freiburg 1880, S. 40. — Cf. etiam supra, III, 6.

(3) C. *Religiosis*. Clem., De priv. et excess. privilegiatorum, VII, 1.

(4) Cf. Statuta Barchin., Cap. VI; ed. Howlett, p. 108.

uel alys quibus non constat, et de hoc confessus in publico uel conuictus fuerit, absque dispensacione panem et aquam comedat in vna plena refectione, penis statutorum generalium reuelantium extra ordinem nichilominus in suo robore permanentibus.

2. Item omnes fratres confessores sigillum confessionis sacramentalis strictissime seruent, vt nec verbo nec signo aliquo, nec in confessione alterius, reuelent peccatum in confessione detectum, nisi per aliam viam sciuerint, uel [50b] nisi de licentia confitentis extra confessionem hoc reuelare permittentis. Et si quis conuinceretur, quod absit, de reuelacione, sine aliqua dispensacione, acriter puniatur (*a*). Item vicarius prouincialis et eius commissarius sine prouincialis congregacionis assensu possint per seipsos fratres suos, quos ipsi suspenderunt seu priuauerunt, ad officia ordinis releuare (1).

3. Item pro occassione ruine precauenda ordinatur, quod quamcicius comode fieri poterit, prouideatur de sufficienti clausura in si[n]gulis conuentibus in quibus talis debita clausura nondum est constructa. Item gwardiani singulorum conuentuum et vice gardiani eorumdem omnes et singuli faciant summam diligentiam ad requirendum, repetendum et recuperandum fratres a nostra familia apostatantes et fugientes. Et qui iam circa prouisionem pianam (2), si qui fuerint qui a nobis auffugerint, tales acrius puniantur etiam si redierint, ne facilitas venie prebeat incitamentum delinquendi, sed potius ceteri, visa aliorum pena, precauere studeant in futurum. Quocirca in quolibet conuentu nedum carceres sed et domus discipline, vbi tales et aly puniantur, vbi cicius fieri poterit, habeantur et disponantur.

4. Et ne ignorantia sit fratribus occasio delinquendi, presentes ordinaciones semel coram toto conuentu legantur in anno scilicet feria 2ª post *esto michi* (3). Et regula nostra sancta legatur singulis sextis ferys. Declaraciones summorum pontificum, Ordinarium diuini officy, Statuta generalia, in principys mensium vt sequitur legantur. In principio Ianuary legantur declaraciones summorum pontificum (4) ex integro, et February statuta generalia. Marcy ordinarium diuini officy.

(*a*) Verba *sine aliqua dispensacione acriter puniatur* a tertia manu contextui sunt inserta, aliis verbis abrasis.

---

(1) Haec Vicarii Provincialis in suspensos potestas concessa fuit in Cap. Gen. Obs. Ultr. Basileae 1454. Cf. *Spec. Min.* 1509, I, 70a; *Firmamentum* 1513, I, 38a1; Glassberger, p. 348; De Gubernatis, III, 112.

(2) Provisio Piana est ipsa Bulla Pii II, quae exstat in nostro codice fol. 89a-92b (vide supra in descriptione codicis. n. 10). S. Pontifex confirmans Bullam Eugenii IV, Observantes iterum separat a Conventualibus, derogando Bullae Calixti Pp. III, Bullae Eugenianae contradicenti. Bullae Pianae historiam vide ap. Wadding, *Annales*, ad an. 1458, n. 14-18; *Firmamentum*, 1512, I, 35b1-2; De Gubernatis, II, 86-88.

(3) Id est Feria 2ª post Dominicam Quinquagesimae.

(4) Intellige solas Declarationes Nicolai III et Clementis V. Iam pluries enim fuit decretum inter Observantes Ultramontanos, ut « ad evitandum inquietudinem conscientiarum timoratarum et refraenandum laxationes insolentium » nulla alia in communitate legeretur Declaratio Regulae nisi Nicolai III et Clementis V. Ita in Cap. Gen. Obs. Ultr. Palenciae 1470 habito; cf. *Spec. Min.* 1509, I. 74a; *Firmamentum*, ed 1513 I, 40a2 (in utroque opere erronee ponitur « Clementis VII »). Idem etiam iam fuit decretum in Cap. Gen. Obs. Ultr. Mechliniae (Malines, Mechelen) 1464, ait De Gubernatis, III, 117; cf. etiam III, 125.

Aprilis declaraciones summorum pontificum quoad articulos de paupertate (1). May statuta generalia. Iuny declaraciones summorum pontificum quoad articulos de paupertate. Iuly prouisio piana (2). Augusti declaraciones summorum pontificum quoad articulos de paupertate. Septembris statuta generalia. Octobris declaraciones summorum pontificum ex integro. Nouembris ordinarium diuini officy. Decembris declaraciones summorum pontificum quoad articulos de paupertate. Et ponantur hec statuta in aliquo loco vbi quandoque fratres possunt habere recursum ad ipsas (!) sic tamen quod secularibus non publicentur (3).

[VII]. — *De electionibus et institucionibus officiariorum. 7m capitulum.*

1. Circa electiones notandum generaliter, quod nulla electio dicitur canonica nisi habeat maioritatem vocum medietate omnium in electione vocem habentium. Item gwardiani de cetero singulis annis non passim per conuentus deponantur, seu a capitulo depositiones eorum postulentur, nisi vrgente necessitate uel causa racionabili, prius patri vicario dum visitat exponenda, deinde eidem [51a] et diffinitoribus cum debita maturitate in terminis explicanda in capitulo prouinciali; quod tamen maxime intelligitur in primo et 2o anno gardianatus eorum, pro eo quod de cetero post triennium quilibet gardianus debet offitium suum resignare cum effectu, et electio fieri de eodem uel de alio.

2. Et amplius gwardiani possunt eligi de quocumque loco nostre familie in prouincia saxonie (*a*). Et si idem reelectus non fuerit, non debet in eodem conuentu pro gwardiano continuare. Si vero reeligitur ad triennium (*b*), sequens maneat sicut prius, nisi vicario et diffinitoribus aliud expedire videatur.

3. Item vicarius prouincialis in quolibet conuentu huius prouincie habet deputare aliquos discretos secundum condiciones conuentuum, quorum consilio gwardiani habebunt negotia conuentus, bonum familie et conseruacionem discipline concernentia regere et ordinare. Quos tamen precipue gwardiani conuocent in hys causis, que habentur in statutis

(*a*) Hic signum] iterum depingitur.
(*b*) *Triennium* manu tertia exaratum est, alio verbo abraso.

(1) Quoad «articulos de paupertate», vide AFH I, 109-110. Hi articuli respondent textui typis vulgato in *Seraphicae legisl. text. orig.* his locis: In Declaratione Nicolai III comprehendunt Artt. II-XVI, p. 190-216; in huius Bullae versione medii aevi germanica, quae in nostro codice habetur, comprehendit Artt. II-XV, p. 190-214. In Declaratione Clementis V comprehenduntur Artt. VII-XVIII, p. 243-257.

(2) De Provisione Piana vide supra, p. 287 nota 2.

(3) Ad totam paragraphum de lectione ad mensam conferre praestat ordinationem factam pro Provincia Argentinensi anno 1464: «Ordinatur, quod de cetero legantur declarationes [SS. Pontificum] ac statuta [generalia Barchinonensia] prius notata, una cum Bulla Piana, quater in anno cum praecedentibus ordinationibus [pro Provincia Argentinensi], quae maxime ad conservationem pacis et caritatis, augmentum devotionis, recollectionis et timoris nutrimentum pariter et reverentiam possunt prodesse. Ordinationes quoque et caeremoniae chori non debeant omitti, sed legantur semel aut bis in anno ne oblivio confusionem generet aut diversitatem in Provincia». Glassberger, p. 416; Hueber, *Dreyfache Cronickh*, Sp. 417; cf. Glassberger p. 378.

generalibus 7° capitulo in fine (1); et etiam in edificys construendis (*a*), sic tamen quod in notabilibus semper patris vicary licentia uel eius commissary, provt in statutis generalibus continetur, habeatur (2) (*b*).

4. Item in promotione fratrum ad offitia predicacionis et confessionis ad capitula transmitendorum, necnon ad sacros ordines promouendorum, dum gardianis a patre vicario id facere sit concessum; Item in procuracionibus notabilium necessariorum (*c*), facienda est congregatio, super quo secundum Clementinam *Exivi de paradiso* (3) conscientie patris vicary, gwardianorum et discretorum onerantur, patres gwardiani cum discretorum uel maioris patris concilio debent prouidere. Item vbi pro necessariorum procuracione secundum consilium discretorum facienda, fuerit rerum oblatarum uel petitarum vendicio uel commutacio, fiat per amicos spirituales; caueant tamen nostri fratres, ne res aliquas tali intencione petant uel manibus suis contrectent, tempore etiam peticionis. Quapropter omnes fratres aly, in hys et similibus que gwardiani secundum statuta generalia discernere habent, in determinacione gwardianorum et discretorum stent contenti, nec se interponant nisi fuerint requisiti.

5. Possunt tamen patri vicario uel suo commissario in eorum visitacionibus, et quandocumque eorum copiam habere poterunt, necessitates suas intimare. Poterunt etiam discreti in conuentibus, et quociens videbitur, a vicario mutari, qui nedum in capitulo, sed etiam omni tempore secundum scripta nostra in necessitatis tempore Officiarios commutare potest et de nouo instituere (*d*), tamen propter nouorum et iuuenum discretorum assumptionem, seniores discreti qui relinquuntur ordinem suum non amittant. Sic et secundus vice gwardianus habebit locum incedendo et transeundo secundum senium suum, nisi ex causa spetiali a patribus alicui aliud concedatur. Debet tamen idem sedere in loco gwardiani quando presidet in capitulo uel in mensa. Et ex determinacione capituli presentis, scilicet brandenburgensis (4), omnes habentes vocem actiuam in electione discreti, secundum generalium sta-

---

(*a*) Manus secunda in margine addit: *et destruendis.*

(*b*) Pericopes quae 3 signatur initio habet appositam lineolam in margine folii, et in fine signum] post *habeatur*. Insuper verba *continetur habeatur* manu tertia exarata sunt in loco abraso.

(*c*) Secunda manus addit in margine: *ac etiam in cognicione vbi, quando et quomodo necessariorum.*

(*d*) Post *instituere* habetur signum].

---

(1) Statuta Barchin. Cap. VII in fine haec habent: «Ordinamus insuper, quod in promotionibus ad officia ordinis et in correctionibus criminum, et in aliis gravibus negotiis, praelati et visitatores consilium similiter requirant et servent patrum discretorum, vel maioris partis eorumdem, nec in consiliis aliquis praesidens suam per se vel per alium aperiat voluntatem»; ed. Howlett, p. 108.

(2) Respicitur hic Cap. III Statutorum Barchin. ubi dicitur: «Nullum etiam sumptuosum vel notabile aedificium de caetero construatur vel destruatur sine licentia vel dispensatione vicarii provincialis»; ed. Howlett, p. 90.

(3) Art. XIV in fine; cf. *Seraph. leg. text. orig.*, p. 258s.

(4) Verba «scilicet Brandenburgensis», licet in codice nullimode ab aliis distincta, ab ipso tamen amanuensi, utriusque Capituli acta, tam Brandenburgensis quam Luneburgensis in unum redigente, videntur addita. Cf. supra, p. 102.

tutorum tenorem (1) etiam habebunt vocem passiuam, demptis gwardiano et monialium confessoribus.

6. Item ne inter fratres discordie et dissensiones oriantur instante capitulo prouinciali, modus visitandi prelatos seruetur in modum qui sequitur (2), videlicet, quod presidens vna cum discreto ad capitulum prouinciale [51b] ituro, si... (*a*) non fuerit presidens institutus, ac alys discretis conuentus eiusdem coram se conuocabunt fratres laycos in vnum, quorum singulorum votis auditis seorsum, ita quod circumsedentes aly verba fratris visitantis intelligibiliter saltem nullatenus audire valeant. Singulorum itaque votis auditis et conscriptis, exibunt ad eorum opera expedienda. Deinde vocabunt clericos, quorum etiam singulorum votis auditis seorsum et conscriptis, similiter exire debent. Et similiter fiet de sacerdotibus. Quibus expeditis discreti conuentus inter se suis votis dictis et conscriptis, omnia scripta examinare habebunt, et que digna eis videbuntur gwardiano proponenda uel ad capitulum scribenda diiudicare ex omnibus conscriptis debent. Et postea vocabunt omnes sacerdotes et clericos et laycos, requirentes omnium vota examinatorum super approbacione proponendorum gwardiano et mittendorum ad capitulum de praelatis, provt in statutis generalibus continetur (3).

7. Et ea que relacione digna ipsi iudicauerant, scribantur ad capitulum, et non approbata per eos digna mitti ad capitulum, coram toto conuentu patri gwardiano notificabuntur cum debita reuerentia, et intimabunt ipsum salubriter et honeste, ad correctionem ac talium defectuum emendacionem inducendo. Et ne in huiusmodi visitatione gwardianorum incerta pro certis et falsa pro ueris approbando ad capitulum scribant, uel ipsis gwardianis coram toto conuentu proponant, ordinatur a capitulo vniverso seriose, quod quando aliqua de quorum veritate dubitant, sicut semper vnius dictum plenam fidem non facit, uel etiam grauia narrata sunt, coram discretis iudicio eorum qui tunc post expeditionem singulorum (*b*) priusquam reuocent fratres conuentus, vocent gwardianum et querant ab eo quomodo ille uel ille cause se habent, et sic discreti informati, gwardiano recedente, excusent eum etiam coram toto conuentu, si videbitur secundum deum, et si res aliter se habet quam dictum est. Quocirca inhibemus omnibus fratribus ne quis eorum clamare, ac in alterius deliberacione sine presidentis licentia quicquam loqui presummat; sed vnusquisque requisitus debet humiliter et caritative de quibus sibi constat intentionem suam declarare, et quod sibi secundum deum videbitur predictis discretis intimare.

8. Et sint auisati discreti ne aliqua gwardiano coram toto conuentu proponant uel capitulo scribant, nisi vt dictum est, que cognouerint certa et veritate fulcita, super que etiam eorum conscientias oneramus (*c*)

(*a*) Hic in codice habentur litterae *met*. Forte *ibimet?*
(*b*) Videtur hic excidisse unum alterumve verbum.
(*c*) *Oneramus* ab ipso amanuensi correctum est ex *onerantes*.

(1) Vide Statuta Barchin. Cap. VII, *De electionibus et institutionibus officiariorum*, ed. Howlett, p. 106-108 et Cap. VIII, *De capitulis fratrum*, passim, ed. Howlett, p. 108-115.

(2) Idem visitandi modus, qui iam fuit « salubriter introductus in Provinciis Franciae, Coloniae et Saxoniae », anno quoque 1464 observandus praescribebatur in Provincia Argentinae. Cf. Glassberger, p. 414; Hueber, *Dreyfache Cronickh*, Sp. 414.

(3) Cf. Statuta Barch. Cap. VII, ed. Howlett, p. 108-109.

prout in statutis generalibus continetur (1). Item, vt omnia pacifice procedant, debent presidentes vocum inquisitores semper sequi maioritatem vocum, tam in examinacione visitatorum inter patres discretos, quam etiam in approbacione fratrum omnium conuentus; si quod simpliciter maior pars concluserit, deinceps fiat. Et si aliquis contra hoc clamauerit, uel impedierit patri vicario et diffinitoribus, in capitulo accusetur. Item visitacio prelatorum etiam cum sigillacione litterarum fiat infra diem naturalem, hoc est, infra viginti 4[or] horas continue numerandas, secundum tenorem statutorum generalium (2). Et forma scribendi defectus prelatorum erit talis: *Obedientiam humilem et semper paratam. Reuerende venerabilesque patres; aliqua sunt approbata in capitulo nostro conuentuali vobis de venerando patre nostro guardiano scribenda.* Et [52a] sic simplicibus verbis ponantur approbata. Sic etiam possunt scribere de patre vicario, sed tunc dimittant *Reuerende.*

9. Item forma littere scribendi ad capitulum prouinciale pro presentacione discreti erit vniformiter talis: *Reuerendo venerabilibusque patribus in capitulo N. celebrando congregandis. Frater N. Gardianus ac totus conuentus fratrum minorum in N. cum omni humilitate promtitudinem obedientie salutaris. Reuerende venerabilesque patres. vestris reuerentys cupimus constare, quod iuxta continentiam generalium statutorum nostrorum predilectum nobis* (a) *fratrem N. pro nostri conuentus discreto concorditer elegimus. Quem et sic electum ad capitulum transmittimus cum plenaria potestate ad tractandum, consentiendum ac cetera faciendum, que ibidem videbuntur necessaria et opportuna. Datum in conuentu nostro prescripto etcetera.* Item statutum illud generale, videlicet quod nichil portetur ad capitulum super visitacione prelatorum, nisi in scriptis fuerit redactum, amplius seruetur prout sonat. Ideo illud quod iam in capitulo locali fuerit gwardiano propositum et correctum, patribus vicario et diffinitoribus non intimetur, illo excepto, nisi aliquid graue contigisset in via; quod etiam in eisdem statutis generalibus habetur (3).

10. Item offitium prouincialis vicary ad plus de cetero non nisi ad triennium extendatur (*b*), ita quod in fine trienny, postquam institutus fuerit, non de eo sed de alio electio celebrabitur. In qualibet tamen prouinciali congregatione ipse vicarius prouincialis suo offitio renunctiet; que renunctiatio acceptari possit, si diffinitoribus capituli videbitur expedire, et tunc alterius electio canonice fieri debet (4). Item pater vicarius **exiens custodiam thuringie dimittat in ea commissarium.** Similiter **exiens saxoniam in ea commissarium dimittat.**

(*a*) *Nobis* scriptum est tertia manu in loco abraso.
(*b*) Post *extendatur* extat signum]. (Cf. supra, p. 100, nota 3, et p. 102).

---

(1) Cf. Statuta Barch. Cap. VII, ed. Howlett, p. 109-110.
(2) Ibidem, p. 110.
(3) Ibidem, p. 110.
(4) Eadem de renuntiatione Vicarii Provincialis iam fuerunt decreta in Cap. Gen. Obs. Ultr. Fontinaci Comitis anno 1457. Cf. *Spec. Min.* 1509 I, 71a; *Firmamentum,* 1513, I, 88b1; Glassberger, p. 375. — De Gubernatis, III, 112 haec iam dicit decreta in Cap. Gen. Obs. Ultr. Basileae 1454.

[VIII]. — *De capitulis fratrum. octauum ca^lum.*

1. Culpe fratrum ad capitulum culparum reseruentur, ter in qualibet ebdomada seruandum, quod gwardianus per se teneat quando est in loco et non fuerit legittime inpeditus (*a*). Item quando tenetur capitulum culparum, factis recommendacionibus consuetis, primo nouicy dicant culpam suam generaliter, Secundo layci, deinde clerici hoc modo: Karissime pater. Dico deo et vobis culpam meam de omnibus defectibus meis generaliter et spetialiter; de diuino offitio male et indeuote persoluto; De mala sequela chori et aliarum communitatum; De silentio locis et temporibus statutis male obseruato; De officys michi iniunctis male et indeuote peractis; De malis exemplis et perturbacionibus datis fratribus et secularibus; Pater de istis et omnibus alys defectibus meis dico deo et vobis culpam meam et peto penitentiam propter deum.

2. Hoc dicto dicant culpas; postea partiales, et penitentia inposita, egrediantur. Quibus egressis, omnes fratres layci tam hospites quam fratres conuentus dicant culpas suas wlgariter in forma premissa, et eis inponatur penitentia generalis. Et deinde surgant et sedeant. Postea omnes clerici et sacerdotes etiam hospites dicant culpas suas generaliter; qua dicta inponatur penitencia [52b] generalis et surgant et sedeant. Deinde fratres hospites si affuerint dicant culpas suas partiales si habent, et accepta penitentia egrediantur. Postmodum vero fratres de conuentu similiter fatiant, quilibet ordine suo videlicet: primo layci, deinde clerici, postea sacerdotes, si qui habuerint aliquam culpam partialem; et eis debita penitentia secundum delicti exigentiam inponatur, quam studeant fideliter adimplere.

[IX]. — *De suffragys defunctorum. nonum ca^lum.*

1. Ordinatur quod quandocumque recipiuntur quecumque suffragia et presertim misse, debent dici totaliter seu principaliter pro intentione petentium. Et si de requiem petant uel alias votiuas missas, dici debent ipse misse per integrum si sic recipiuntur; quia interdum sunt a suis amicis defunctis uel a suis plebanis per iniunctam penitentiam astricti uel obligati. Et ideo non sufficeret, ymmo deceptio esset, ipsos petentes in missis triginta uel alys (1) in quodam generali facere participes, nisi eis hoc expresse prediceretur; quod ipsi etiam simplices seculares intelligerent sic fieri debere. Et misse dicende de requiem pro viuis nulla ratione dicantur uel acceptentur (2) (*b*). Item nulla suffragia

(*a*) Hic iterum signum] pingitur.

(*b*) Infra in margine tertia manu additur: *Item misse perpetue in conventibus numquam recipiantur neque memorie, sine expresso consensu R. p. ministri prouincialis, nec indifferenter ad libros mortuorum scribantur* (Cf. supra, p. 102).

(1) De triginta Missis quas « S. Gregorii » vocant, aliisque Missarum seriebus, medio aevo maxime in Germania usitatis, cf. A. Franz, in suo opere valde egregio *Die Messe im deutschen Mittelalter*, Freiburg 1902, S. 244 ff., et in Indice, s. v. *Messreihen*.

(2) Exsecrabilis hic SS. Missae Sacrificii abusus, quo viventi per Missam de Requie a Deo imprecari non erubescebant mortem aliamve calamitatem, describitur apud Franz, *Die Messe*, S. 98-100.

fraternitatum dentur pro re temporali, nec indistincte sed valde mature (*a*).

2. Item ordinatur quod post obitum cuiuscumque fratris defuncti, gwardianus loci quamcicius poterit curet alys conuentibus prouincie intimare. Et in quolibet conuentu intimacione recepta, anima defuncti fratribus omnibus deuote recommendetur. Et dicant fratres sacerdotes et clerici spetialiter vnam vigiliam nouem lectionum conuentualiter, et missam cantent defunctorum. Et quilibet sacerdos ad minus dicat vnam collectam appropriatam. Layci autem quindecim *pater noster* et totidem *aue maria* pro anima fratris defuncti.

3. Item pro defunctis nobis recommendatis dicantur in singulis conuentibus conuentualiter ebdomadatim, si comode fieri potest, vigil[i]e nouem lectionum, et missa cantetur uel legatur secundum dispositionem presidentis; in choro autem semper cantetur, extra chorum vero potest legi. Hec autem omnia fiant secundum dispositionem gwardianorum uel aliorum presidentium. Item pro oleo sancto infirmorum nulla' peccunia procuretur dari, quia minus malum foret sine extrema vnctione mori quam eam symoniace acquirere (*b*).

Finita Anno domini 1494 in vigilia sancti bartholomey.

Woerden (Hollandia).

Fr. BONAVENTURA KRUITWAGEN, O. F. M.

(*a*) Addendum fortasse est: *accipiantur*.

(*b*) Ante prima huius sententiae verba *Item pro oleo* habetur descripta linea /, et post *acquirere* exstat signum].

COMPENDIUM CHRONICARUM FRATRUM MINORUM

SCRIPTUM A PATRE MARIANO DE FLORENTIA.

(Continuatio) (1).

Anno 1334 et Ordinis 127, Tholose obiit sancte memorie frater Michael Magothi, laycus, vir vite admirande et miraculis gloriosus (2).

In Provincia Aquitanie etiam santitate et miraculis fulgebant, videlicet: frater Riccardus, cuius corpus habetur in loco de Aureliaco (3), et frater Guglelmus, qui in Sancto Affricano migravit ad Dominum (4).

Verum etiam plurimi scientia et doctrina clarebant, videlicet:

Gerardus Odonis nunc (!) Generalis Minister, qui inter ceteros doctores Doctor moralis appellatur. Hic scripsit super 4 Sententiarum libros. Item, super omnes fere (38r:) libros Aristotilis. Item, copiose super omnem philosophiam moralem. Item, tam vetus quam novum Testamentum pro magna parte postillavit. Scripsit etiam librum de figuris. Item, Sermones de tempore et de Sanctis. Item, composuit officium Stigmatum Beati Francisci. Qui tandem Archiepiscopus Cathaniensis et Patriarcha Antiochenus factus est (5).

Gerardus alter, Burgundus, Doctor Theologus, in Teologia et philosophia et logica scripsit (6).

Fortanerius vel Certorius Vuallensis, verbo et opere facundus, scripsit super Sententias, et super quamplures libros tam veteri[s] quam novi Testamenti. Item, copiose scripsit super 22 libros Sancti Augustini de Civitate Dei. Hic fuit Generalis Ordinis electus, deinde Ravennas Archiepiscopus ordinatus: postea ad Patriarchatum Gra<n>densem assumptus, postremo Sancte Romane Ecclesie per Innocentium factus [Cardinalis] (7).

Guglelmus Farinerius etiam de Aquitania, in Theologia et philosophia plurimum scripsit et librum de mutuativa negotiatione Qui et Generalis Ordinis et Sancte Romane Ecclesie Cardinalis fuit (8).

(1) AFH I, 98-107; II, 92-107; 305-18; 457-72; 626-41.

(2) CG 524-7. Wadd. 1334, n. 20-3 e Mar.

(3) *Catal.* 30. *Conf.* 308, 538. « Rigaldus ». Wadd. 1334, n. 24.

(4) *Catal.* 30. *Conf.* ll. cc. Wadd. l. c.

(5) Cf. AFH II, 271s. 640, not. 8 Wadd. 145, 99², 99³. Sbaralea, 306, I², 324s. Gubernat. I, 151-8.

(6) *Conf.* 341. Wadd. ll. cc. Sbaralea, ll. cc.

(7) Vasalli; archiep. Rav. 1347, oct. 24 — 20 mai. 1350, quo die Patr. Gradens; cardinalis 1361, sept. 17. Eubel, *Hier.* I, 436, 276, 19; obiit Paduae exeunte oct. 1361. CG 538 ss, *Conf.* 339, 346, 538. Wadd. 110, 75³, 76². Sbaralea 239, I², 253.

(8) Tituli ss. Marcellini et Petri; obiit Avinione 17 iun. 1361; Eubel, I. 19. CG 544 ss, *Conf.* ll. cc. Wadd. 152, 104², 104³. Sbaralea, 820, I², 338.

Iohannes de Bucho, Aquitanichus, in Theologia et sacris Litteris scripsit, et Generalis Ordinis fuit (1).

Franciscus de Fabrica Tholosanus, vita, scientia et predicatione et scriptis plurimum famosus in partibus Ausitanis (2).

Guglelmus de Podio Castri Novi de eadem Provincia, singularis predicator et doctor ad populum et clerum extitit (*a*) suo tempore (3).

Iohannes de Miralbello etiam Aquitanicus, scripsit in Theologia et sermones multos (4).

Gotfridus de Fontibus, qui Doctor venerandus appellatur, Custos Parisiensis, scripsit solempniter super 4 Sententiarum libros, et pre ceteris doctoribus multa Quotlibeta (5).

Alexander de Saxonia, magnus theologus, Doctor illibatus nominatus, scripsit multum profunde super Sententias (6).

Petrus de Insula, qui Doctor notabilis dicitur, solempniter scripsit super 4 Sententiarum libros (7).

Petrus Thome, qui inter ceteros Doctor strenuus appellatur, super 4 libros Sententiarum scripsit eleganter. Item, super multos Aristotelis libros et questiones de formalitatibus (8).

(**38v**:) Landulphus de Neapolim, Doctor collectivus appellatur. Scripsit luculenter super 4 libros Sententiarum. Item, super 4 Evangelistas, et super epistolas ad hebreos et super Zacharia[m] et multa Quotlibeta, et Sermones multos, tam de tempore quam de Sanctis per totum annum. In predicatione fuit egregius. Archiepiscopus Malphie (9).

Petrus de Aquila, qui Scotellus nominatur. Scripsit egregie super 4or Sententiarum libros. Item, scripsit preterea aliud opus etiam super Magistrum Sententiarum diversum a priori, quod Defensorium Scoti appellari potest. Scripsit etiam super multos Aristotilis libros (10).

Iacobus de Esculo, qui inter Doctores, Doctor profundus nominatur. Scripsit super 4or Sententiarum libros, et plurima Quotlibeta valde profunda, et tabulam super doctrinam Iohannis Scoti (11).

Franciscus de Esculo, qui inter Doctores, Doctor succinctus dicitur, scripsit notabile opus super 4or libros Petri Lombardi. Item, Reportatoria super eosdem et multa alia (12).

(*a*) Cod. *estitis*.

(1) CG 552. *Conf*. 588. *Memor. Ord*. ap. *Firm.*[1] f. XXXIII v. Wadd. 1357, n. 1s. infra p. 303, not. 6; 304, not. 1.

(2) *Conf*. 587. Sbaralea, 252, I^2, 268.

(3) *Conf*. 587. Wadd. 1334, n. 25.

(4) *Conf*. 542. Wadd. l. c. *Script*. 215, 147^2, 145^3. Sbaralea, 442.

(5) *De illustr*. f. XLIII r. Wadd. 143, 97^2, 98^3. Sbaral. 297 s, I^2, 315; de quo magna confusio habetur ap. auctores et qui a Mar. confunditur cum God. de Font. saeculari; obiit c. 1304. De Wulf, *Études sur la vie, les œuvres et l'influence de Godefroid de Fontaines*, Louvain 1904. De Wulf et A. Pelzer, *Les 4 premiers quodlibets de G. de F.*, ibid. 1904; (Les Philosophes Belges, t. II).

(6) *De illustr*. l. c. Wadd. 7, 5^2, 9^3. Sbaralea, 10, I^2, 10.

(7) *De illustr*. l. c. Wadd. 284, 193^2, 190^3. Sbaralea, 595.

(8) *De illustr*. f. XLIII r. Wadd. 197^2, 194^3. Sbaralea, 610.

(9) *Conf*. 339, 529, *De illustr.*, XLII v. Wadd. 235 s, 160^2 s, 158^3. Sbaralea 483, arch. Amalfitan. 1331-55; Eubel, *Hier.*, I, 84.

(10) *Conf*. 338, 511. *De ill.*, XLIII r, Wadd. 275, 187^2, 184^3. Sbaralea, 583.

(11) *Conf*. 338, 511. *De ill.*, l. c. Sbaralea, 365.

(12) *Conf*. 338, 511, 544. *De ill.*, l. c. r. b. Cf. AFH II, 610. n. 2. Idem videtur cum sequenti (Rubeo Asculano), cf. *Conf*. 511.

Franciscus de Marchia, qui Doctor prefulgidus appellatur. Scripsit super eosdem 4^or Sententiarum libros et super omnes ferme Aristotilis libros. Scripsit etiam super 4 Evangelistarum (1).

Petrus de Acciaiolis, Florentinus, in Theologia doctor, per Franciam et Italiam famosus Lector, et verbi Dei sator (2).

Iacobus de Tundo, Senensis, in e[a]dem facultate doctus, nonnulla opuscula edidit (3).

Franciscus Bartholi de Assisio, theologus magnus, multa scripsit et etiam Sermones tam feriales quam festivos per totum annum, et Librum de Indulgentia Sancte Marie de Angelis (4).

[Quadragesimum] Capitulum Generale celebratum est in Assisio, anno **1334** et Ordinis 127, per fratrem Gerardum Generalem (5).

Anno **1335** Iohannes papa XXII, etatis sue anno nonagesimo mortuus est, et quia in publico consistorio fecerat quemdam sermonem, in quo quedam verba dixerat (**39r**:) contra statum Fratrum Minorum, que sapiebant heresim, errorem dictorum suorum ante mortem revocavit et etiam omnia que fecerat contra omnes Romanos Pontifices predecessores suos, et precipue circha statum Fratrum Minorum (6).

[Quadragesimum primum] Capitulum Generale celebratum est Cathurcii, Provincie Aquitanie, anno Domini **1337**, Ordinis vero 130, per fratrem Gerardum (7).

[Quadragesimum secundum] Capitulum Generale celebratum est Assisii, anno Domini **1340** et Ordinis 133 per eundem fratrem Gerardum (8). Qui post Capitulum dum pergeret per Sclavoniam ad Provinciam Hungarie, transivit per Bosnam et zelo fidei succensus, adcessit ad Banam, principem Bosne hereticum, et ipsum ad fidem convertit et reduxit ad Ecclesie unitatem. Deinde multos Fratres illuc ad predicandum hereticis Bosnensibus de diversis partibus Ordinis destinavit. Qui ibidem multos ad Christi fidem converterunt, et multas Ecclesias erexerunt, et diversis captis locis, facta est Vicaria 7 Custodias continens, que Bosnensis appellatur (9).

Eodem quoque anno in Persia, civitate Toringie, pro fidei veritate martirii coronam adeptus est frater Gentilis de Matelica, cuius corpus Venetiis translatum est (10).

---

(1) *De ill.*, l. c. r. a. *Conf.* 333, 511, 544. Wadd. *Script.*, 122, 76², 77². Sbaral. *Suppl.* 242, I², 257 s.

(2) Wadd. 1328 n. 22 e Mar. Terrinca, ThEM, 410. Sbaralea, 580.

(3) Sbaralea, 377, 379. Wadd. 1285, n. 6.

(4) Cf. *Bartholi*, ed. P. Sabatier, Paris 1900, XCVII ss. Wadd. 114, 772², 78². Sbaral. 245, I², 260.

(5) CG 527. Glassb. 161. Wadd. 1324, n. 28 ss. Rodulphius, 240. ChHLeg. I, 46. Gubernat. III, 26.

(6) Exaggerat ultimo in puncto revocationis Papae tenorem; obiit vero 1334, die 4 dec. Raynald. 1334, a. 27 ss. 41 ss.

(7) CG 528. Glassb. 177 s. Wadd. 1337. n. 2. ChHLeg. I, 46-63 ubi Constitutiones, quae et BF VI, 25-42 et Gubernat. III, 27-47.

(8) CG l. c. ChHLeg. I, 63. AFH III, 169.

(9) BF VI, n. 65, 120, 273, 485 s, p. 74 s. Wadd. 1340 n. 6 ss. Civezza, *Stor. Miss.*, III, 561 ss. Custodias 7 habes ap. Eubel, *Prov.* 75 s.; Wadd. 1505, (XV², 337).

(10) *Conf.* 274 s, 556. Wadd. 1340, n. 17. Cf. *Catal.* 17, not. b.

Anno **1341** (1) Benedictus Papa XII ad supplicationem magni Imperatoris Tartarorum misit ad eum, causa predicandi populo suo fidem catholicam, fratrem Niccolaum Bonatum, Sacre Theologie Magistrum (2), et fratrem Iohannem de Florentia (3). Sed frater Niccolaus certis ex causis ad Curiam reversus (*sic*) frater Iohannes cum aliis Fratribus suam legationem complevit. Et dum fuit prope Amalech, Imperator in venatione venenatus interiit. Cui successit quidam Saracenus, qui primam crudelitatem in Christianos ostendens, ferali edicto precepit quod omnes christiani occidere[n]tur, nisi vellent effici Saraceni; et tunc fuerunt capti omnes Fratres de Conventu Amalech, videlicet Dominus et frater Ricchardus Burgundus, episcopus Amalech, frater Franciscus et frater Raymundus, uterque de Alexandria, frater Paschalis Hispanus, omnes sacerdotes, et frater Petrus, Provincialis, et frater Laurentius de Alexandria, ambo layci, et frater Iohannes de India, de 3 Ordine. Qui omnes multipliciter examinati in confessione vere fidei crudeliter fuerunt occisi, circha festum (**39** v:) sancti Iohannis Baptiste, anno **1342**. Ex quibus frater Iohannes supradictus nullum fructum fecit. Unde recedens de Amalech et transiens per multas terras et patrias, a Regina Sabba et aliis orientis Principibus multis tanquam magni Domini nuntius cum honore fuit receptus. Tandem intrans latissimum Imperium magni Cani, ab ipso maximo Imperatore honorifice receptus, tantam gratiam invenit, in conspectu eius, ut sibi et fratribus Minoribus dedit generalem licentiam per totum suum imperium predicandi. Et tunc frater Iohannes, portans sacram crucem in manu, hinc inde cum fratribus predicans, multos ad fidem Christi convertit, multasque ecclesias erexit, et nomen Christi dif[f]use et intrepide predicavit.

In ducatu Livonie et villa, que Vilni castro dicitur, Provincie Bohemie, ab idolatris interfecti sunt, pro predicatione nominis Christi, frater Ulricus de Alechiniucz et frater Martinus de Alid, anno Domini **1342** (4).

Eodem anno **1342** Robertus, rex Sicilie et Hierusalem, germanus Sancti Lodovici Episcopi, in ultimam incidens infirmitatem, adimplere optans ad minus in morte, illud quod ex consilio aliquorum adimplere non valuit, dum in sanitate vivebat, videlicet de intrare in Ordinem Fratrum Minorum, Ministrum Provincie Terre Laboris vocavit, et sibi dari habitum Ordinis postulavit. Quem cum devotione per 8 dies ante obitum suum recepit et professionem fecit in eius manibus, et tandem 8 diebus transactis, ut Frater Minor decessit et sepultus est (5).

---

(1) Iam anno 1338 missi sunt, Wadd. an. 1338, n. 1-16 et 1340 n. 1-6 et quidem non duo sed quatuor O. M. missi fuerunt; Eubel, BF VI, p. 58-66, 77-80.

(2) Boneti; Wadd. 1338, n. 11. Wadd. *Script.* 263, 179², 177³; Sbaral. *Suppl.* 552-3. Civezza, *Miss.* III, 611 ss.

(3) CG 530-5. Ioh. de Marignollis de Florentia, *Chronic. Bohemorum*, ap. *Fontes rer. Bohem.*, III, 492 ss. Cf. Marc. da Civezza, *Saggio di bibl. sanfranc.* Prato 1879, 374. *Conf.* 334-5. Eubel, BF VII, 60 not. Civezza, *Saggio*, 372, 374. Wadd. an. 1342 n. 11. Sbaralea, *Suppl.* 436 s. 441, 729. Rodolphius, 241-3.

(4) CG 535-6. *Conf.* 334, ubi Livonia non *provincia* sed *vicina* aliquantulum rectius dicitur; obierunt Wilnae. Wadd. an. 1342 n. 12. Civezza, *Miss.* III, 331 ss.

(5) *Conf.* 291, 347, 529. Wadd. an. 1342 n. 17 et 1343 n. 14 ss. (VII², 260, 295 s.); Rodulphius, 214. Obiit vero 19 ian. 1343. Sbaralea, *Suppl.*, 640. CG 537.

Federicus, Rex Trinacrie sive Sicilie, de domo Aragonum, hac quoque tempestate habitum Ordinis per Ministrum Sicilie induit, nec procerum dictis ab hoc potuit divelli proposito, et cum ipso decessit et sepultus fuit in Conventu Messine (1).

Non solum isti, verum et alii plurimi reges habitum Ordinis induerunt diversis temporibus, videlicet: Alphonsus, Petrus et Fernandus, qui his temporibus regnabant, omnes tres reges, scilicet avus, filius et nepos, cum habitu recedere voluerunt et sepelliri (2).

Iohannes, germanus regis Navarre, et primogenitus Regis Castelle (3), viventes habitum induerunt, et cum ipso in ecclesia cathedrali Toleti sepulti sunt.

(**40r**:) Sancia Regina, post obitum clare memorie serenissimi Roberti iam dicti, omnibus bonis suis pauperibus distributis, anno **1343**, in monasterio Sancte Crucis de Neapoli, sub prima et arctiori Regula Sancte Clare ingressa est, in quo per biennium sanctissime vixit (4).

Plurime alie sanctissime et illustrissime Domine fuerunt in isto Ordine Sancte Clare. In monasterio de Parisius claruit Soror Iohanna, germana Regis Navarre (5). In monasterio de Messina, insula Sicilie, fuerunt due filie Regis Petri (6). Elionora regina Portugallie, intravit monasterium Sancte Clare, in regno Castelle (7).

Helisabeth, regina Ungarie, defuncto Carulo rege, viro suo, anno superius expresso **1342**, patenter suscepit et portavit habitum tertii Ordinis. Hec mulier, filia Ladislai regis Pollonie, et mater Lodovici regis Ungarie, sanctissime vixit (8).

Blancha, item Regina Cathalonie, sub habitu et Regula tertia Domino famulavit (9). Maria, item regina, uxor Alphonsi regis Aragonum, habitum sumpsit tertii Ordinis (10).

L'an 1610 deceda le T. R. P. F. Antoine Leger (1), natif de Beauvais et profez du convent, scavant et celebre docteur de Paris, religieux d'un grand merite et d'une insigne pieté. Il gouverna la province pendant un an entier en qualité de vicaire provincial apres la mort du R. P. Jean Mabille et indiqua le chapistre provincial dans le convent de Beauvais l'an 1574. Trois annez apres, scavoir, 1578, il fut eleu provincial au chapistre tenu à Sens. Le Rme P. Christophe de Cheffontaine le nomma commissaire general sur la province de Tourainne. Il fut choisy ensuite pour gouverner le grand convent de Paris en qualité de gardien. Dans toutes ces charges et employs il se comporta toujours comme un vrai zellateur de son estat. S'estant retiré ensuitte au convent de Beauvais, il n'y fut pas plustost qu'on le demanda pour occuper la chaire de l'eglise collegiale de Saint-Quentin qu'il remply avec eloge l'espace de vingt années, en combattant par ses predications les heretiques et les confondans par ses doctes raisonnements. Il retourna enfin à Beauvais où il mourut aagé de 88 ans et fut inhumé dans le choeur.

Juin le 16.e

L'an 1495 le 16e juin deceda le R. P. Pierre du Bois, profez de cette maison, bon predicateur terminaire, religieux de bonnes mœurs et de grande edification. Il mourut audit jour et an que dessus. Son corps fut inhumé dans le cloistre. R. i. p.

Juin le 18.e

L'an 1672 deceda le T. R. P. Bernardin Chanterelle (2), profez du convent de Caën, docteur de Paris, religieux d'une conduite fort exemplaire. Il gouverna en qualité de provincial la province pendant trois ans avec beaucoup de prudence, ayant esté eleu ministre au chapistre de Sezanne tenu l'an 1668. Enfin, il mourut au convent de Caën et fut inhumé dans le choeur de l'eglise. R. i. p.

Juin le 19.e

Cejourd'hui 19e juin de l'an 1575 deceda le R. P. F. Augustin Froment, natif du village de Linant, paroisse de Tourny (3), profez de cette maison, tres docte predicateur, fort affectionné à ce convent. Ayant esté envoyé à celuy de Troye en qualité de lecteur, apres quelques années d'exercices, il y mourut et son corps fuit inhumé dans le chapistre.

Ce mesme jour de l'an 1690, deceda le R. P. F. Edme Rousseau, natif de Saint-Brix, profez de cette maison où il prit l'habit l'an 1647 et fit sa profession entre les mains du T. R. P. Bonnaventure Pincot, pour lors gardien, le 6e du mois de may 1648. Bachelier de Paris, religieux tres devot, il a esté gardien de ce convent pendant

---

(1) Il fut reçu 23e à la licence le 26 janvier 1574, et docteur le 20 octobre de la même année (Ibid., 15440, p. 101; ibid., 5657A, f. 51v.

(2) C'est sans doute Bernard Chanceret ou Chancerel, reçu 35e à la licence en 1640 (Bibl. Nat., Latins 15440, p. 171), le même qui au chapitre de 1644 à Auxerre fut élu définiteur pour la Normandie, et gardien de Caen.

(3) Turny (Yonne), cant. de Briennon-l'Archevêque, arr. de Joigny.

trois ans, depuis le chapistre de Laon tenu l'an 1665, jusqu'à celui de Sézanne, 1668. Il obtint obedience pour demeurer au convent de Sens où il mourut et son corps fut inhumé au bout des chaises du côté de l'Epistre, proche la premiere marche pour monter au santuaire où son frere fut mis ensuite.

Juin le 21.e

L'an 1620 deceda le T. R. P. Nicolas Perrinot (1), profez du convent de Troye, docteur de Paris, religieux fort zellé pour son estat. Il fut eleu ministre provincial de cette province au chapistre qui se tint au grand convent de Paris l'an 1598, auquel presida le R. P. General Bonnaventure de Calatagirone. Il s'en acquitta avec beaucoup de prudence. Il mourut et son corps fut inhumé dans le choeur de l'eglise de la mesme ville de Troye.

Juin le 22.e

L'an 1527 le 22e juin deceda le R. P. F. Jean Fabri, profez du convent de Liege en Flandre, religieux tres devot et tres assidue aux offices divins tant le jour que la nuit. On peut dire qu'il ne se dementy jamais des devoirs de son estat pandant l'espace de trante ans qu'il demeura de communeauté dans cette maison où il mourut. Il fut inhumé dans le cloistre vis-à-vis le chapistre. R. i. p.

Juin le 23.e

Cejourd'huy 23e juin 1643 deceda le R. P. F. Denis du Jour, natif de la paroisse de Migé (2), profez de cette maison, bon choriste et religieux fort affectionné pour son estat Ayant esté envoyé au convent de Troye pour y demeurer de communeauté, il y mourut ledit jour et an que dessus et fut inhumé dans le cloistre. R. i. p.

Juin le 24.e

Cejourd'huy 24e juin 1496 deceda le R. P. F. Estienne Foucault profez de cette maison pour laquelle il a beaucoup travaillié par son exemple et par ses doctes predications. Il mourut le jour et an que dessus et fut inhumé dans le chapistre.

Cejourd'huy 24e juin 1634 qui tomboit un samedy feste de saint Jean Baptiste, la chapelle de Saint-Jean bastie par Monsieur Jean Le Pierre, bourgois de cette ville fut beniste par Monsieur Rollé docteur de Paris et grand vicaire de Mgr. Dominique Seguier, evesque d'Auxerre. Le susdit Jean Le Pierre y fut inhumé le 6 du mois de mars de l'an 1635.

Juin le 26.e

L'an 1587 le 26e juin le R. P. F. Claude Bazin natif de Troyes et profez du mesme convent, religieux fort exemplaire, predicateur, bon terminaire, tres excellent chantre par la beauté de sa voix. Ayant esté dans cette maison pour y être de communeauté, il y mourut aagé de trante trois ans et fut inhumé dans le cloistre. R. i. p.

---

(1) Il fut reçu 29e à la licence le 6 février 1692, docteur le 26 mai de la même année (Bibl. Nat., Latins 15440, p. 119; Ibid., 5675A, f. 58v.

(2) Migé (Yonne), cant. de Coulange-la-Vineuse, arr. d'Auxerre.

Ce mesme jour de l'année 1642 deceda le R. P. Louis Marie, profez du convent de Chartres, lequel étant confesseur et aumosnier de Madame d'Arquien comtesse de Maligny, et l'ayant suivie jusqu'audit lieu de Maligny, il y mourut et fut inhumé dans l'eglise de la paroisse. R. i. p.

Juin le 27.e

L'an 1571, à la demande du R. P. Coquy gardien de ce convent et custode de Champagne, Messire Jacques Amiot, evesque d'Auxerre, reconcilia et benist l'eglise, la chapelle du Saint Nom de Jesus, celle des Avantures et generalement toutte cette maison qui avoint esté profanez par les herethiques huguenots l'an 1568.

Ce mesme jour de l'an 1676 deceda le R. P. F. Romain Boyer, natif du village de Chemilly (1), profez de cette maison dans laquelle il prit l'habit le 29 septembre 1615 et fit sa profession entre les mains du R. P. Chapelle, gardien, le 29 d'octobre 1620. Predicateur zelé et bon terminaire, religieux tres affectionné au bien temporel et spirituel de ce convent dans lequel il mourut âgé de soixente et huit ans, en ayant passé dans la religion cinquante six et cinq ans de noviciat. Il fut inhumé le premier dans le chapistre qui est maintenant, et apres que l'ancien eut esté changé en la sacristie, au costé gauche en entrant, tout proche les bants. R. i. p.

Juin le 29.e

L'an 1608 le 29 juin deceda le R. P. F. Jacques de Lignes (2), natif de Courcelles, paroisse de Tourcy (3), profez de cette maison, docteur de Rhims, religieux tres devot et tres scavant personnage. Il fut gardien de ce convent pendant trois ans, scavoir depuis le chapistre de Senlis de l'an 1589 jusqu'à celui d'Auxerre tenu l'an 1592, puis gardien à Sens trois ans et demy, ensuite à Mets en Lorraine, enfin confesseur des religieuses de Pont-à-Mousson (4) à la demande de toutte la communeauté. Apres y avoir exercé cette charge l'espace de six ans il y mourut et fut inhumé dans leur eglise.

Amiens, (Picardie), 21 janvier 1910. *(A suivre).*

P. Antoine Béguet O. F. M.

(1) Chemilly (Yonne). Deux localités de ce nom dans l'arr. d'Auxerre, cant. de Seignelay et de Chablis.

(2) Le ms. 323 de la Bibl. Prov. des Capucins de Paris, porte qu'il « était fort docte et bon scolastique. Lui et ses religieux,, de l'autorité du P. Claude Trahy provincial, contractèrent société avec le prieur et religieux de Saint-Germain [d'Auxerre], le 25 octobre 1590 ». L'acte s'en conserve dans les Archives de l'Yonne, H.

(3) Le MS. cité plus haut porte « Tourny » au lieu de « Tourcy », ce serait donc en réalité « Turny » qu'il faut lire.

(4) Pont-à-Mousson (Meurthe-et-Moselle), ch. l. d. c., arr. de Nancy. Monastère de Clarisses Collettines.

CODICOGRAPHIA

DESCRIPTIO CODICUM FRANCISCANORUM

BIBLIOTHECAE RICCARDIANAE FLORENTINAE.

(Continuatio) (1).

Cod. n. 470 chart. mill. 100×70 ff. non num. ab unica manu saec. XV exaratus. Lectu non facilis. Ad calcem plurima folia vacua sunt. Codex miscellaneus est, in eoque inveniuntur:

1. (f. 2r-9r). [**Expositio** decem preceptorum].

Inc. « Caritas explicatur per precepta ». *Des.* « et infirmitas que potest per naturam curari. Deo gratias ».

2. (f. 11r-70v). [**Soliloquia** S. Bonaventurae].

Rubr. « Ihesus, Maria, Franciscus. Incipit dyalogus sancti Bonaventure ordinis fratrum Minorum et sancte romane ecclesie Cardinalis, in quo anima devota meditando interrogat et homo interior mentaliter loquendo respondet. — Sancti Spiritus assit mihi gratia ». *Inc.* « Flecto genua mea ». *Des.* « unus Deus est benedictus in secula seculorum amen. Explicit. Deo gratias ». = Tituli contemplationum, necnon et verba *Anima* et *Homo,* quae passim repetuntur, atque etiam signum paragraphos distinguens, rubeo exhibentur colore absque ullo tamen ornatu. Codex iste iam collatus fuit a Patribus collegii S. Bonav. Cfr. *Opera omnia* t. VIII, p. XXVI, n. 3.

3. (f. 72v-233r). [**Meditationes vitae** D. N. I. C. s. Bonaventurae assignatae].

Inc. « Ihesus, Maria. Prologus in librum aureum beati Bonaventure Doctoris devotissimi Ordinis fratrum Minorum in vitam Iesu Christi Salvatoris nostri incipit feliciter ». = In fol. 73 r profertur imago B. M. Virginis, cui duo angeli coronam cingunt. In fol. 74 r legitur: « Ihesus, Maria, Franciscus. Prologus in librum » etc. ut supra usque ad « feliciter ». *Inc.* « Inter alia virtutum et laudum preconia de sanctissima Virgine Cecilia legitur ». *Des.* « tempore visitationis nos ad se dignetur assumere ressurrectione, de qua loquimur, Dominus noster Iesus Christus, qui est super omnia Deus benedictus et laudabilis in secula seculorum. amen. Explicit liber aureus de vita Christi per sanctum Bonaventuram Doctorem seraphicum editus sive compositus. Iesus sit benedictus qui liber est

(1) Cf. AFH I, 116-25; 433-42; II, 123-30; 319-24; 480-4.

scriptus ». = Sequitur duobus foliis tabula capitulorum. Meditationes vitae Christi inter opera S. Bonav. saepe in lucem prodierunt, minime vero ad ipsum pertinent. Cfr. S. Bonav. *Opera omnia,* ed. Parisiis, t. XII, pp. 509 sqq.

4. (f. 295v-296r). [Sententiae quaedam **B. Aegidii**].

Inc. « Dicebat frater Aegidius: Beatus ille qui amat et non vult amari, qui honorat et non vult honorari, qui bene se conducit erga alios, et non vult quod alii bene se conducant erga ipsum. Beatus qui non studet se aliquando componere.......... quoniam querebat. = Cfr. ed. Ad Cl. Aq. 1905, p. 4. « ..... Dixit frater Egidius nimis alta de predestinatione, quod sibi sufficiebat rippa maris ad lavandum pedes et manus et totum corpus; stultus enim erat, si querebat de illa aqua, que erat in profundo maris, et cui sufficit scientia ad bene vivendum non ..... ». Ed. cit. 107. Pisanus, *Anal. Fr.,* IV, 232.

5. [Narratio de apparitione Christi Fratri Leoni].

Inc. « Quadam vice Christus apparuit fratri Leoni dicens: Ego turbor ». *Des.* « ut deberent » = Prout in *Conformit.* Pisani l. c. IV, pp. 191-92, cum quibusdam parvi momenti variantibus.

Cod. n. 475 (K. IV. 34) membr. mill. 85×67 ff. non num. pulchre exaratus saec. XV. Tria adsunt folia membr. insiticia in principio et quatuor ad calcem. Quandoque margines variis ornantur coloribus, et in litteris initialibus imagines Sanctorum depictae inspiciuntur. In dorso ligaturae haec legitur superscriptio: *Breviarium | secundum ordinem | Monachorum.*

Inc. « Ad honorem domini nostri Ihesu Christi incipit Breviarium secundum Ordinem monachorum Cervarie ». In litaniis in hunc modum fit invocatio SS.: « S. Maure, S. *Francisce,* S. Dominice, S. Anthoni, ... S. Scolastica, *S. Clara, S. Heliçabeth,* S. Brigida ». Continet Officium S. Francisci incipiens ab oratione: *Deus qui ecclesiam* etc, et sequuntur IV brevissimae lectiones ex Legenda S. Bonaventurae. I[a] *Inc.* « Apparuit gratia ». IV[a] *Des.* « mercationum deputatus negotiis ». In litaniis quae pro moribundis recitantur, prius fit invocatio S. Dominici, deinde S. Francisci.

Cod. n. 479 membr. ff. non num. sunt tamen 86; primum et ultimum vacuum; nitide ac pereleganter prope finem saec. XV ab unica manu exaratus; nomen auctoris nullibi comparet. Continet

[**Psalterium** B. M. V.]

f. 2r. *Rubr.* « Psalterium Beate Marie Virginis. Psalmus I. Beatus vir qui diligit nomen tuum, Virgo Maria, gratia tua eius animam confortabit ». = Psalmi sunt 160, et sequuntur *Cantica* cum hymno: « Te matrem Dei laudamus, te Mariam Virginem profitemur ». *Des.* cum litaniis in honorem B. M. V. et orationibus, quarum ultima sic profertur: « Oramus etiam te, piissima Virgo Maria, mundi regina et angelorum domina, ut eis quos in purgatoriis ignis examinat impetres refrigerium, peccatoribus indulgentiam et iustis perseverantiam in bono. Nos quoque fragiles ab omnibus instantibus defende periculis. Per Dominum nostrum...... seculorum. Amen ». = Psalt. B. M. V. saepissime editum fuit inter opera S. Bonav. — Vid. Angelici, *Salterio Mariano del Ser. Dottore S. Bonaventura,* Camerino 1874. Certe non est Seraph. Doctoris; cfr. ed. Parisiens. t. XIV, pp. VII-XI; ed. Quaracchi t. VIII, p. CXI. Quisnam verus auctor huius Psalterii habendus, non facile potest definiri.

Cod. n. 606 (L. IV. 28) chart. mill. 220×150 ff. 189 tabulis ligneis ligatus corioque coopertis, est saec. XV nitide scriptus. In principio et fine folium membr. insiticium. Continet

[**Carmina** diversorum].

a) f. 156 v *Rubr.* « Helena perusina ex coppulorum progenita ad ventos ut placentur ».

Inc. « Non ego vos venti ». *Des.* « pia fata meis ».

b) f. 157 r. *Rubr.* « Eadem puella ad Camillam sociam ».

Inc. « Oro tuum spiret vultum ». *Des.* « perpetua virtutis ».

c) f. 157 r. *Rubr.* « Eadem. Epitaphium Magdalene ».

Inc. « Perlege marmoreo ». *Des.* « ingeniosa modis ».

d) f. 157 r. *Rubr.* « Eadem. Ad praeceptorem ».

Inc. « Praemia digna ». *Des.* « dona feram ». = Haec quae praecedunt carmina typis commisit Lami in *Catal. Codicum manuscriptorum, qui in bibliotheca Riccardiana Florentiae asservantur*, p. 230. = Circa vitam et opera Helenae de Coppoli, quae velum S. Clarae inter moniales S. Luciae Fulginates assumpsit, cfr. Faloci, *Archivio storico per l'Umbria*, I, 280 sq. et IV, 259 in nota.

Cod. n. 669 chart. mill. 210×160 ff. 388 intricatis litteris scriptus saec. XV. Ex diversis compactus codicibus insimul ligatis. In dorso apponitur inscriptio: *Opuscula graeca et Latina Mss.* Ad nos tantum facit

(f. 99r-133r). [**Testamentum** Raimundi Lulli].

Inc. « Testamentum Raimundi Regi Carolo. Cum ad nos venisti, dilectissime filii ac princeps, in tali passu ac mortis articulo valde gravi anima mea cum a te paternam et aliquam tui patris Ilmi. amicitiam, quam per dedignationem interruperam vituperatam intelligam ». *Des.* « Et habes totam nostram doctrinam alchimicam, tam vegetalem quam animalem quam etiam mineralem cum omnibus suis circumstantiis diffusam et claram. Finis huius pretiosi tractatus. Laudem Dei ». = Mangetus, I. I., *Bibliotheca chemica curiosa seu rerum ad alchimiam pertinentium thesaurus*, Genevae 1702, I, 707; cf. infra cod. 885, n. 6.

Cod. 683 (M. IV. 33) chart. mill. 210×150 ff. 211, membrana ligatus cum hac inscriptione in dorso: *Miscellanea | Latino volgare | Sec. XIV-XV.* In principio duo inveniuntur folia inserta, in quorum primo index contentorum praefigitur; alia duo ad calcem vacua iacent. Codex ex diversis compactus est et in fine mutilus remanet propter ablationem quorumdam foliorum. Notatu digna invenimus:

1. (f. 67r-72r). In laudem Sixti Quarti pontificis maximi Antonius de Thomeis Romanus edidit.

Inc. « Dal magno eterno dio beato
Et dal figlio Salvator benigno
Fusti nel cielo empirio creato ».
Des. « Se in alcun dire o gesto hauessi errato
Domando venia a ti, padre beato ».

2. (f. 180r-185v). [**Fragmentum itinerarii** B. Odorici de Portu Naonis, O. F. M.].

Inc. « Anno MCCCXVIII Io frate Odorigho de Fringholi dellordine de frati minori della provincia di padoua, volendo fare memoria de paesi e provincie le quali trouai partendomi da padoua, e venni

in chostantinopoli ed quindi passai il mare maggiore e venne in trebisonda nella contrada detta ». *Des.* « perveni allo impero di Zampa che e bella terra e molto abondante quasi in ogni cosa, quello imperadore ac nel torno di XIIII li lionfanti, e gli altri huomini anno i lionfanti come gliomini di questa contrada anno i buoi. e quello imperadore, si chome si dice per esso che da tutti ani CC figlioli tra maschi e femine propii suoi; non sentimo piu ». = Est fragm. Cap. I-XXXVII, ed. P. Teof. Domenichelli, O. F. M. *Sopra la vita e i viaggi del B. Od. da Pordenone,* Prato 1891, 201-226. Cf. et Cordier, *Les voyages en Asie au 14e siècle du Bx. Od. de Pordenone,* Paris 1891. = Cfr. Sbaralea, *Suppl.*, 569.

Cod. 688 (M. I. 21) chart. mill. 210×140 ff. 154 tabulis ligneis ligatus et in dorso pelle, cum hac apposita inscriptione: *Tractatus* | *de* | *mirabilibus* | *Romae.* Prope finem saec. XIV fere per totum ab unica manu exaratus. Codex est miscellaneus et quoad historiam franciscanam continet

[Versus in laudem **Logicae Ocham**].

(f. 132 r. olim CXXX). *Rubr.* « Incipiunt versus Francisci organiste de Florentia missi ad dominum Antonium plebanum de Vado grammatice, loyce, rethorice optimum instructorem. Et facti in laudem loyce Ocham ». *Inc.* [V]ix bene dimidium bigis raptata tenebat. Nox obscura polum longe amplius omnia toto ». *Des.* (f. 135 r. olim CXXXIIIJ). « Te magis hec, Cicero, laudum preconia pungunt, ideo cum nullius ordinis sint, ibunt ubi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat ». — De Ochami Logica, Sbaralea, 327; I², 345 s.

Cod. n. 691. (M. I. 32) chart. mill. 235×165 ff. 90. In principio et ad calcem nonnulla adsunt folia vacua et absque numeratione. Ab unica manu saec. XVI prope initium, exaratus. Notulas quasdam marginales posterior manus apposuit. Tituli necnon litterae capitales rubro exhibentur atramento. Continet

[**Compendium** de numero philosophorum **Raim. Lullio** attributum].

(f. 1r.). *Rubr.* «Compendium vel vademecum de numero philosophorum sive clausula testamenti aut Codicillus Raimundi lulij de insulis balearibus vel maiorica ».

Inc. « Alphabetum vademecum seu codicillj. — B. prima principia materialia s. aurum et argentum ». f. 2v. *Rubr.* « In nomine dni. nri. Iesu Xpi. Incipit compendium de numero philosophorum sive clausula testamenti aut codicilus magistri Raymundi Lulij ». *Inc.* « Deus in virtute tue sancte Trinitatis in qua unitas ». *Des.* f. 87v: « Et secundum istas quas tibi dedimus, multas alias facere poteris ad libitum, dum tamen intelligas magisterium. Deo gratias. Nobis parta ges(?) nullum maris equor arandum. Laus Deo semper. Τέλος. Amen ». f. 88r. « Tabula Alphabeti codicilli sive Compendii ». = Alia folia vacua inveniuntur. Cf. Nicol. Antonius, *Bibliotheca hispana vetus,* II, Matriti 1788, 137; cf. Mangetus, l. c. I, 880.

Cod. n. 723. (N. II. 9) chart. mill. 215×150 ff. 77 prope finem saec. XV ab unica manu exaratus. Tabulis ligneis ligatus et in dorso pelle; in principio et ad calcem duo reperiuntur folia addita in quorum primo, quod in initio adest, legitur: *Plutarchi, Valerii, Ciceronis et Fr. Francisci Paduani quaedam.* In secundo index contentorum apponitur. Litterae capitulares caeruleae, et ad marginem notulae sparsim inveniuntur rubro atramento. In codice misc. continentur de re franciscana:

1. (f. 47r-68v). **Breviloquium** Fr. Francisci Paduani].

Rubr. « Ad nobilem celebremque virum P. Cosme de Medicis, Fratris Francisci cognomento paduani ex ordine Minorum Breviloquium De epidimia (*sic*) incipit feliciter ». *Inc. praef.* « Caritatem virtutum omnium esse principalissimam ». *Des.* « non meritum recipientis ac dignitas ». *Rubr.* « Prefatio explicit ». = *Inc.* opus: « Cum hominibus, ut videmus ». *Des.* « talis iam nunc esse conare unde tandem detur ad groliam (*sic*) promoveri ». *Rubr.* « Finis. Anno quidem domini MCCCCLVI. de mense Septembris editum feliciter atque perfectum ». = Cfr. Sbaralea, *Suppl. SS.* s. v. Franciscus Florentinus, p. 254; I², 1908, 269.

2. (f. 68r-69r). [**Epistola** Petri Cosmae de Medicis, praecedentis operis commendativa].

Rubr. « Petri Cosme de Medicis epistola commendativa superioris operis suo nomini et saluti dedicati atque inscripti veluti titulus in principio affixus manifestat ».

Inc. « Petrus de Medicis c. f. Magistro Francisco cognomento paduano S. P. D. — Nihil in humanis ». *Des.* « amore benevolentiaque prosequere. Ex Caffagniolo Kl. Augusti MCCCCLVII° ».

3. (f. 69r-75v). [**Epistola** Fr. Francisci Paduani].

Rubr. « F. F. cognomento paduani de ordine minorum ad magnificum Petrum Cosme de Medicis funebris epistola incipit feliciter ». *Inc.* « Gravissimum et inopinatum vulnus ». *Des.* « assistentes Deo, qui est benedictus et laudabilis in Trinitate perfecta in secula seculorum. Amen. » = Sbaralea, loc. cit.

4. (f. 76r-77v). [**Epistola** Fr. Francisci Paduani].

Rubr. « Eiusdem F. funebris epistola de dormitione magnifici C. ad prestantissimum ipsius filium Medicem incipit. — Rem tibi, amantissime Petre, dicturus sum incredibilem ». *Des.* « existimemus, ut possimus esse perpetui. *Rubr.* Finis ». = Sbaralea l. c.

Cod. n. 734. chart. mill. 220×150 ff. 125. In principio tria adsunt folia insiticia, quorum primum indicem contentorum exhibet. In secundo insiticio legitur: « 30 Novembris 1761. Excerptum ex litteris *Io. Bapt. Martinii,* Ord. Minorum [Conv.] S. Francisci viri in re musica peritissimi ». — Opinionem suam exprimit circa auctores, quibus opera quaedam in codice contenta adiudicanda sunt. Desinit in folio tertio insiticio cum hac subscriptione: « Ita est Laurentius Florentinus ». Inter hos tamen musices scriptores nullus invenitur Frater Minor.

Cod. n. 759 chart. mill. 330×235 ff. 291 membrana ligatus. In dorso haec exhibetur inscriptio: *Poggi | Epistolae | sec. XV.* Nitide exaratus ab unica manu. Tituli seu directio litterarum quandoque rubeo exarantur charactere. Inter easdem nonnullae inveniuntur, quas Poggius quibusdam ex Ord. Minor. Fratribus scripsit.

(fol. 24v). *Inc.* « Poggius sal. pl. dicit Nicolao suo ». Scribens Nicolao loquitur de *Fr. Magistro Francisco Aretino.* — *Inc. epist:* « Tu putas, ut videor, videre ex tuis litteris me ludere tecum de *fratre francisco* ». *Des.* « si quis amplius de me querat. Vale, saluta Luschum nostrum Cosmum et Laurentium. Ferentini die XIII Augusti ». Edit. Poggii *Epistolae* ed. Thomas de Fanellis, Florentiae 1832, t. I. lib. III, ep. XL, 290-291.

(fol. 26r-27v). *Inc.* « Poggius pl. sal. dicit Nicolao suo. V. C. Longo sermone mecum egis ». *Des.* « tacebo, licet m'abbondi tema. Vale et has litteras communica cum fratre Ambrosio, ut sciam iudicium suum. Rome uno impetu et veloci manu: die XVI decembris 1429 ». Loquitur de *Fratribus Observantiae,* laudatque *Fr. Bernardinum* (de Senis) et *Fr. Albertum de Sarteano* ». Ed. Flor. lib. IV, ep. III, p. 296-301.

(fol. 33v). *Inc.* « Poggius pl. sal. dicit Nicolao V. C. Dici non potest, quam gratum ». *Des.* fol. 34v-35r. « Ex malignitate aliorum vite quam istius culpa » et 35r. « Vale et me, ut facis, ama. Rome iiij idus Ianuarii ». Ed. Flor. lib. III, ep. XXXV, 277-282, ubi pro *Ianuarii* habetur *Iunii.* Loquitur de *Fr. Bernardino* (*de Senis*), per transennam et magnis elogiis de *Fr. Alberto de Sarteano:* « est mihi amicissimus propter virtutem suam, est enim doctus et perhumanus, viteque, ut puto, integerrime ».

(fol. 61v-62r). *Inc.* « Poggius pl. sal. dicit Nicolao suo. Heri recepi a te litteras ». *Des.* « ego precurram et ad vos advolabo. Vale. Saluta Laurentium, Nicolam et fratrem Ambrosium nostrum. Manu festina Ferentini die XXIII Iulii 1429. « Si facultas erit, videbo Arpinum, Ciceronis nostri patriam, distat enim XVI millia passuum. Dicas Ser Angelo contribuli meo me valere. Idque meis significet ». = Ed. Flor. lib. III, ep. XXXIX, 287-290. — Loquitur de Magistro *Francisco Pistoriensi,* cui Pontifex dederat licentiam visendi sacra loca Palaestinae etc.

(fol. 90v-91v). *Inc.* « Poggius pl. sal. dicit Francisco Barbaro V. C. Iam tandem gaudeo te factum esse christianum relicta illa iesuitate quam ascribebas principiis litterarum tuarum. Animadverti quidem, te descivisse ab eorum impudentia *qui nomine Iesu soli inherentes novam heresis sectam moliebantur,* gloriamque in amplificatione eius nominis querebant apud vulgus et rudem plebem ». *Des.* « aut non magnopere adversabuntur. Vale, mi francisce, et ama me. Rome die XVIII Decembris ». = Edit. Flor. lib. III, ep. XXVI, p. 261-263. Edit. Lutetiae Paris. facta a Dominico Georgio typis Antonii Urbanii Coustellier 1723, ep. XIV, p. 176-177.

(f. 91v-93r). *Inc.* « Poggius pl. salutem dicit FRATRI ALBERTO ». — « Tantum abest ». *Des.* « missi sunt. Vale et me ama. Rome VIIII Kal. Martii ». Ed. Flor. lib. IV, epist. VII, tom. I, p. 310-315. Editio Argentinae impensis Ioannis Knoblouchi litterario prelo Ioannis Schot. an. MDXIII. fol. 120r-121v.

(f. 94v-95r). *Rubr.* « Magistro FRANCISCO DE PISTORIO ORDINIS MINORUM ». — *Inc.* « Venerabilis Pater: Pridem habui litteras a te ex Chio duplicatas ». *Des.* « pollicitus est. Vale et me Andreolo nostro commenda. Rome etc. ». — Ib. epis. XV pag. 330-333. — Edit. Lutetiae ep. XVIII p. 181-182.

(f. 95rv). *Inc.* « Poggius pl. sal. dicit Andreolo Iustiniano V. C. ». « Licet vel nimium ». *Des.* « facturum. Vale et me, quando id mutuo sit, ama. Rome XXII die Ianuarii ». — Sermo fit in hac epistola de litteris *Fratris Francisci a Pistorio,* in quibus de capitibus arte sculptorica marmore confectis sibi loquebatur. = Ibid. ep. Ed. Flor. XVIII, p. 341-343.

(fol. 104r). *Inc.* Poggius pl. sal. dicit Suffreto Rhodi commoranti. Vir insignis. Existimo te ». *Des.* « ne videar deffidere tue liberalitatis. Vale et me ama. Rome die XXVI mensis Maii ». Ed. Flor. lib. IV, ep. XXI, p. 347-349. = Loquitur de Magistro *Francisco Pistoriensi,* cui commisit in Graeciam proficiscenti « ut diligenter inquireret, si quid signorum reperire posset, que ad me deferret; delector enim admodum sculpturis ac celaturis in memoriam priscorum excellentium virorum » Cuique Magister respondit: « Scripsit mihi nuper Franciscus, magnam copiam bonorum signorum te congregasse ». = Ed. Argentinae, fol. 121v-122r.

(f. 187r). *Inc.* « Poggius FRATRI ALBERTO ORDINIS MINORUM Sal. pl. dicit. Scis esse Ciceronis ». *Des.* « non causa questus. Vale et ama me. Senis die X maij ». Ed. vol. II, lib. VIII, ep. XLII, p. 273-4.

Cod. n. 779. chart. mill. 300×200 ff. 444, ab unica manu exaratus saec. XV. In principio decem sunt folia insiticia, quae numeratione romana discernuntur, et in eisdem praefigitur index epistolarum, aliorumque tractatuum in codice contentorum. Ligatura membranacea. Codex ad calcem mutilus continet de re franciscana:

1. (f. 330r-333r). [**Orationem Fr. Apollonii Bianchi** de Laudibus Principis].

Inc. « Magni et excellentis ingenii quo mihi carere videor ». *Des.* « congratulacione felici consequentur. Ad divum Leonellum Estensem fratris *Apollonii Bianchi* placentini or. Min. oratio explicit ».

2. (f. 333v-334r). [**Epistolam** eiusdem].

Inc. « Divo Leonello Estensi frater *Apollonius Bianchius* s. p. d. Etsi eo glorie res tue pervenerint ». *Des.* « Quemadmodum et feci nuperrime et sepissime faciam. Vale, decus principum ». = De hoc scriptore cfr. Sbaralea, loc. cit. p. 95.

Cod. n. 784. (M. IV. 32) chart. mill. 300×210 ff. 262 a pluribus scriptus manibus saec. XV prope initium, et ex diversis compactus codicibus. In principio quatuor adsunt folia inserta, in quibus index contentorum in codice miscell. apponitur; aliaque quatuor vacua in fine codicis adinveniuntur. Tabulis ligneis, corioque in dorso ligatur. Inter plurima quae continet, notatu digna sunt

1. (f. 157r-158v). [**Fr. Iohannis de Cultellinis, O. M.**]. Sermo ad Regimina civitatis Bononie in die Pasce, ubi tractatur de pace.

Inc. « Pax vobis. Ioannis ultimo. Salvatoris nostri de morte hodie triumphaliter resurgentis ad discipulos suos ». *Des.* « pacem habete, et Deus pacis erit vobiscum in presenti per gratiam et in futuro per gloriam. Amen. Suprascriptus Sermo factus et compositus et recitatus per magistrum *Iohannem de Cultellinis de Bononia,* ordinis Minorum Sacre Theologie professorem fuit coram Regiminibus civitatis Bononie M.°CCCC.°XVI°.

2. (f. 159r-160r). Alius sermo eiusdem Magistri *Iohannis* ad Regimina Bononie in die Pasce 1417.

Inc. « Epulemur non in fermento malicie et nequicie sed in azimis sinceritatis et veritatis. Verba hec originaliter habentur prima ad Cor. 5°, transumptive vero in epistola ». *Des.* « ait Tullius 3° de officiis; honoris, inquam, in presenti et glorie in futuro quam vobis et mihi concedat etc. ».

3. (f. 208rv). [De laudibus **Alexandri V.**].

Inc. « Reverendissimo in Christo patri et honorandissimo domino meo carissimo domino miseratione divina Cardinali Ravennati dignissimo. — Epistola Abbatis monasterii de Oliveto de laudibus sanctissimi domini nostri moderni domini Alexandri divina providentia pape uniti. — Reverendissime in Christo Pater et honorandissime domine, domine mi carissime, humili recommendatione

premissa, sicut hodie aliam tibi». *Des.* «prefati domini nostri pape humilime recommenda quantumque potes effice cariorem. Vale. Datum Mediolani die primo mensis februarii 1410. V. P. devotus orator et filius Abbas monasterii de Oliveto».

4. (f. 210r). [Epistola Innocentii VII **Fratri Petro de Candia**].

Rubr. «Copia epistole sanctissimi domini nostri Innocentii divina providentia pape septimi. Ad Reverendissimum in Christo patrem et dominum fratrem *Petrum de Candia,* Ordinis Minorum Archiepiscopum Mediolan. dignissimum, qui postea fuit Cardinalis Mediolan. et legatus. Et nunc est eadem providencia papa unitus, vocatus dominus Alexander quintus».

Inc. «Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Archiepiscopo Mediolan. salutem et apostolicam benedictionem. Interni luminis perspicacitate». *Des.* «Altissimus inspirabit. Datum Rome apud sanctum Petrum decimo Kallen. Ianuari Pontificatus nostri anno primo».

5. (f. 210r-218r). [Ad hanc responsum Iohannis de Capitaneis].

Rubr. «Copia epistole responsive facte prefato sanctissimo domino nostro Pape. Ad meritum, honorem et dignissimam laudem utriusque ipsorum domini nostri pape requirentis et domini archiepiscopi requisiti per Prepositum ecclesie sancti Ambrosii Mediolan. qui nunc est Abbas monasterii de Oliveto».

Inc. «Vidi, Sanctissime Pater, cum ea, inquam, qua decuit reverentia, vidi litteras sanctissime dignationis tue, quas scripsisti Reverendissimo in Christo Patri et honorandissimo domino meo carissimo domino fratri *Petro de Candia,* Ordinis Minorum, Archiepiscopo Mediolan. et magistro Parisiensi Sacre Theologie». *Des.* «finemque perfectum perveniamus, dignetur Omnipotens Deus, qui fine caret, quique sine fine vivit et regnat, et cui est omnis honor et gloria et potestas et perpetuitas per infinita secula seculorum. Vale. Actuum Apostolorum XVIII°. Iterum vale. Datum Mediolani die mensis martii 1405. S. S. devotus orator et familiaris et primo filius, Iohannes de Capitaneis de Crispis Prepositus ecclesie Sancti Ambrosii Mediolan. utriusque iuris et rethoricorum professor minimus».

6. (f. 236r-237v). [**Fr. Ioannis de Cultellinis** O. F. M. Sermo ad Sigismundum Romanorum Imperatorem].

Rubr. Ad dominum Gismundum Romanorum Imperatorem per oratorem civitatis Bononie congratulando de eius assumptione ad Imperialem celsitudinem».

Inc. «Serenissime Imperator et semper auguste. Ex impositione magnificorum Regiminum». *Des.* «et ad congratulandum me eorum vice miserunt etc. — Suprascriptus sermo fuit compositus et recitatus per magistrum *Iohannem de Cultellinis de Bononia,* Ordinis Minorum et sacre Theologie dignissimum professorem, ambasiatorem tunc Communis Bononie in presentia Domini Imperatoris Romanorum gaudendo et congratulando ex parte dicti Communis de eius promotione atque electione ad imperialem celsitudinem». — Electus fuerat in imperatorem discorditer 20 sept. 1410 et denuo unanimiter 21 iul. 1411; circa hoc tempus legatio illa assignanda.

(Continuabitur). P. Athanasius López, O. F. M.

BIBLIOGRAPHIA

1. **Fierens,** Alph. — *La Question franciscaine. Les écrits des zélateurs de la Règle aux premiers temps de l'histoire franciscaine d'après les récentes controverses,* ap. *Revue d'Histoire ecclésiastique (RHE).* — Louvain, Ch. Peeters, 1906, vol. VII, pp. 410-33. — Separatim: Extrait de la *RHE* VII, n. 2, ibidem 1906, pp. 26.
2. **Idem.** — *Les Origines du Speculum Perfectionis* ap. *Annuaire de l'Université catholique de Louvain, 1906, Rapport sur les travaux du Séminaire historique pendant l'année académique 1905-06, (AUL; Sém.hist.),* p. 300 in-12°, pagg. 344-78. — Louvain, Van Linthout, 1907. — Extrait, pp. 39.
3. **Idem.** — *Les Problèmes de la Legenda trium Sociorum,* ap. *AUL; Sém.hist. année* 1906-07, in-12°, pag. 344-78. — Ibidem, 1908. — Extrait, pp. 24.
4. **Idem.** — *La Question Franciscaine. Vita S. Francisci Anonyma Bruxellensis d'après le MS. II. 2326 de la Bibiothèque Royale de Belgique,* ap. *RHE,* VIII, (1907), 57-80, 286-304, 498-513; IX, (1908), 38-47, 703-27; X, (1909), 42-65; 303-7. — Extrait de la *RHE,* ibid. 1909, pp. 122.

1. D. A. Fierens, Dr. Phil., quondam Academiae Lovaniensis alumnus, modo vero Instituti Belgici Romae addictus, per plures annos in quaestiones criticas circa vitas, legendasque S. Francisci saepius ardore summo, plurima industria atque sagacitate mira exagitatas a pluribus, incubuit iuvenili zelo dum in seminario historico, quod dicunt, Academiae praelaudatae ageret. Prima dissertatio in forma sua prima, parum breviore, iam prodierat ap. AUL; *Sém.hist.* 1904-05, (ibid. 1906), 467-86; (*Extrait,* pp. 26). — Est expositio diligens variarum hypothesium, quae circa partes et compositionem probabiles *Legendae trium Sociorum* [*3 Soc.*], 11-19 [418-26] — [numeri uncis angularibus inclusi denotant pagg. operis, in quo primitus diss. A. F. editae fuerunt, alii vero editionum seorsim factarum] — atque controversiarum de *Speculo Perfectionis* [SP] ed. P. Sabatier, Paris 1898, ortarum, 19-24 [426-31], additis paucis, 24-5 [431-2], de reconstructionibus *3 Soc.* attentatis, quin auctor proprium iudicium exprimat.

2. Dissertatio ista Originem SP inquirit ac contentorum plurium et variorum codicum, qui SP exhibent et iam ab aliis, praecipue a cl. P. Sabatier, descripti sunt. Utens conceptu, quem iam expresserunt P. Sabatier, *Bartholi,* (1900), CXLIX, *Opuscula S. Franc.* (1904), VII sqq., et

H. Boehmer, qui (*Analekten*, XV-XX) varias *collectiones* opusculorum S. Francisci etc. distinxerant, F. alias, *collectiones opusculorum* et *Legendarum* S. Francisci, quibus SP etc. contineantur discernere satagit. Opinatur tres istarum typos seu species exstitisse, quarum I^m^ *Collectionem Italam*, II^m^ *Europae Occidentalis*, III^m^ *Europae centralis* nuncupat. Primae speciei accenset Codd. Vatic. lat. 7650, S. Isidori (Romae) 1/25, conventus O. F. M. Omnium Sanctorum (Florentiae) et O. M. Capp. Fulginei (p. 8-11), (quos iam P. Sabatier unius esse familiae dixerat, *Bartholi*, CXLIX); secundae adsignat Codd. Mazarin. (Paris) 1734, 989; Universit. Leodiensis 343; Facult. Protest. Paris; et theol. lat. 4°, 22, Bibl. Regiae Berolini, praeter 4 [rectius 3! cf. infra] MSS. perdita (11-15). Tertiae tandem Classi: Vat. lat. 4354; B. Reg. Berol. theol. lat. 4°, 196; Liegnitz, 12; Budae, Mus. hungar. 77; (*Speculum Vitae;* edit. Venet. 1504; Metis 1509) et quaedam MSS. dubia, (15-25) attribuit. — Quibus sic ordinatis, investigat fontes, e quibus collectiones seu compilationes illae haustae sive centonis instar collectae, quoad omnes suas partes integrantes, capita etc., fuerint; quo tamen in examine se limitat ad *Speculi Perf.* (ed. Sabatier) fontes concluditque (36), SP esse *extractum* sat tardum e compilatione antiquiore, scil. e *Legenda antiqua* [LA], quae ante 1318 compilata fuisset Avinione (38).

Quae quidem conclusio hypothetica valde nobis videtur. Exaggerat A. F. plures expressiones Prologi LA^ae^ (35), ubi '*non novum opus*' magis ad tenorem refertur, quam ad formam. Quisnam an. 1318 (sic Cod. Omn. Sanctorum) SP compilans, 'Legendam antiquam' vocasset opus adeo recens? Annus emortualis Ioh. de Alverna ei contradicens formaliter, non adeo facile respui potest nec debet (37, not. 5). Sex capita illa «aenigmatica», quae etiam in Expositione Regulae Fr. Ang. Clareni occurrunt, nihil in controversia adeo intricata decidere posse nobis saltem modo compertum est. — Sed neque basim ulteriorem hypotheseos cl. A. F., scil. tres illas MSS. classes admittere possumus. Fieri nequibat, ut e Vat. lat. 4354 adeo confuso, et quoad textum adeo depravato, alii codices admodum diversi derivarent ullo modo et quidem 'via correctionis' (23)! Neque in genere librarios seu librariolos medii aevi adeo peritos, sagacesque correctores (25), facile quisquam arbitretur, minusque insuper eos criteriis moderni fontium investigatoris oculatissimi ductos esse opinabitur quispiam. — Idem dicendum de compositione et filiatione codicum Classi I^ae^ adsignatorum, inter quos saltem Cod. conv. Omnium Sanctorum SP iam 1318 perfectum esse expresse dicit. Consulto omisimus MS. deperditum Buxeti, de quo parum scimus (9), et tria sola MSS. classis II^ae^ numeranda ei erant, cum tertium nonnisi ex secundo (12) a Bollandistis saec. XVII exemplatum sit; AFH I, 308 sq. Si vero hunc adhibendum censuit F. a fortiori MS. Bruxell. an. 1549 omittendum non erat ob temporis notam (13 not. 1); de eo cf. AFH I, 316 sq. Remanent ergo nimis hypotheticae istiusmodi classes ab A. quamvis sagacissime indagatae, et pluribus longe aliis disquisitionibus opus est, dum ad rem aliquatenus firmam deveniatur. De aliis MSS. non penitus F. omittendis, cf. diss. P. Bon. Kruitwagen, AFH I, 304 sqq., 340 sqq. Qui et viam maxime securam, licet longinquam et poenosam ostendit ad certas conclusionis perveniendi ac ipse optime trivit.

3. Problemata etiam e *Leg. 3 Soc.* scaturientia solutionis arduae sunt, uti de ea controversiae plures habitae demonstrant. Examen *3 Soc.* post W. Goetz, *Die Quellen zur Geschichte d. h. Franz*, Gotha 1904, reassumit A. F., contra eum: 1°) Epistolam *3 Soc.* praefixam a u-

thenticam dicit (8-10), fortuito *3 Soc.* additam (10-1). Compilator *Leg. 3 Soc.* 'traditionalis', circa 1300 iuxta A. F. (20), textum aliquem adhibuit, qui forsan *Legenda Ioh. Notarii* fuit, et quem iam an. 1247 etiam Th. Celanensis pro parte chronologica *Legendae II* adhibuerat. Praeter hoc Th. Celanensis, pro parte systematica *Leg. IIae*, forsitan usus est, iuxta A. F. (21), collectione originali *3 Sociorum*, in qua — inter alia nondum determinata —, continebatur in specie SP *Redactio I*, (ed. L. Lemmens, 1901), (et proinde saltem partes communes SP *Red. I*, Sabatier, et SP *Red. II*) (14-6, 20-1). Opus illud, quia, ait A. F., notarii apostolici erat, reveritus est Celanensis ita ut illud penitus immutare haesitaret, quod et fecerunt B. de Bessa, *Anonym. Perusinus*, auctor *Legende traditionalis 3. Soc.* etc. Opiniones istae subtilis indagatoris A. F. hypotheses sunt, caeterum non novae, nec tamen negligendae.

4. Opusculum quartum cl.° A. F., occasionem praebuit experimenta capiendi, speciminisque dandi, de valore effectivo hypothesium ab ipso praevie subtiliter expositarum. Accurate enim inibi *Codicem Bruxell.* describit compilatione promiscua Vitam S. Francisci continentem. Cod. est saec. XIV-XV; diligenter eiusdem lectiones ab editionibus variantes adnotat, atque in notis conclusiones, quae nobis hypotheticae nimis videntur, circa valorem vel prioritatem textuum exponit. In textu edendo commata etc. MS[i] serviliter reproducit. — In genere sane adnotandum est, ab uno codice cum editionibus relato, conclusiones inferri non posse, quae statim naturam textus MS[i] prodant. Nam editor vel auctor facilius periculum incurrit textum proprium nimis existimandi, uti et A. F. 35 not. 3 [294], 37 not. 2 [296], 38 n. 2 [297], 41 not. 3 [300], 43 not. 1 sqq. [302], 47 not. 1 [500], 51 n. 3 [504], etc.; et alia ex parte fontes alii quaerendi sunt priusquam certi quid statui poterit, si agitur de codd. saec. XIV vel XV. Ut ad particularia descendamus, A. F. non advertit p. 38 num. 20 sumptum esse e Bonav. *Leg. Minore* I, lect. 2; item 41 num. 13 usque 17, ibid. I, lect. 4, unde patet notam generalem de isto capitulo parum valere. P. 41 n. 13 pro *adsinco*, 'voce inintelligibili' (41 n. 1), legendum est cum *Leg. Min.: absinthio.* — P. 42 n. 5 item est e *Leg. Min.* I, lect. 6 ad verbum; et nota corruit; item 42 n. 10, (paucis mutatis). Item 52 not. [505], et textus quem ap. Bonaventuram non invenit A. F., habetur *Leg. Mai.* c. 3 n. 4 (legas *oculata fide* pro *oculta*), notaque, quae etiam ad Fr. Leonem locum referre vult, inanis fit. — Item Cod. S. Isid. 1/92 (aliique Codd.) habet: *quantum memoria teneo*, pro *quorum memoria teneor* unde etiam conclusio de 'opere personali' (55, 57 not.) evanescit, et lectiones auctori eo magis curandae erant, quo minimis in variantibus deductiones saepe struat. — P. 86 n. 24 [719] est ex II Cel. II, 83 (al. III, 60) n. 118 haustum. P. 89 n. 1 [723] est etiam ap. Minocchi, *Leggenda antica*, Firenze 1905, c. 44, (quam adeo negligere forsan non debuit A. F.); cf. quoque *Lib. Conformitat.*, fruct. 18 (l. II, fr. VIII) p. II; Mediol. 1510, f. 184 v. b; 1513, f. 164 v. b. — P. 96 s. n. 1 [44 s] est ex II Cel. II, 116 (al. III, 93) 157. — P. 105 n. 7 habetur apud B. de Bessa, AF III, 683 et ap. Pisanum, AF IV, 435. — P. 53 n. 8 cf. *Fioretti*, ed. Passerini, Firenze 1603, 286-7. — Notanda sunt certe c. I n. 3-6; c. IX n. 7 (cf. II Cel. II, 115 (III, 92), 155): Punitio Fr. Barbari, quae Limissii (Cypri) accidisse dicitur (nescio e quo fonte litterario, vel forsan e traditione locali a peregrinanti inde allata): Miracula S. Francisci c. XIX, 105 sqq. [53 sqq.]; ubi etiam praetensa illa prophetia Sancti circa Schisma etc., atque c. XXXI, 111-3 [59-61] ubi parallela inter

Adam, Jacob et Christum, atque S. Franciscum. — Cf. de aliis eiusdem A. operibus AFH I, 448.

Acerrimo, diligentique fontium circa S. Franciscum versantium investigatori, ominandum ex corde, ut largiore in basi, effectus quandoque firmioris obtinendi causa, disquisitiones subtiles resumere queat praeallegatas. **P. Michael Bihl**, O. F. M.

Lemmens, P. Leonhard, O. F. M. — *Der hl. Bonaventura, Kardinal und Kirchenlehrer aus dem Franziskanerorden (1221-1274).* — Kempten und München, Kösel'sche Buchhandlung, 1909, pp. VIII-286 in-12°. — (M. 3,20).

De S. Bonaventura fontes primi omnino rare scaturiunt, quoniam per plura saecula post eius mortem nullus conscripsit eius vitam. Hoc procul dubio cum eo cohaeret, quod nonnisi a. 1482 canonizatus est. Si id saeculo XIII vel initio saec. XIV evenisset, haberemus etiam eius legendam, sicut habemus S. Francisci, S. Antonii, S. Clarae, S. Ludovici Tolosani, S. Thomae Aquinatis aliorumque sexcentorum. Prima vita a Petro Galesinio conscripta est tempore Sixti IV, qui Sanctum nostrum Doctoribus Ecclesiae adnumeravit. Quod priora saecula neglexerunt, posteriora numquam plene potuerunt reparare. Attamen circa saec. XVIII finem, et praesertim saec. XIX, melior fortuna Sancto arrisit, maxime occasione celebrationis VI ab eius morte centenarii a. 1874. Iam tum Ad Claras Aquas inceptum erat ingens illud opus novae editionis criticae *Operum omnium* Sancti, quibus nova basis ad eius vitam conscribendam parata est, tum quia opera certa ab incertis secreta sunt, tum quia Editores materiam biographicam collegerunt undique editionis decursu, eamque ultimo tomo (X) ediderunt. Huic studio biographico innititur liber Patris Lemmens, qui tamen, e libris recenter editis et e propriis in Bibliothecis repertis notitiis quaedam adiicere potuit, ita ut haec vita S. Bonaventurae omnibus lingua vernacula conscriptis securior et abundantior haberi possit.

Post introductionem (p. 1-10), in qua fontes breviter enumerantur, auctor iuventutem Sancti, ingressum in Ordinem, studia usque sacerdotium describit, quin tamen aliquid novi afferre potuerit (Cap. I, p. 11-45 et II, 46-60). Dein nobis exhibet magistrum Parisiis docentem (III, p. 61-95), scriptorem (IV, 96-131), praedicatorem (V, 132-47). Sequens cap. VI, (148-245), omnium longissimum, simulque maximi momenti, inscribitur « Minister Generalis (1256-1274) ». Ultimum vero caput, quod est VII (246-62), agit de Bonaventurae cardinalatu, eiusque actione in Concilio Lugdunensi II, quo nondum absoluto, Sanctus mortuus est. In epilogo (263-75) denique breviter agitur de Sancto, de eius reliquiis et canonizatione. Sequens monitum Editorum *Op. om.* X, 72, auctor saepe haurit ex scriptis ipsius Sancti. « In genere enim, inquiunt Editores, omnia opera eius mystica sanctitatem eius plus minusve depingunt.... » Alii fontes, quibus auctor usus est, in notis adiciuntur, sicut etiam aliquando textus latini originales, ita ut liber etiam ex hoc capite utilissimus evadat. Cui adde imaginum quarumdam ornamentum.

Agnitis omnibus meritis, licebit et illa exponere, quae nobis hunc librum evolventibus minus recte vel etiam falso dicta videbantur. De singulis agemus, ut auctor pro occurrente editione altera materiam praesto habeat.

In Introductione, p. 6. Vita S. Bonaventurae a P. Caspare a Monte Sancto conscripta saec. XIX adscribitur, et auctor prae oculis habet

editionem factam Florentiae 1874. Sed haec non est nisi editio altera huius libri editi Maceratae 1793, cuius auctor mortuus est a. 1796. Cf. Luigi da Fabriano O. F. M., *Cenni cronologico-biografici della Osservante Provincia Picena*, Quaracchi 1886, p. 205-206. In bibliographia desideratur non spernendum opus: Quintarelli, *Degli Uomini illustri Bagnoresi dell'Ordine Francescano e di altri religiosi istituti*, Roma 1890. De S. Bonaventura ibi agitur p. 77-127. — Pag. 47 A. movet quaestionem u b i n a m S. Bonaventura O r d i n e m M i n o r u m i n g r e s s u s s i t, et dicit Scriptores *posteriores* indicare Provinciam Romanam uti Provinciam matrem eius, et quidem hac una ductos ratione, quod patria civitas Sancti (scilicet Balneoregium) in Provincia Romana sita est. Miramur sane hoc assertum esse a P. Lemmens, qui denuo edidit *Catalogum SS. Fratrum Minorum* (Romae 1903), circa a. 1335 compositum a fratre Minore quodam Umbro, et primum editum apud *Speculum vite beati Francisci et Sociorum eius*, Venetiis 1504, (ed. altera Metis 1509), in quo f. 203 r. legitur: « In provincia burgundie in lugduno preclarissimus pater bonaventura de balneo regio *prouincie romane...* », in ed. Lemmens p. 27. Idem legitur in *Chronica XXIV Gen.* (C24G), *Anal. Franc.* (AF), III, 323: « Octavus Generalis fuit praeclarissimus pater frater Bonaventura de Balneoregio *Provinciae Romanae* »! Hic locus maxime notandus est, cum haec Chronica omnium fere Ministrorum Generalium Provinciam *matrem* indicet, ut cuique inspicienti facile patet. Ergo non tantum scriptores *posteriores* (quo nomine P. Lemmens post saec. XIV viventes, intelligit (cfr. Introductionem p. 7.), sed optimi fontes sunt, qui dicunt S. Bonaventuram fuisse Provinciae Romanae; nec alium sensum verba illa habere possunt, nisi S. Bonaventuram in Provincia Romana Ordinem ingressum esse, cum ipse vix aliam relationem ad hanc Provinciam habuerit. Hoc innuitur etiam ' p o s t e r i o r i b u s ' verbis Sixti IV in Brevi, dato 14 oct. 1482, pro aedificando aediculo in honorem S. Bonaventurae in ecclesia FF. Min. Balneoregii, cuiusque textum partim edidit Quintarelli, l. c. p. 121: «Cuius (scil. religiosae familiae sancti Francisci) ipse sanctus Bonaventura professor, in *dicta domo* [FF. Min. Balneoregii] *educatus extitit* ». — Sed iam hoc nos ducit ad aliam q u a e s t i o n e m scil. c h r o n o l o g i c a m, quacum illa prior d e l o c o i n g r e s s u s i n O r d i n e m connectitur. Controvertitur enim utrum S. Bonaventura a. 1243 (Wadd. et eum sequentes Bollandistae) Parisiis, an a. 1238 (Sbaralea, Editores *Opp. omn.*) in Italia Ordinem ingressus sit. In priori casu dicendum est Sanctum iam uti saecularem Parisiis sub Alexandro de Hales († 1245) studiis vacavisse. Primam vero opinionem Lemmens secutus est; scribit enim p. 19: « Sbaralea cum aliis, ex eo quod Alexander a. 1245 mortuus est, conclusit Bonaventuram a. 1238 Ordinem Fratrum Minorum ingressum esse, ut habeat tempus studiis vacandi sub Alexandro. Hi innituntur hypothesi (Annahme), quod Bonaventura ut Religiosus fuerit Alexandri discipulus. Ad hoc autem (assumendum) omne deest testimonium, omnisque ansa. B. Franciscus a Fabriano sat clare nobis videtur contrarium dicere. Certo scimus Alexandrum praelectiones publicas etiam post suum ingressum in Ordinem continuasse; illas igitur Bonaventura ut scholaris saecularis adire potuit. Cum hoc autem cadit ratio Sbaraleae et difficultas mota contra antiquam notitiam, quae tradit Sanctum a. 1243 habitum assumpsisse religiosum ». Ita R. P. Lemmens. Miramur sane; ubinam legitur S. Bonaventuram ut saecularem Parisiis scholam Alexandri frequentasse? Hoc ex verbis Francisci a Fabriano certo non sequitur, nec R. P. Van Ortroy, qui denuo primus hanc opinionem contra PP. Editores *Op. om.*

Sancti efformavit (*An. Boll.*, XXII, 42) ullum indicavit fontem. Iuxta P. Lemmens, est pura hypothesis sine ullo fundamento: S. Bonaventuram Parisiis scholas Alexandri ut Religiosum frequentasse. Legat, quaeso, *Catalogum* (XIV) *General.* (C14G) passim Bernardo de Bessa, S. Bonaventurae secretario, nuperrime vero alii auctori adscriptum, et a Lemmens p. 5 merito ut optimum fontem S. Bonaventurae vitae habitum, (ap. AF III, 699; M. G. H., *Script.* XXXII, 664); ibi haec habentur de S. Bonaventura: « Qui cum *iuvenis intrasset* ordinem, tanta bone indolis honestate *pollebat,* ut magnus ille magister frater Alexander *diceret* aliquando de ipso, quod in eo videbatur Adam non peccasse ». Idem legitur ap. AF III, 324, et in *Catalogo SS. Fratrum Min.*, ed. Lemmens, p. 27. Numquid ex constructione grammaticali, ex consecutione, uti vocant, temporum, aliud potest hic intelligi, nisi quod S. Bonaventura *post* ingressum in Ordinem (« cum intrasset ») laudatus fuerit ab Alexandro ob bonam indolem, quod certe supponit penitiorem cognitionem haustam ex diuturna observatione, et quidem post Bonaventurae ingressum in Ordinem — *cum intrasset... pollebat... ut Alexander diceret.*? Nulla ergo ratione illa hypothesis fulcitur? De caetero ipse A. nobiscum sentit, recte vertens in *alia* connexione p. 50, illum textum in linguam germanicam, supprimens tamen vocem *iuvenis.*

Statim transeamus ad aliam difficultatem chronologicam, quam nec P. Lemmens nec, quoad video, ullus hucusque alius undique pertractavit. Dicit cl. A. 188-189 (cfr. p. 192) S. Bonaventuram, mox post datas 23 apr. a. 1257 litteras encyclicas vocatum esse in Italiam, ubi coram Cardinali Protectore Ioanne Gaetano iudicialis causa acta fuit contra Ioannem de Parma, Ioachimismi accusatum. Huius processus epocha certa facile stabiliri nequit. Ex una enim parte Alexander IV protectoratum Ordinis, quoad vixit (obiit 25 maii 1261) retinuit (cf. C14G, AF III, 698, MG SS l. c., 663; *Epist. Philippi Perus.*, AF III, 710; MG SS 681-2), et ex alia parte Angelus Clarenus ait processum illum factum esse « consensu dom. Iohannis Gaietani... *tunc protectoris* » Ordinis; *Chron. VII trib.*, ALKG II, 285. Quae verba premenda forsan non erunt, cum iste Protector nominatus non fuerit 1257, sed uti iam iudicavit P. Eubel, *Epit. Bull.*, p. 114, n. 1150 not. 7, « paulo post assumptionem Urbani » (electi 29 aug. 1261); cf. Eubel, p. 112, n. 1132a not. 3. Nominatio ergo evenisset circa finem an. 1261, non vero 1263, uti cl. Auctor iuxta sententiam communem habet p. 216. Porro si ad posterius tempus processum referre possent verba illa Clareni, notandum quoque est C24G, AF III, 350-1 externe saltem rem istam inserere inter eventus post Capitulum Gle Parisiense 1266. Sic insuper melius intelligerentur verba Angeli Clareni: « inquiritur... *senex* a iuvenibus » ALKG l. c., cum Iohannes Parmensis communiter tantum an. 1209 natus credatur. Concordat demum etiam Salimbene, *Chron.*, ed. Parm. 137; MG SS XXXII, 310: referens Iohannem statim post Generalatum abdicatum, recessisse Graecium, unde ergo occasione processus per breve tempus ereptus fuisset. Cf. quoque Affò, *Vita del B. Giov. da Parma*, Parma 1777, 121 sgg.

Quoad processum ipsum et quoad relationem inter Spirituales et S. Bonaventuram, A. videtur mihi parum aequus contra priores. Reicit enim absque ulla ratione testimonium Angeli Clareni, provocans p. 193, ad effatum in *Anal. Boll.*, XX, 232: « La seule autorité d' un écrivain passionné ne suffit pas », ad quod notandum est de processus exsistentia omnino constare etiam absque Clareno (cfr. C14G, AF III, 698: MG SS 664) item de aliquibus eiusdem circumstantiis principalibus ex epistola

Cardinalis Ottoboni Flisci, postea Hadriani V, ap. ALKG II, 286; Wadding, an. 1256 n. 6 (IV², 5), et non obstante silentio fratris Salimbene, apud quem certe non possumus inquirere circumstantias, cum ipsum factum praetermittat. Neque nobis sufficere videtur sola auctoritas a P. Lemmens adducta. Caeterum neque Angelus Clarenus, neque alii Spirituales adeo malevolum in S. Bonaventuram monstrant animum, quod clare ostenditur effatis eorum a R. P. Lemmens p. 128, 160, 178 passim allatis. Eo magis hoc elucebit, si Spiritualium aliorumque paupertatis zelantium dicta in S. Thomam Aquinatem conferamus.

Nec felicem credimus Auctorem (p. 200) provocantem contra Spirituales ad Statuta Farineria a. 1354 (!) Assisii condita. Numquid cl. A. censet Angeli Clareni *Chronicam septem tribulationum* esse poësim epicam potius quam duram veritatem? An ignorat verba Poenitentiarii apostolici Alvari Pelagii (a. 1330)? « Sed hodie tales fratres recurrentes ad eos pro regule puritate potius ministri aliqui tribularent, quam eis de puritate regularis observantie providerent... Exempla patentia querantur in provincia Provincie, in provincia Thuscie, in provincia Marchie et beati Francisci... » *De Planctu Eccl.* II, 67, ed. Venetiis 1560 f. 168 v a. Cfr. ib. II, 78 f. 214 r a. et f. 215 r, a-b.

In disserendo p. 157ss. de modo quo S. Bonaventura se habuerit ad Regulam et ad intentionem S. Francisci, melius fuisset, si auctor luculentam documentis fultam expositionem evolutionis Ordinis R. Patris Ehrle, cl^mi^ Bibliothecae Vaticanae praefecti, (ALKG III, 553 ss.), secutus esset, praeter quam nihil, donec novi textus inveniantur, melius haberi potest. Habita prae oculis hac evolutione, Doctoris Seraphici mens ex se patet, nec aliter esse potuit, nec ideo opus est Sanctum defendere, provocando mox ad *textum* (iuridicum) Regulae, mox ad *intentionem* Regulae contra *textum* (cfr. p. 162).

Item quae A. p. 180[4] refert de Filalete Adiaforo parum recta sunt. Agitur de libro a quodam P. Conventuali pseudonymo conscripto, cui titulus: *Di qual Ordine de' Minori sia il B. Andrea Caccioli da Spello, Discorso istorico di Filalete Adioforo,* Lucae 1727. Cum Flaminius Annibali, ad quem R. P. Lemmens provocat, *Manuale* suum ederet Romae 1776, hauriens illam notitiam ex Marczic, *Apologia per l' Ordine de' Frati Minori,* Lucae 1748, I, 459, volumen Filaletis Adiafori iam ex Indice librorum prohibitorum deletus erat, et quidem absque correctione, scil. a. 1758. Cfr. Painacca [pseudonymon], *Esame critico sopra il Manuale del P. Flaminio da Latera,* Venetiis 1777, p. 50.

Quoad *Legendam maiorem* R. P. Lemmens dicit p. 117-118, materiam a S. Bonaventura aliunde sumptam, sed ab eo specialiter dispositam fuisse atque in hoc esse meritum Sancti. Iam cuique comparanti patet, Legendam maiorem quodammodo sequi dispositionem materiae, quam Thomas Celanensis secutus erat in Leg. I. Ubi enim hic relinquit ordinem chronologicum, ut loquatur de miraculis et virtutibus S. Francisci, ibi fere etiam S. Bonaventura idem facit, et cum eodem Thoma iterum resumit in fine ordinem chronologicum. Mira est allata ab Auctore ratio, cur S. Bonaventura quaedam, ex. gr. commemorationem Testamenti S. Francisci in Legenda (consulto) omiserit, quia *etiam alia* gravia omittit (p. 129)! Ratio, quam indicat A. 127 mutationis officii liturgici S. Francisci a Capitulo Narbonensi a. 1260 introductae, luce singulari apparet, cum sciamus adhuc saec. XVIII. similes mutationes factas esse, tempore igitur, quo de veritate textus veteris officii vix constare potuit (cfr. AFH I, 45-49, ubi et exemplum simile affertur ex Legenda S. Dominici).

Haec et alia habeo, quae in libro docto R. P. Lemmens uti minus recte vel etiam falso dicta ostendam, quin tamen animus merita Auctoris imminuendi mihi fuerit; nam negari non potest hunc librum iucundae, utilisque esse lectionis et gratum evasurum praesertim viris cultioribus, ideoque summe commendandum.

Coronidis instar subnecto verba, quibus claudit tractatum quemdam a nobis mox edendum, Fr. Andreas de Ballocho sive a Vercellis O. M., directum ad Card. Stephanum Nardi, archiepiscopum Mediolanensem, qui unus fuit ex deputatis a Sixto IV. ad inquirendum de veritate miraculorum S. Bonaventurae (*Op. om.*, X, 70). Obiter noto miraculum de lingua S. Bonaventurae haberi etiam apud Ioh. Bapt. de Iudicibus O. P. (Baluzius-Mansi, *Miscellanea* IV, 481), unde illud PP. Editores *Op. om.* X, 69 transscripserunt. Ecce Andreae a Vercellis verba:

« 3us dicitur finis operationis videlicet miraculose: Quando enim deus post alicuius mortem aliquod miraculum ostendit, quod quidem est testificativum sanctitatis vite, arguitur talem fuisse eternaliter a deo electum et sic in celis iam beatificatum. Quod quidem facere dignatus est sua clementia ipse deus post mortem ipsius beati Bonaventure sicut patet in processibus pro sua canonizatione a Francia destinatis. Taceo quod, ut in cronicis habetur, quod dum corpus beati Bonaventure positum fuisset in sacristia in quodam sepulcro novo, ubi et nunc iacet corpore iam redacto in cinere, post longum tempus lingua inventa est sana et integra ac si nunquam fuisset sepulta, quod fratres cum gaudio videntes pre devotione maxima eam in piside eburnea ponentes, in sepulcro eius recondiderunt. Quod quidem non fuit paruum miraculum. Et bene signum fuit, quod lingua illa erat veridica et benedicta et omni gratia spiritus sancti ignita. Quam gratiam spiritus sancti Reverendissime dominationi vestre ac nobis concedere dignetur dominus noster Jesus Christus, qui in trinitate perfecta vivit et regnat gloriosus in secula seculorum. Amen. Commendo praeterea Reverendissime dominationi vestre canonizationem huius beatissimi Cardinalis et episcopi atque solemnissimi doctoris ea commendatione que potest esse diligentissima, ut ipsum in protectorem mereamini semper habere in celis et totum ordinem beati Francisci in terris continuum oratorem ». (Sequuntur verba salutationis).

Romae. **P. Livarius Oliger, O. F. M.**

G. G. Coulton, M. A. — *From St. Francis to Dante. Translations from the chronicle of the Franciscan Salimbene (1221-1288), with notes and illustrations from other medieval sources.* — Second edition, revised and enlarged. — London, David Nutt, 57 Long Acre, 1907, 1 vol. in-8°, p. XVI, 446; (shill. 12).

Ex titulo illo vago « a S. Francisco [Assis.] ad Dantem usque » vix suspicabitur quispiam libro isto versionem anglicam Chronicae Fr. Salimbene de Parma inveniri. Ast neque revera simplex versio adest, sed selectio locorum, narratiuncularum, iocorum, factorum, criminum, aliorumque facinorum, quae candidus Salimbene Chronicae suae innexuit, et eorum quidem, quae aedificationi minime ex ipsa indole sua, esse possunt. Quamvis enim Fr. Salimbene infinitum numerum locorum S. Scripturae accumulet, tamen inter scriptores severos rei asceticae sive mysticae erit nequaquam computandus. Pia, pulchraque negligens G. G.

Coulton, relationes illas congerit, quae probra, criminaque cleri ac societatis saeculi XIII, imo et medii aevi in genere, manifestent, ordinemque Fratrum Minorum a primaeva sua disciplina et perfectione miserabiliter deficisse, ostendant etc. — Libri, qui iam secundo prodit, (anno 1906 primum prodierat, ibidem, 1 vol. in 8° pp. 364), corpus adimpletur principalissime extractis e Salimbene Chronica, 1-354: Appendix A 355-413, notas ad singula capita continet; App. B 414-5, vero librorum citatorum titulos; App. B. 416-25 latine ea « quae (ait ipse)... quamvis non omnibus legenda sint, illis haudquaquam praetereunda, qui scire studeant, qualis illis temporibus hominum vita vere fuerit », *adde vero:* secundum malam et lubricam partem!

S. Bonaventura certe neque auctor *Poenitentialis* neque *Compendii Theologicae Veritatis* fuit. Cf. S. Bonav. *Opera omnia,* VIII, Ad Cl. Aquas 1898, CXI seqq. (p. 13, etc.), cf. dissert. indicatas AFH II, 411. — P. 22 seq. e Fr. Iacobino de Regio O. Praed. erronee Fratrem Minorem facit, quanquam Salimbene p. 72 seq. aperte eum O. Praed. fuisse dicat. — P. 30 l. 14. 1236 Fr. Gerardus de Mutina O. M. contra Fr. Eliam certe ad Gregorium IX missus non est, sed forsan 1230; cf. Eccleston ap. *Anal. Franc.*, [AF] I, 242. Lempp, *Frère Elie,* Paris 1901, p. 97. — P. 53. Iacobus de Vitry non an. 1244 sed iam 1241 mortuus fuit: Eubel, *Hier. cath. medii aevi,* I, 1898, 37. — P. 189 falso Fr. Nicolao, a Salimbene memorato, Coulton adiecit epitheteton « Anglicus », monens illum an. 1247 Episcopum Assisiensem fuisse (p. 383s), quia Nicolaus ille solus huius nominis, qui saec. XIII sedem Assisien. occupavit (1250-1273), de Carbio in Italia fuit. Eubel l. c. I, 114. *Archivio della R. Soc. Romana di Stor. Patr.*, XXI, 7ss.; in Anglia solum litteras didicerat, AF I, 250. — P. 30, 239, 276. Fr. Thomas Cantimpratanus O. Praed., episcopus non fuit. cf. Al. Kaufmann, *Thomas von Cantimpré,* Köln 1899. — Quae de S. Antonio Paduano a Fr. Elia cruciato narrat, fabulosa penitus sunt, cf. Lempp, l. c. 25ss. 96ss. — P. 23 l. 31 Opinio vel encomium Fr. Salimbene minime ordini toto tribuendum vel applicandum est. — Eodem modo arbitrario 'amicos carissimos' Fratrum Minorum appellat (340 l. 33) Cistercienses, (cf. AF II, 88), quo (*ibid.* l. 39-41) praetendit Minores privilegia papalia ad libitum contra clerum obtinuisse. Reminiscatur bullae Bonifatii VIII: *Super cathedram! Clement. lib. III. tit. VII de sepult.* c. 2. Sbaralea, *Bull. Franc.* IV, 498. n. 179. — Quo iure 42 l. 2-3 F. Conradum de Ophyda († 1306) et B. Ioh. de Alvernia († 1322) *primae* generationis franciscanae dicere audet? — Secundum quod oportunitas auctoris postulat, Fr. David de Augusta O. F. M. modo 'moderatus', modo 'enthusiasticus' proclamatur; 317 l. 35; 346 l. 32. Caeterum idem Fr. David magister Fratris Bertholdi de Ratisbona certo dici nequit; cf. K. Rieder, *Das Leben Bertholds von Regensburg,* Freiburg i. B. 1901. p. 11 ff. Si auctor melius novisset principia Theologiae catholicae, non ignoraret ecclesiam velle omnino sigillum confessionis inviolatum servari, ac proinde sacerdotem illum Hibernum, [qui ad medium aevum nullam praeterea relationem habet!], omnino recte agere in casu obiurgato, 321 l. 6-9; item sciret non fuisse peccatum, si quis post refectionem missam audivit, etiamsi archiepiscopus fuit, 244 Certe auctor ostendit saeculo XIII multos clericos concubinarios fuisse, recteque censet modernum clerum longe meliorem esse, sed excusationem illam 296 l. 13-16 allegare operae pretium minime erat. — Plurima ipse auctor in medium profert, quae neque auctoritatibus ipse probat, sed neque doctissimus quisquam probare unquam poterit, v. gr. 150 l. 18ss; 160 l. 25-30 cf. 380 7. 62 l. 31-33 sss. 67 l. 19ss. 97 l. 32ss; 119 l. 34ss; 222 l. 23, 31ss; 309 l. 17ss. etc. etc. Longum est omnia enumerare, nedum discutere. Hoc pro quibusdam tamen locis praestare debemus, quibus auctoritates promiscue agglomerantur, quin ad rem faciant. Examinata *parte* auctoritatum 366[3] et 376[4] etc. allegatarum, haec summa est: Locus Waddingi *Annal. Min.,* ad.

an. 1242 p. 17 (in editione II[a] a Coulton generatim allegata) non existit; ibid. 1236 [lege 1237] 429 et *Actus S. Franc.* ed. Sabatier p. 130s. Wadding 1279, p. 462. 1280, 467; 1291 [nempe p. 548, quam non indicat tamen], ad rem nequaquam sunt, quia non de Fratribus Minoribus, sed de eorum inimicis agunt; neque *Archiv. f. Lit. u. Kirchg.* VI, 34-60. *Actus S. Fr.* l. c. 203, neque AF II, 123, quia de superfluitatibus excessivis agunt. Quodsi Fratres Minores has concessissent, auctor, uti saepius, eos arguisset severe, quod a regula deflexissent! Neque 366: AF III, 118, 269, 360 ad rem quid praebent etc. etc. Wadding 1233 (lege 1234) p. 364 vix; 1235, 401 nullo modo, 1282, 114 nequaquam, 1291, 281 neutiquam ad propositum quid indicant. Iniustum videtur Minores criminari de amissione bullarum, quae nunquam forsan exstiterunt (376[4]), vel eos accusare de libro deperdito Fr. Crescentii ab Aesio, cum revera supersit et a R. P. Leon. Lemmens O. F. M. Romae 1902 (partim) typis vulgatum sit: *Dialogus de vitis Sanctorum Fratrum ord. Min.* — Assertio gratuita de S. Francisco, penitus nudo praedicante, nullo auctore fulcitur; videtur econtra niti cap. 61 *Speculi Perf.* ed. Sabatier p. 122ss. male utique intellecto! — Pag. 48 narratiuncula probat Fratres Minores severe egisse in restituendis bonis male ablatis, sed auctor nihilominus contrarium innuit (l. 4-5)! — Blatterat Coulton 30 seq. primaevas relationes Franciscales 'scatere piis fraudibus et piis furtis'! Facta ad quae erudite alludit, uno ictu apud Waddingum 1252 p. 281 repperisse videtur, suntque v. gr. opera misericordiae S. Elisabeth Thuringiae etc.!! acsi illa de nihilo disponere potuisset! Quoad S. Franciscum pannum, equumque vendentem, consideret auctor tunc Sanctum iam maiorennem fuisse, et, si annuente patre suo locuplete satis, dissipaverat bona, neque hoc in casu Pater eum dire increpasset, si ad mundana revertisset! — P. 408[2] definitur S. Franciscum « specialiter risum abhoruisse: *Spec. Perf.* Cap. 96. Ast locus allegatus revera habet, ed. Sabatier p. 189: « imo et in servo Dei *risum et verbum otiosum* singulariter abhorrebat (s. Franciscus) et l. c. cap. 95 p. 187 sq. dicitur S. Franciscus dilexisse laetitiam spiritualem interiorem et *exteriorem* ». cf. quoque Regul. 1221. cap. VII. — Sensum praescriptionum *Speculi Disciplinae* et operum Davidis ab Augusta falso et arbitrarie interpretatus est G. C. (62-8), modo ea '*Puritanismi*' insimulans, modo '*Formalismi*', acsi Fratres magnis in conventibus, ex rerum natura, omnis respectus sociales etc. postponere potuissent seu debuissent, ut eremitica libertate gauderent. P. 402[16] erudite sed plane iniuste allegantur *Quellen und Forschungen aus italien. Archiven und Bibliotheken h. v. kgl. Preussischen Hist. Institut*, Rom 1903, V, 180, quia agitur de visitationibus Fel. Ninguardae ann. 1572-77, quae epocha nequaquam medio aevo accenseri potest! Praeterea circumstantiae illae tristes fructus 'reformationis' erant. — Notes demum, quaeso, ad notam pag. 64, opera, quae e typographia Collegii ad Claras Aquas prodeunt, minime omnia a Patribus Collegii confecta esse.

Caetera quamplurima huius libri, iis qui defectuum et vitiorum humanorum lectione delectantur pergrati, cum ira et studio magno scripti (cuius tamen molem facile maior eruditio auxisset), nec ad verae scientiae normas aequas et accuratas confecti, neque nominare, neque confutare volumus, ne oleum, tempusque inutiliter perdatur.

P. Michael Bihl, O. F. M.

Gröteken, Autbert, P., O. F. M. — *Paschalis Baylon. Ein Heiligenbild aus Spaniens goldenem Jahrhundert.* Mit 82 Abbildungen. — Einsiedeln, Verlagsanstalt Benzinger et C°, 1909, in-12°, pp. 188. (Mark. 2).

Stilo floridissimo, lectu gratissimum, plurimis (82) illustrationibus insigniter ornatum, sed investigationum serie non minus grave opus hagiologicum, doctum ac pium de Vita S. Paschalis (1540-1592) evulgat P. A. G.

Non solum biographias priores, (eas enumerat 181-4) sed etiam Acta tum Canonizationis, tum Beatificationis etc. adiit et perscrutatus est in Archivo Postulaturae Glis O. F. M., et in conventu SS. XL Martyrum Romae adservata. Comperit tunc A. circa « *octo volumina in-fol.* » in hoc conventu Processus Beatificationis et Canonizationis complectentia, (cf. L. A. de Porrentruy, O. M. C., *St. Pascal Baylon,* Paris 1899; Ign. Beaufays, O. F. M. *St. Pascal B.,* Namur 1903, II ed.) rem ita se habere (179): Tomus II habet Acta Beatif.; Tom. I vero Acta Canoniz., dum reliqua 6 volumina nonnisi partes tomi II denuo copiatas comprehendunt.

Tres in partes discerpsit A. biographiam Sancti, eum describens: puerum atque pastorem, pars I; 6 capp. p. 11-50; Fratrem Minorem, pars II; 12 capp., 53-140; demum Civem caelestem, pars III; 4 capp. 143-170. — Accurate eventus, factaque mira Sancti iam nota inquirit, examinatque; tamen quandoque communia et generalia minus auctori praedicanda erant, 16 sqq., 48 sqq. 60 sqq. Quamquam A. saepius alleget Acta Beatif. et Canoniz., causam non indicat, cur Frater laicus in Britanniam (minorem) ad P. Christophorum de Capite Fontium missus fuerit; annusque incertus manet, 84-94; Acta Canon. II, 413 r, n. 11 annum 1570 indicant; sed P. Christophorus fuit Minister Glis a 2 iun. 1571—6 iun. 1579. — Cap. X de « scriptis Sancti » agens concludit S. Paschalem « scriptorem » non fuisse, et eius opera nonnisi excerpta quaedam pia e libris vel collationibus fuisse, uti et P. I. B. Tallens, *Vida del gl. S. Pasquale,* Valencia 1671, (contra exaggerationes P. I. Ximenez, *Cronica del B. Fray P. B.,* ibid. 1601), et etiam recenter Pasc. Boronat y Barrachina, *Estudio crítico de las obras escritas por S. Pascual,* ap. *Recuerdo de la Peregrinación Eucarística* 1899, Valencia 1900, 118-35 probaverat. — De sonis fortissimis e sepulchro, reliquiis et imaginibus Sancti editis an. 1606 sqq., quibus P. de Porrentruy duo capita (p. 294-344) consecrat, A. G. anceps haeret, maxime (157) quia dicuntur etiam instar bombardarum resonuisse, sed in Processu Beatif. facto 1611 sqq., de eis nihil a sexcentis testibus prolatum est. — Ob statuas, imaginesque notissimas Sancti non abs re erit notare, quod SS. Eucharistia ipsi apparuit in campo, dum pastorem ageret, antequam habitum O. F. M. sumpsit (46 sq.), uti testis Ant. Navarro (solus), pastor socius, cui Sanctus rem prodidisset, in processu Beatif. « dixit semel et pluries ».

Quoniam vitam novam S. Paschalis ex Actis Beatif. et Canoniz. S. Paschalis denuo perquisitam et accuratius quam a prioribus biographis fundatam, verborum quoque ac sententiarum floribus conspersit, auctor confecit opus et doctis et aliis plurimum adaptatum.

P. Michel Bihl, O. F. M.

The Catholic Encyclopedia. *An international work of reference on the Constitution, Doctrine, Discipline and History of the Catholic Church.* — New-York, Rob. Appleton Company. In-8° max. — V vol. [1909], pp. XVI, 795 *(Dioc.-Fath.)*; VI vol. [1909], pp. XVI, 800 *(Fath.-Greg.)*.

Duorum voluminum *Encyclopaediae* istius americano-catholicae splendidorum hic annuntiandorum praecellit, ad rem franciscanam quod attinet, volumen VI, quod litterae F maximam partem pertractans, plurima re ipsa continet, quae ad S. Franciscum et ad Ordinem eiusdem Patriarchae spectant. Suntque res istae tam biographicae quam historicae, a nostratibus pertractatae peritis calamis.

Perlustranti tibi vol. V se offerunt istae dissertationes franciscales. P. Dolbeau, Ioh. (1586-1652), 93, O. M. Recoll., qui mense maii 1515 primam missam in oris Canadae celebravit; dissertationem scripsit *P. Odoricus M. Jouve*, O. F. M. — *P. Zephyrin. Engelhardt*, O. F. M. adumbrat historiam Missionis Dolores, in urbe S. Francisci, in California, 99-100, 1776-1846, quo anno a FF. Minoribus ad saecularem clerum devoluta est. Eiusdem ecclesia, S. P. Francisco sacra, fundata 1782, quaeque terrae motum anni 1906 superavit, antiquissimum urbis S. Francisci aedificium est. — *Idem* agit de P. Narcisso Duran, O. F. M., (1776-1846) 206, et de P. Francisco Dumetz, O. F. M., (17??-1811) 190, utroque hispano et missionario in California. — De Will. Dunbar, (c. 1460-1520?) 190-1, quondam saltem novitio O. F. M., deinde poeta famoso, tractat D. O. *Hunter-Blair*, moderniorem tamen bibliographiam omittens; de Matthia Doering, O. F. M. (c. 1400-1469) 135, *Fr. Mershman*, (ubi legas *Märkische Forschungen)*; de Egan, Michaele, O. F. M., (1761-1814) 324-5, primo episcopo (1808-14) urbis Philadelphiae Statuum Unitorum, quos dicunt, *I. F. Loughling*; de Fr. Englefield, Felice, O. F. M., (obiit Duaci 1767), Min. Provinciali Angliae 471, *Edwin Burton*, bene advertens, illum non esse auctorem libri « *Miraculous Powers of the Church of Christ* (1756); de S. Elzeario de Sabrano (Ariano), III Ord. S. Fr. (1285-1323) 397, *P. Greg. Carr*, O. F. M. — De Fr. Thoma de Eccleston, O. F. M. 269-70, disserit *P. Pasch. Robinson*, O. F. M., [interim editio critica libri prodiit, cf. AFH III, 178] atque fusius, docteque de Fr. Elia de Cortona 383-5 disceptat. — Item de S. Elisabeth Hungariae (Thuringiae) 389-91, *P. Mich. Bihl*, O. F. M. agit; qui et de Fr. Phil. Fabri, O. M. Conv. (1564-1630) 742. — Notabitur undique diss. excellens et egregia de Fr. Ioh. Duns Scoto, 194-99, *P. Parthenii Minges*, O. F. M. Exhibet imaginem *Scoti* 195, Jodoci Gandavensis (?) in aedibus Barberinianis; uti et effigies quaedam *Fr. Eliae* Assisii exstans ornat p. 383; tres imagines: 1°) *S. Elisabeth Hung.* in Basilica S. Francisci Assis. (auct. Simone Martini), 2°) ecclesiae eiusdem Sanctae Marpurgi, 3°) in ea sepulchri Sanctae inter pag. 390-1 interseruntur; quemadmodum et p. 100 est ecclesiola *S. Francisci* (Dolores). — Memorantur quoque FF. Minores in diss. Doctrina, i. e. de *Catechismis*, scil. Theodoricus Koelde de Monasterio, auctor '*Speculi Christianorum*' 79; Florentius O'Conry, 1626, qui edidit Lovanii '*Minor of a Christian Life*', et Franciscus Molloy. qui Romae 1676 publicavit hibernice '*Lucerna fidelium*'; in diss. de *Dan. Du Lhut* (c. 1640-1710) 188, Canadae exploratore, qui P. Hennepin, intrepidum missionarium a captivitate Indianorum eripuit; in diss. de Doctoribus 74-5, plures utique enumerantur O. F. M., inter quos tamen recensendus non erat Godefr. de Fontibus; de quo melius, cf. VI, 626.

Iam vero devenimus ad vol. VI, e cuius abundanti atque praeclara materia franciscana, primo minores dissertationes allegamus. De Nicolao Herborn (Ferber, Stagefyr) (1485-1534) 39, agit *P. Steph. Donavan*, O. F. M., qui et de P. Fonseca, (Ios. Ribeira da), (1690-1752) 125, qui tamen Min. Glis non fuit; de P. Fonseca Soares, (Ant. da), (1631-1682) 126, de S. Francisco Solano, (1549-1610) 233, de Frassen Claudio O. F. M. (1620—1711) 244, succincte nimis atque de Gaudentio de Brixia, (Bontemps) O. M. Cap. (1612-1672), 394. — De S. Felice de Cantalicio O. M. Cp., (ob. 1587) 33, agit *P. Cuthbert*, O. M. Cp., qui et de S. Fideli, a Sigmaringa O. M. Cp. (1577-1622) 69-70, de Flytch, Will. Bened., O. M. Cp. (1563-1610), 327; de utroque Gennings, Edmundo (1567-1591),

et fratre ipsius IOHANNE (c. 1570-1660), utroque O. F. M. Ille martyr occubuit, hic Provinciam O. F. M. in Anglia restauravit 418-9. — De FORBES, JOH. O. M. C., (1570-1606) 133, agit *J. M. Lenhart;* de FERRARIS, LUC., celeberrimo canonista, O. F. M., (ob. c. 1763), 48-9, *A. Van Hove;* de FLEMING, PATRICIO, O. F. M. Hiberno, in Bohemia occiso, (1599-1631) 100-1, *E. A. D'Alton;* de B. FRANCISCO DE FABRIANO (1251-1322) 230-1, *P. Thomas Plassmann,* O. F. M., qui quoque docte de PETRO GALATINO, O. F. M., Hebraista, (ob. c. 1539) 340-1. — De GERARDO ODONIS, Ministro Gli, (ob. 1348) 468-9, agit *Mich. Bihl;* de FRANC. FEUARDENT, O. F. M. (1539-1610) 58, *P. Livarius Oliger,* O. F. M. De Fr. GIOCONDO, O. F. M., 'antea O. Praed.' (c. 1445-1525) 563-4, bene agit *Leigh Hunt;* de missionibus O. M. C. apud *Gallas* 348-9, *Andr. Jarosseau,* O. M. C. de MARTT. GORCUMENSIBUS 651-2, *P. Albers;* de FORTUNATO DE BRIXIA, O. F. M., (1701-54) 148-9, primo morphologista, docte *P. Aug. Gemelli.* — De SORORIBUS FELICIANIS, III O. S. Fr., fundatis Varsaviae 1855, tractat brevius *Maria Jerome,* dicti Ordinis 27. — Tanguntur quoque O. F. M. in diss. de FITZRALPH, '*Armachano*', [cf. supra p. 303 n. 7] 86-7; de FINLANDIA 77; de historia GEOGRAPHIAE 448-50; de hist. GERMANIAE 521 ss., ubi 523 effigies SEBASTIANI BRANT, (O. F. M.) in diss. de GIOTTO pictore 565-68; de BERNH. GALURA, (O. F. M.), (1764-1856) 371.

Specialius modo loquamur de dissertationibus longioribus et gravioribus Ordinem F. Min. attinentibus. Nominanda in primis docta, eximia, praecellensque diss. de S. FRANCISCO ASSIS. 221—30, pluribus ornata imaginibus et Bibliographia totam columnam implenti instructa, auctore *P. Pasch. Robinson,* O. F. M., qui et de FIORETTI 78-9, egit atque diss. de « ORDINE FRANCISCANO » in genere 217—8, caeteris diss. claritatis ergo praemisit; cui caeterum accessit et alia diss. de FRATRIBUS; 'FRIAR' 280-1, item in genere, auct. *P. Gregorio Cleary,* O. F. M. — De REGULIS S. FRANCISCI, (FRANCIS, RULE OF S.) accurate egit *P. Livarius Oliger,* 208—213, tum de diversis regulis 208-11, tum de interpretationibus Regulae authenticis 212, et privatis 212-3. Adest Bibliogr. copiosa, uti et in diss. de FRATICELLIS 244—9, auct. *Mich. Bihl,* qui quidem Fraticelli saepius, nimisque cum FF. Min. confusi fuere. — Caeteris longior etc. est diss. de ORDINE FF. MIN., (FRIARS MINOR, ORDER OF), 281—298, auct. *P. Mich. Bihl,* Ordinis historiam generalem (1209-1909), itemque *Reformationum* quae sub eodem Ministro Gli perduraverunt *(Observ., Reformat., Recoll., Discalc.)* exhibens 281-90; Ordinis statisticam 290—1; eiusdem actionem diversam etc. exponens. Bibliographia a p. 296—98 pertingit. Quam diss. statim sequitur alia specialiter agens de *FF. Minoribus* in AMERICA 298—302, auct. *P. Zepherino Engelhardt,* O. F. M. Plures tamen typothetarum errores foedi adsunt, in istis diss. ex. gr. 249, lege *Aragonensia* pro *Pragonensia;* etc. p. 295 *Astensis* pro *Artensis;* P. Ign. Jeiler utique obiit 1904, 293, uti ex contextu iam patebit (non *1704*) etc.

Summa ergo dissertationum plurimarum, gravissimarumque, quae in Encyclopaediae volumine VI splendido Ordinem Franciscanum illustrant, praestantes dicendae sunt, aptaeque, quae Ordinis S. Patriarchae Assis., suique ipsius notitiam spargant per Americae vastas regiones. Directioni quoque oculatissimae operis praestantissimi, grates dicendae sunt, quod tanto ardore res Franciscales inserendas, illustrandasque curaverit.

P. Michael Bihl, O. F. M.

Frati, Lodovico. — *Indice dei Codici Latini conservati nella R. Biblioteca Universitaria di Bologna.* **Estratto dagli** *Studi italiani di Filologia classica,* **Vol. XVI-XVII. — Firenze, Success. B. Seeber, 1909, in-8° gr.; (numerantur pp. 103-603. — Totum vol. venit 20 lib.).**

Ex praedivite codicum collectione, quae in Bibliotheca Universitatis Bononiensis asservatur, quaeque manuscripta ad 4089 complectitur, hic descriptionem, brevem sed satis diligentem et per singulas partes deductam, illorum tantum codicum habes, qui opera latino idiomate continent, eorumque solum latine scripta, si forte etiam nonnulla sermone alieno permisceantur, enunciata invenies. Hoc quod studiosis non leve videbitur incommodum, editionis adiunctis potius quam auctoris voluntati attribuendum est; illudque tamen quodammodo e medio mox sublatum erit, cum eiusdem Bibliothecae Index codicum Graecorum in eodem Periodico: *Studi it.,* vol. III, p. 385-466 et IV, 365-78, iam annis 1895 et 1896 a V. Puntoni et A. Olivieri editus fuerit, et Catalogum codicum Italicorum in XV volumine collectionis *Inventari dei Manoscritti delle Biblioteche d'Italia,* a G. Mazzatinti inchoatae et nunc ab A. Sorbelli reassumptae, idem cl. L. Frati sub paucis diebus evulgaturus sit.

Inter hos codices latinos, qui 1629 numerantur, ad 150 plus minusve Ordinem nostrum respiciunt; ex quibus 45 in Bibliothecam provenerunt e nostro conventu *S. Pauli in Monte* prope Bononiam, nonnulli ex conventu S. Dominici bonon., alii e Bibliotheca S. Pont. Benedicti XIV, plurimi vero (c. 40) e bonon. Monasterio S. Salvatoris Canonicorum Regularium. At subtilius examen ad aliorum provenientiam stabiliendam adducere potest: ex g. cod. 1696 [signatura Bibliothecae] (878) [numerus ordinis huius *Indicis*] videtur idem esse ac ille, quem Sbaralea (*Suppl. ad Scriptores O. M.,* 658) se invenisse dicit « in parva S. Francisci Bibliotheca Riccardinae prope Budrium dioec. Bon. a. 1742 », cum *Explicit* et externae notae optime conveniant. Eius *Incipit* Sbaralea correctius dat ex quodam codice Bibl. S. Crucis Florentinae: [Servasanctus] *Liber de virtutibus et vitiis excerptus ex libro maiori.... Unam petii a domino.*

Continent isti codices Franciscani, quorum maior pars saec. XVI non attingit, multa opera vel communia vel iam typis edita, inter quae praecipua refero: Alex. de Ales, *III P. Summae,* 1730 (887) saec. XIII, *Tractatus de virtutibus,* 2312 (1158) saec. XIV; S. Bonaventurae opera minora vel excerpta, 865 (491), 1757 (966), 1760 (908), 2312, 2754 (1454), 2932 (1593), 2933 (1594); Rogeri Baconis per 4 codd. et Raimundi Lulli per 15, opera fere omnia *de arte alchymica;* I. D. Scoti *Dominus vobiscum* et alia opuscula (de alchymia, apocryph.) 457 (270) vol. XVIV, 458 (271); in *I Sent.* 2507 (1284), in *I et IV Sent.* 2907 (1575); Petri Aureoli, 2243 (1111); Io. Vallensis, *Almagestum antiquorum,* 2249 (1117); G. Occami, 103 (137), 457 (270), 2344 (1180); Francisci Mayronis, 2798 (1487); Bertrandi de Turre, *Sermones,* 249 (192), *Postillae,* 1511 (758); Io. de Ripa, *Sermones,* 1719 (884); Francisci de Marchia, in *I Sent.* 2257 (1123); Io. Genesii de Parma, *Rosarium,* 2391 (1212); S. Bernardini Senensis, *Tractatus et Sermones,* 1187 (644), 1755 (904), 2841 (1521); Antonii de Bitonto, *Sermones,* 1802 (934); Alexandri Ariosti, 172 (166), 2539 (1308), 2927 (1589) etc. — Cod. 104 (138) saec. XV, duo nova, uti videtur, opuscula de re alchymica attribuit *Fratri Eliae de Assisio, Ord. min.:* cf. n. 13 et 30. Et cod. 9 G. (12): *Prophetia B. Io. a Capistrano Ord. Min. de futuris Pontificibus.*

Sed non paucos codices ibi invenies, qui ad bibliographiam et historiam franciscanam magnum emolumentum conferre possint, vel qui ob raritatem aut pretiositatem digni sint, qui accuratius examinentur et illustrentur. *Breviaria* Ord. Fr. Min. exhibentur in codd. 350 (230) saec. XIII, 1690 (876) saec. XIV, 349 (229) saec. XV; *Missalia:* 2217 (1087) fragmentum saec. XIII, 2851 (1530) saec. XIV, 1083 (587) et 2260 (1126) saec. XV. Iam studia peracta sunt, quin tamen ad certam conclusionem perveniretur, in cod. 2893 (1561) *Cantorinus Franciscanus,* quem catalogus ad saec. XIV emandat, alii vero exaratum c. finem saec. XV volunt (cf. P. Eusebius Clop, *I recitativi liturgici nella tradizione francescana,* in *Rassegna Gregoriana,* VII, Romae 1908, p. 512 ss.).

Notatu dignum puto cod. 441 (260) « *De cantu ecclesiastico conservando tractatus cum duplici hymnodia, scilicet nova, antiqua et seraphica per fr. Lud. Cavalli O. M. Reg. Obs.* »; quod opus, uti ibidem notatur, desumptum fuit ex originali ms. in Bibl. Vat. asservato (de auctore cf. Wadd. *Script.*, 164², 162³ s. et Sbar. *Suppl.*, 496, qui hoc huius Waddingi socii opus ignorant). Nescio an revera aliquo modo Franciscanos attingat cod. 2216 (1086) saec. XV, qui varios continet cantus pluribus vocibus concinnatos, inter quos numero 51 p. 66 *Tota pulchra « a tre voci »* enunciatur. Cod. 298 (200) saec. XIII, *Biblia « ad usum B. Alberti de Sarteano;* 1581 (817) *Tabula alphabetica super Decretalia,* saec. XV, *ad usum fratris Marci de Bononia* ».

Cod. 100 (134), varia continens scripta *Albertani,* causidici Brixiensis, qui saec. XIII c. m. vivebat, haec inter alia habet, f. 65-8: *Sermo quem Albertanus... dedit inter fratres minores et causidicos brixienses in congregatione quam faciunt more solito.* Et f. 71-2, alius eiusdem exstat sermo: *Super doctrina timoris Domini, habitus apud fratres minores in congregatione solita sub MCCL in media quadragesima.* Eadem et eodem fere ordine praebebat cod. 5391 Regiae Galliarum Bibliothecae, quem citat Oudin, *Comm. de script. eccl.* III, Lipsiae 1721, 190. — Apud Wadd. et Sbaral. desiderantur sequentium tum operum tum auctorum notitiae. *Tractatus methaphysicus P. Mag. Aloysio Sabatini, M. C. in Bon. Archigymn. publico metaphys. lectore,* 111 Busta II (145) saec. XVII et XVIII; *Sermo R. Doctoris O. F. M. S. Francisci in festo S. Gregorii,* 326 (213) saec. XVI; *Mag. Pauli de Caureanto O. M. Lectoris in Assisio, liber veritatis alchymicae,* 442 (261) saec. XV; 456 (269) Vol. XXI, saec. XV-XVI, *Tractatus operis philosophorum* [!] *cuiusdam fratris Franciscani ad Pontificem;* 972 (540), *F. Paulini ex Polonia Min. Conv. Historia de obsidione et traditione Olomucii, a. MDCXLII;* 1176 (636) saec. XV, *F. Marci Pasqualigo* [in *Explicit:* de Pascalicis] *O. M. Vocabularium... ad eius nepotem Constantinum in Siria legatum oratorem dignissimum;* 2458 (1254) saec. XV, *Gisalbertus de Pergamo O. F. M. in carmina Catonis;* 2753 (1453) saec. XV *Sermonarium ignoti auctoris Ord. Min.* — In cod. 2632 (1381) habes: *S. Antonii Patavini concordantiae morales in S. Bibliam,* saec. XIII; sub sign. vero 2118 (1068): *Responsio pacifica ad apologeticum de praetenso monachatu August. S. Francisci, auctore P. M. Fr. Thoma de Herrera Erem. Aug.* saec. XVII; quod opus revera editum fuit Bononiae, 1635; at inquirendum esset an primam vel secundam redactionem huius operis codex contineat: cf. Wadd. *Apologetici defensio,* in *Annal.* II² 501 ss.

Directe vitam Ordinis spectant codd.: 129 (152), qui praeter *Quedam verba notabilia fr. Iacobi de Tuderto* (f. 88-93) et *Verba fr. Iohannis de Lavernia de gradibus anime* (f. 93), eodem folio r. habet: *Tem-*

pora quibus B. pater n. S. Franciscus incipit [!] *Ordinem minorum fratrum, Ord. S. Clare, ord. penitentum....*, usque ad f. 108; 672 (400), saec. XIV, qui *Expositionem Regulae* continet, incipientem: *In hiis germanicis partibus;* 714 (417) et 1157 (625) saec. XV, qui *Expositiones* et *Ordinationes generales* praebent, nec non varia *Provinciam Bononiensem* apprime respicientia, quaedam adhuc inedita; denique codd. 829 (473), saec. XVI-XVII, 2084 (1064) et 2889 (1558) saec. XV, acta SS. Pontificum in *Observantiam* exibentes, quorum pretium e diligentiori examine in codices ipsos determinari tantum poterit.

Haec pauca, prima fronte breviter delibata, evincunt quanti sit momenti, ad nostram quidem historiam, Collectio manuscriptorum Universitatis Bononiensis, et quantae utilitatis evaserit hic Catalogus, cuius usum faciliorem reddiderunt quatuor Indices: A. auctorum et operum (p. 573-97); B. scribarum (597-8); C. codicum qui notam temporis praebent (598-9); D. illorum qui antea codices possiderunt (600-3). Nonnulli passim errores irrepserunt, vel typographo vel codicum lectori attribuendi; qui tamen in opere tantae molis vix evitari possunt, quibusque non immoramur, cum sint parvi momenti, saltem pro re nostra, et ad corrigendum faciles. Potuerant etiam facile operum iam typis impressorum editiones saepius citari; quamvis ab huiusmodi Indicum editoribus notitias de studiis super iisdem codicibus, si quae facta sint, dari mallemus.

Sed de hoc, quale est, gratissimo dono litterarum et historiae studiosis a cl. doctore Lud. Frati facto, ei gratias plurimas rependere liceat, dum vota promimus, ut nostrum aliquis ex hoc velit thesauro, quidquid ad rem nostram pertinet, quaquaversus illustrare et in lucem edere. **P. Benvenutus Bughetti**, O. F. M.

1. **Seitz, Jos.** — *Die Verehrung des heiligen Joseph in ihrer geschichtlichen Entwicklung bis zum Konzil von Trient dargestellt.* — Freiburg im Br., Herder, 1908, in-8°, pp. XVIII, 338. (M. 7,50, ligat. 8,60).

2. **Beissel,** Steph. S. I. — *Geschichte der Verehrung Marias in Deutschland während des Mittelalters. Ein Beitrag zur Religionswissenschaft und Kunstgeschichte.* — Ibidem, 1909, in-8°, pp. XII, 678. (M. 15, ligat. 17,50).

1. Magni laboris, plurimaeque eruditionis liber D. J. Seitz, historiam cultus S. Iosephi persequitur inde ab Ecclesiae exordiis usque ad Concilium Tridentinum, quod liturgiam romanam reformans, festum S. Iosephi tandem firmavit. Pauca, quae de Salvatoris patre putativo Evangelia habent (1-4), plura quae de eo libri apocryphi continent (4-16), plurima quae de hoc Sancto disseruere Patres (17-60), accurate exponit auctor, inde pauca vestigia, quae de eius cultu antiquitas christiana nobis transmisit recolligens (61-70); concludendo Coptas primos fuisse, qui S. Iosepho festum speciale dedicaverint, sed post saeculum IV^{m} expletum. Auctor quoque doctus sibi proposuit non solum, quae ss. Patres ac Theologi de Sancto isto disceptaverant, sed etiam, cuiusvis generis monumenta, sive arte quacumque expressa saeculorum decursu in unum conferre. Aliqua monumenta antiquissima figuris aere incisis lectori offeruntur; summatim 80 figurae librum exornant. Pars III exponit, quid posteriores Patres theologique, ab anno circiter 700 usque ad 1100, tum in ecclesia graeca (79-95), tum in ec-

clesia latina (96-109), censuerint. In Martyrologium invectum est S. Iosephi nomen primum in monasterio Augiae Divitis (Reichenau) inter an. 827-42, et quidem, uti habetur ap. *Acta SS.* Nov., II, 37, ex confusione cum nomine cuiusdam martyris africani.

Pars IV ostendit, quid de Sancto isto, tempore Scholasticorum (circ. ab an. 1100-1400), sive a theologis disputatum sit, sive in libris potius vulgo destinatis expositum fuerit. Etenim a saeculo XII apocryphi libri antiqui denuo, ut ita dicam, revixerunt, ac in ipsos etiam Doctores scholasticos nonnihil influxus habuerunt (153 sqq.), non secus ac in artifices illius aevi (175-85). Anno, ut videtur 1129, prima ecclesia S. Iosepho consecrata est (p. 190) Bononiae. In hac urbe primos [?] quoque A. invenit (1198), qui S. Iosephi nomine tutelari nuncupati fuerint. Circa 1300 ecclesia illa Servitis data fuit, quorum Capitulum gle 1324 renovavit decretum, ut festum S. Iosephi die 19 martii celebraretur. Nequaquam vero dici potest, uti R. P. Albertus M. de SS. Salvatore O. Carm., *St. Joseph et son culte dans l'Ordre du Carmel,* Paris 1900, 35 ss., 181 ss., asseruit, Carmelitas circa an. 1250 ex Oriente festum S. Iosephi in Occidentem invexisse (192). E contra quaedam martyrologia O. F. M. iam saeculo XIII festum Patris nutritoris Christi habuisse videntur (192), iuxta Franc. Florentinum, *Vetustius occidentalis Ecclesiae martyrologium D. Hieronymo tributum,* Lucae 1668, p. 390. Ordo vero ipse in Capitulo gli Assisii 1399 festum Sancti celebrandum statuit, cum IX lectionibus Communis Confessorum, (192); ex Waddingo ad an. 1399 n. VIII, (IX[2] 158). In monasterio S. Laurentii O. S. B. Leodii, iam saeculo XIII festum S. Iosephi celebrabatur, (195; cf. officium proprium 337 ss.); Carmelitae quoque saltem in aliquibus locis festum hoc agebant saeculo XIV (194, cf. eius officium, 345ss.). Ut vero festum S. Iosephi aliquod, extra ordines religiosos, institueretur, plurimum egit Gersonius ille, Universitatis Parisiensis cancellarius (200 ss.). An. 1363, 17 aug. epistola Ecclesiis universis directa (cf. eiusd. *Opera,* IV, [1729], 732 sqq.) Gersonius votivum officium in dicti Sancti honorem, feria V quatuor temporum Adventus celebrandum, introducere satagebat. Sixtus vero IV (1471-84), festum S. Iosephi in Ecclesia celebrari iussit (211 ss), quamvis huius decreti non constet tempus exactum. Dubitari nequit, quin Sixtus IV, decreto illo consuetudinem Ordinis FF. Minorum, cuius Minister glis fuerat (1464-69), in ecclesiam universam evexerit, quamquam uniformitas ritus celebrandi festi non statim obtenta sit (213 ss.).

Revera, ait A. 212, inde ab an. 1485 constanter Missalia etc. impressa Ordinis FF. Min. festum S. Ioseph uti duplex maius praeseferre, citatque *M(issale) R(oman.),* Venet. 1485, per Petr. Cremonensem, curante *Philippo de Rotingo,* O. F. M. — Item *M. R.*, Venet. 1481, iuxta Lucot, *St. Joseph. Étude historique sur son culte,* Paris 1875, p. 39. Dicendum iam c. 1500 Fratres Min. Missam propriam habuisse, cf. p. 143 eius textum ex epist. Fr. Alberti ad Cantorem S. Laurentii data e *Cod. Bibl. Reg. Bruxell.* 9598-9606; eadem occurrit in *M. R.*, Paris, 1504; *M. R.*, 1517; 1542; et *Miss. Ord. FF. Min.*, 1525 (cf. p. 212, 344), cum Sequentia: *O Patriarcha inclyte* (236). — Breviaria quaedam O. M., *B(rev.) R(om.),* Venet. 1496 (cf. *Acta SS.* mart., III, § 3, n. 19) Officium proprium rhythmicum S. Iosephi habebant; eiusdem officii lectiones iam in *B. R.*, Venet. 1482 occurrunt, sed *B. R.*, Venet., (Giunta), 1508, curante Francisco Feltrensi, O. M. Obs., in prima appendice has lectiones praebens, caeteras partes in appendicem II relegat. Textus officii istius editur, omissis lectionibus, 357-60; 366-7. — Addimus ex Gubernatis, *Orbis Se-*

raphicus, III, Romae 1684, 115 qui citat Capitulorum Regesta, iam in Congregatione Gli Observantium, Salmanticae 1461 statutum fuisse: « De S. Ioseph, sponso B. M. V., maius duplex 19 martii », festum celebretur. An. 1490 iidem Observantes tanquam duplex idem festum stabilierunt, cf. Glassberg, ap. *An. Fr.*, II, 506; sed an. 1505 ad duplex minus illud reduxerunt, Gubernatis, III, 227; et an. 1516 in tabula festorum denuo occurrit tanquam duplex maius, i. e. eodem ritu ac festum Paschatis. Cf. *Cod. MS. Namurcens.* 142, fol. 47 r. Plura sunt ideo de festi historia in ordine nostro inquirenda. — Moniales a SS. Annuntiatione, Ordini Min. subiectae, festum S. Ioseph tanquam dupl. II classis saeculo XVI celebrabant (235), eodem modo quo et festum Desponsationis agebant (249), et quidem ante alios. Has secuti sunt 1537 Fratres Minores (249; Wadding, n. 83; XVI, 428). — P. 280 narratur ex Hier. Gratiano de Matre Dei, O. Carm., *Leben und Lob des hl. Joseph,* (versio germ.), Ausburg 1615, V, 4, 392, S. Iosephum duobus O. F. M., in Hollandiam navigantibus et naufragantibus apparuisse et eos salvasse, exhortando, ut 7 *Pater* et *Ave* gaudia sua et dolores recolerent.

Theologi O. F. M. de S. Iosephi excellentiis non silebant (cf. 144 ss.); magisque easdem proclamabant Concionatores nostri, ut S. Bernardinus Senensis (208-9, 261-3), B. Bernardinus Feltrens, (209-10), Bern. de Bustis (210-11, 263-4). Pelbartus de Themesvar (264-66). — Pro ecclesia O. F. M. Civitatis Castelli Raphael ille Urbinas Sponsalitii B. M. V. cum S. Iosepho celeberrimam pinxit tabulam, quae hodie Mediolani adservatur (298). — Notat recte A. *Meditationes Vitae Christi,* olim communiter sed falso S. Bonaventurae adscriptas, quasque Ludolfus de Saxonia, O. Carth. in vulgatissima sua *Vita Iesu Christi* saepe repetiit, maximae auctoritatis per aevum medium apud omnes fuisse. — In Cod. iam nominato Bruxell. 9598-9606 Fr. Albertus, caeterum incognitus, circa 1500 ait: S. Iosephi « Festum est XIX mensis Martii, sicut vidit, qui testimonium perhibet; qui illo die fuit Lovanii ad sermonem de eo ad Fratres Minores et suffraganeus celebravit summam missam in pontificalibus super suum [= S. Iosephi] altare in medio ecclesiae ante chorum, ubi fuit infinitus populus propter sanctum Iosephi ». (211; n. 1). — Advertas tamen Provinciam Flandriae S. Ioseph non an. 1523 (210) erectam fuisse sed bulla 15 Iulii 1628; cf. opus V. Berlo, (hoc fasc. p. 360), p. 19. — Auctorem effugit. « *Die historie van den heiligen Patriarch Joseph, brudegom der Maget Maria,* Goudae, c. 1492 editum a Fre Philippo de Meron, O. M. Obs. Prov. Coloniae, qui 1484 cum Fr. Michaele de Lyra in Suecia fuerat, quique dicitur ibi festum S. Ioseph introduxisse; cf. Dirks, *Hist litt. des FF. Mineurs en Belgique,* Anvers 1885, 14. An ideo forsan, id quod A. non advertit, officium suecicum (360-2, 368 et ap. Blume-Dreves, *Anal. Hymnica,* XXVI, 175 ss.), imitatur metra Officii S. Francisci Assis. Fr. Iuliani Spirensis? — Caeterum Nic. Lyranus, minime erat hispanus (150), sed gallus; et Franciscus Quaresmius obiit 1656 (non c. 1700, 64).

2. Magnificentius longe, ob imaginum pulchrarum numerum (292 sunt) libro praefato, saepius eruditius sed ex ipso titulo strictius est opus P. St. Beissel, S. I., historiam cultus B. M. Mariae in Germania per medii aevi decursum pertractans. Splendidum est revera opus, undequaque typographia Herderiana perdignum. A. quoque, plurimis libris ad historiae artem pertinentibus celebre nomen iam diu est adeptus. Revera opus istud maiore apparatu et typographico splendore ea evolvit, quae auctor alio opere digesserat: *Die Verehrung Unserer Lieben Frau in Deutschland während des Mittelalters,* Freiburg 1896. Res in ipsa libri inscriptione expressas, et quoad tenorem realem et conceptum geo-

graphicum ampliore quo potuit modo interpretatus est auctor. Hoc siquidem recte; quoniam regio a regione his in rebus dependerat saepissime.

Serie chronologica cultus B. M. V. monumenta enumerat, orsus ab antiquissimis, quae inventa fuere per Galliae, Germaniaeque oras, usque ad saeculum IX exeuns (4-42); sicque saeculorum sequentium ecclesias, festa, libros, acta, documenta, imagines, statuas, reliquias, devotiones, instituta etc. enumerat, perlustrat, interpretatur. Nec quispiam tali in re omnia prorsus colligere potest, nec nos hic omnia ab auctore diligentissimo collecta ne enumerare quidem possumus. Speciatim agit de cultu B. M. V. praestito ab Ordinibus religiosis, v. gr. a Cistercientibus et Praemonstratensibus (cap. XII, p. 195-213), a FF. Praedicatoribus (c. XIII, 214-28; 229 ss., 511 ss., 540 ss.), ab Ordinibus numero minoribus (c. XV, 266-77); cap. XIV, 251-65 ab Ordine Franciscano.

Artium etiam, litterarumque obsequia, nunc dissertiore, nunc doctiore modo in septingentesimum conditi minoritici Ordinis anniversarium concinebant, et conferebant, academiis sollemnibus, in quibus, coram viris clericis et saecularibus insignibus delectis, Sancti Patriarchae Assisiensis humillimi, Ordinumque ab ipso institutorum depromebatur gloria. Agebant hoc oratores facundi, rerum actarum indagatores validi, carminum modulatores dexteri, pro suo quique modo celebritatis memorandae momenta augentes et exaltantes. Vesperascente demum festivitatis mirandae die principali, alicubi luminum variorum splendoribus conventus nostri fulgentes irradiabantur. Faxit Deus O. M., intercedente Beatissimo Ordinis trini Fundatore, ut fructus spirituales ex sollemniter adeo peractis, in quamplurimorum hominum corda redundent!

Haec quam brevissimo perstricta calamo sufficiant, ut quî Septimum ab Ordine condito saeculo completum, a nostratibus sit celebratum aliquatenus innotescat. Fieri enim nequit, pro ARCHIVI indole, ut ad singulas singularum Provinciarum relationes descendamus, nec nomina quidem recensere ullatenus licet.

Animus necessario utique erat contexendi ea potius quae litterarie, docteque sunt peracta. De quibus plura vel adumbrata vel insinuata in CHRONICA fasciculi istius. Periodicis ibi digestis plurima alia forent addenda, innumeraeque ephemerides quae, quid singulis diebus actum sit, enarrant et complectuntur.

Acta Ordinis Fratrum Minorum, an. XXVIII, maii 1909, n. V, fasciculum specialem « pro septimo Ordinis Minorum conditi centenario commemorando » efformaverunt, p. 141-248. Exhibentur inibi: 1°) Litterae apostolicae Pii P. X, quibus ecclesia S. MARIAE ANGELORUM IN PORTIUNCULA « Caput et Mater Ordinis Minorum », « in Basilicam Patriarchalem et Capellam Papalem » erigitur, Romae XI april. 1909, p. 149-69. 2°) PII P. X litterae datae R.mo P. « DIONYSIO SCHULER, totius Ordinis Fratrum Minorum Ministro Generali » pro septimo a condito Ordine saeculo vertente congratulatoriae, 25 april. 1909, p. 170-3. 3°) EIUSDEM AD EUMDEM litterae de Tertio Ordine S. P. N. FRANCISCI, 5 maii 1909, p. 94-6. 4°) EIUSDEM AD EUMDEM litterae Primo et Secundo Ordinibus mutuam communicationem indulgentiarum et fructuum spiritualium Tertiariorum concedentes, 17 maii 1909, p. 177. 5°) Litterae encyclicae R.mi P. MINISTRI GLIS de celebrando Septimo Ordinis conditi Centenario, Romae 8 maii 1909, p. 179-83. 3°) Ad EUMDEM dicta occasione litterae congratulatoriae R.mi P. MAGISTRI GENERALIS Ord. Praedicatorum, Romae 10 maii 1909,

p. 185-7. — Sequuntur e libro indicato AFH II, 484, Catalogi: 1°) Ministrorum Generalium Ord. FF. Min. 188-92; 2°) Capitulorum Glium, 193-5; 3°) Cardinalium Protectorum Ordinis, 196-7. — Nomina Superiorum Maiorum Ordinis (1909) 199-201. — Catalogus Hagiographicus seraphicae Familiae iuxta saeculorum seriem dispositus, 203-243.

Litterae apostolicae. — SSmus Dominus Pius P. X. die 4 oct. 1909 litteras edidit: *Septimo iam pleno,* quibus plurimis elogiis S. P. Francisci ordinibus cumulatis, ait Summus Pontifex: « Volumus, iubemus, ut quotquot sunt de ternis disciplinis Franciscalis ordinis primi, omnes non solum germani sed *gemelli* Fratres,... cum inter se tum ab omnibus habeantur ». Deinde plura (X) statuuntur, de nominibus: « *Ordinis Fratrum Minorum* » pro familia illa, « quae a Leone XIII. fel. rec. ad unitatem revocata est », dum « altera est *Fratrum Minorum* qui *Conventuales* audiunt, tertia *Fratrum Minorum* qui *Capuccini* appellantur ». Primos illos, « quoties appellatio *Ordinis Fratrum Minorum* sine ullo apposito ambiguitatem haberet, oportere... praesertim in actis publicis... *Ordinem Fratrum Minorum ab Unione Leoniana* » vocari ordinatur; aliaque — paragraphis X et IV — quae inter primos illos atque FF. Min. Conventuales et Capuccinos intercedere possint regulantur. — Cf. *Acta Apostolicae Sedis,* an. I, n. 18, diei 4 oct. 1909, 725-37. *Acta Ord. FF. Min.,* XXIX, 97-104; *Analecta Ord. Min. Capp.,* XXV, 305-313.

⁂ Epistola, quam SSmus Dnus Pius P. X. « ad E. V. Ios. Calasanctium Card. Vives, praefectum S. Congregationis de Religiosis circa titulum Fratrum Minorum » dedit die 15 Dec. 1909, ordinatur paragraphis tribus, additum illud « *ab Unione Leoniana* » exprimendum esse in documentis Curiae Pontificiae his tribus in casibus: 1) ubi tres illae familiae simul ac eorum Ministri enumerantur; 2) in indultis etc. concessis familiae illi, 3) demum in controversiis etc. inter tres familias franciscanas forte orituris. Aliis vero in casibus simpliciter *Ord. Fratr. Min.* nuncupandi, uti assolebat, erunt. — *Acta Apost. Sedis,* I, 20 dec. 1909, 813-4.

⁂ Acta Congregationis Intermediae Ord. FF. Min. Assisii ad S. Mariam de Angelis habitae (cf. AFH II, 686), modo sub prelo sunt; quae postquam prodierint, occasionem praebebunt plura de eis adnotandi.

Novi ex Ordine nostro Episcopi. — Litteris Apostolicis in forma Brevis die 8 Ian. 1910 SS. Pont. Pius X R. P. Bernardinum Slaku, Provinciae Albaniae filium, ad Ecclesiam tit. Tiberien. evexit, deputavitque Coadiutorem cum futura successione Illmi ac Rmi D. Nicolai Marconi, nostri pariter Ordinis, Episcopi Pulatensis.

⁂ Per Breve Apostolicum d. 15 Februarii 1910 ad Ecclesiam tit. *Ioppensem* evectus est Rmus P. Eugenius Massi, Prov. Marchiae, O. F. M., Missionarius Apostolicus in Sinis, simulque deputatus Vicarius Apostolicus pro *Scian-si Sept.,* a quo munere Revmus D. Agapitus Fiorentini, O. F. M., ultro recesserat.

« Franciscani » Protestantes ad fidem redeunt. — Admirationem non parvam genuit per Statuum Unitorum Americae Sept. oras ad Ecclesiae Catholicae sinum conversio seu reditus totius Societatis reparatricis dictae (*Society of Atonement*). Erat haec Societas « Ordo franciscanus » quidam e membris protestantibus consistens, quam D. Lewis Wattson, Minister Anglicanus, magis notus sub nomine Patris Pauli Iacobi Francisci, medio anno 1900 fundaverat cum aliquibus sociis, sub habitu et regula Fratrum Minorum, apud Graymoor (N. Y.). Tribus votis consuetis in ordinibus catholicis accessit propositum firmum la-

borandi pro unione ecclesiarum christianarum assequenda. R. P. PAULUS lauream adeptus in Collegio S. Stephani (*St. Stephens College*, Annandale N. Y.) et in seminario generali Neo-Eboraci, factus est minister Ecclesiae Episcopalis an. 1885. Postquam Missioni unitae (*Associate Mission*) Omaha, (Nebr.) praefuit, totum se vovit causae unionis inter Ecclesiam Catholicam et Episcopalem procurandae. Tali fini inserviebat etiam periodicum mensile « *The Lamp* » (Lampas), vocatum, quod unicuique fasciculo et paginae praefixum habet illud: *Ut omnes unum sint*. Cf. de eo supra p. 377-8. Prodiit in Greymoor ubi conventum « franciscanum » fundaverat. Ibidem circa milliare ab isto conventu distans, est quoque, a Paulo fundatum et directum, monasterium S. Clarae, sequens regulam primariam huius Sanctae. Revera et « Fratres Minores » illi et « Clarissae » istae doctrinas, ritusque Ecclesiae Catholicae iam aliquamdiu observabant. Mense Augusto an. 1909 a Sua Sanctitate Pio X petiverunt, ut eos sub protectione Sua asciret. Quod annuit Summus Pontifex, mediante Rmo V. D. Diom. Falconio (ex O. F. M.) Delegato Apostolico pro Statibus Foederatis. Concessum quoque fuit eis, ut retento nomine et sodalitio proprio suo separatim durante, in Ecclesiam Catholicam recipi possent. Quod et factum est die 30 oct. 1909, in sacello S. Mariae Angelorum in Graymoor, R. D. Jos. Conroy, Vicario Gli dioeceseos Ogdensburgensis professionem fidei recipiente ab utriusque conventus « Franciscanorum » et « Clarissarum » incolis; illi 12, istae vero 6 tunc erant. Officiatori adsistebant R. P. Paschalis Robinson, O. F. M., et R. D. Patr. Drain, parocho presbytero. — Die 10 Nov. Rmus D. D. Farley, archiepiscopus Neo-Eboracensis conversis illis Confirmationis sacramentum contulit, post quem actum R. P. Paschalis Robinson, O. F. M., omnes habitu Tertii Ordinis S. Francisci induit. — Cf. *The Catholic News*, 16 et 13 nov. 1909; *The New York Times*, 14 nov. 1909; *The Lamp*, nov. 1909.

Laureati. — Die 8 sept. 1909 Facultas theologica Universitatis Monasterii Guestfaliae, promovente R. D. D. Prof. Dr. JOS. MAUSBACH, dicti Ordinis theologorum decano, R. P. LEONARDO LEMMENS, O. F. M., « qui », ut ipsis sollemnis diplomatis verbis utar, « primaevis historiae Franciscanae monumentis diligentissime exploratis, editisque, initia et incrementa Ordinis praeclare illustravit, eiusdem viros insignes atque res gestas praesertim Germanicas egregie descripsit, anno quo sollemnia saecularia Ordinis S. Francisci septimum celebrantur... summos in Sacra Theologia honores, doctorisque gradum iura ac privilegia » contulit.

⁂ Studii academici curriculo peracto, examinibus praescriptis superatis, die VIII Iulii 1909, R. P. CAROLUS BALTHASAR, O. F. M., qui iam an. 1904 Romae concursum generalem pro Historiae ecclesiasticae Lectoratu generali laudabiliter superaverat, in Universitate Friburgi (Brisgoviae), lauream, doctoratumque Philosophiae rite est « praecipua cum laude » adeptus.

B). — *Acta Ord. Min. Capuccinorum.*

Nova editio Constitutionum Ord. Min. Capuccinorum. — Mentem et voluntatem Summi Pontificis, tempore Generalium Comitiorum (cf. AFH I, 662 s.) ab Emo Cardinali Protectori manifestatam prae oculis habentes, Commissarii ab unaquaque natione electi ad Constitutionum Ordinis revisionem, una cum Rmis PP. Ministro et Definitoribus Generalibus, opus suum, in Epiphania Domini 1909 inceptum, labente Februario

compleverant. Hae novae Constitutiones a Summo Pontifice, qui sibi illarum approbationem reservaverat, per Litteras Apostolicas diei 8 Septembris 1909 confirmatae (*Acta Apostolicae Sedis*, ann. I, 761-3) et Litteris Encyclicis Revmi P. Generalis Ord. Min. Capucc. d. 8 Decembris eiusdem anni promulgatae (*Anal. Ord. Min. Capucc.*, XXVI, 1910, p. 6-28), nunc iam typis in lucem exierunt. Formam et substantiam priorum Constitutionum, quae per fere tria saecula Capucc. Ordinem moderatae sunt, in antiquo textu italico conservare cernuntur, illis tantum suppressis, modificatis et additis, quae requirunt tempora adiuncta, recentiora SS. Congregationum Decreta, Normae Regiminis ante capitulum promulgatae ac aliae tunc neo-electis Superioribus Generalibus traditae (cf. *Analecta,* XXIV, 164 ss.) vel postea eadem suprema auctoritate praescriptae. Simul etiam versio latina, eadem qua textus italicus gaudens auctoritate et approbatione, edita est. — *Regola e Testamento del Serafico Padre S. Francesco con le Costituzioni dei Frati Minori Cappuccini, approvate dalla Santità di N. S. Papa Pio X.* Edizione italiana, Roma, Tip. Poliglotta Vaticana, 1909, in-4° pp. 150. Fasciculus separatus includitur: *Appendici alle Costituzioni Generali dei Frati Min. Cappuccini,* ibid.. pp. 19 continens: I. quasdam *Instructiones et cautelas*, 2-10, II. de privilegiis et exemptionibus, 11-9. L. 2,50. — *Constitutiones Fratrum Min. S. Francisci Capuccinorum* a Pio PP. X *approbatae.* Editio latina, Romae, ibid. 1909, in-12°. pp. 128; L. 2. *Appendices Constitutionibus FF. Min. S. Fr. Cap.,* ibid. pp. 16.

⁂ LITTERIS ENCYCLICIS, die 15 augusti 1909 datis Rmus P. PACIFICUS A SEIANO, Minister Glis Ord. M. Cap. annuntiavit «Ordinis Franciscalis saecularia solemnia ab eiusdem institutione exeunte septimo saeculo» celebranda. Cf. *Analecta Ord. Min. Capucc.*, XXV, 1909, p. 269-92. — Separatim quoque prodiit epistola, in-8°, 34 pp.

Novus Episcopus. — Ad sedem Archiepiscopalem Smyrnensem, cui unita est Administratio Vicariatus Apostolici Asiae Minoris, per Breve Apostolicum d. 22 Decembris 1909 evectus est A. R. P. JOANNES ANTONIUS ZUCCHETTI A MEDIOLANO, Prov. Tridentinae alumnus et per 30 annos in Mesopotamia Missionarius. (*Analecta Ord. Min. Cap.,* XXVI, 1910, p. 30.)

Novus Definitor Generalis. — Sacra Congregatio de Religiosis Sodalibus per Rescriptum diei 2 Octobris, ratam habuit et confirmavit electionem R.mi Definitorii Generalis Ordinis, qua R.mus P. FULGENTIUS A GOSSENSASS, iam Definitor Generalis, iterum ad hoc munus assumptus est, in locum P. *Bennonis a Monachio,* qui sponte officium remiserat (Ex *Analectis Ord. Min. Cap.*, XXV, 1909, 334).

Directio Periodici.

LIBRI RECENTER AD NOS MISSI

Quorum praecipui in *Bibliographia* huius Periodici accurate discutientur.

Historia Franciscana.

— — *Nel VII Centenario della fondazione dell' Ordine dei Minori. Al Serafico Patriarca. Omaggio dei Frati di Val Mazzara.* Palermo, Stab. tipo-lit. dell' Impr. Gen. Affiss. e Pubblic. [1909]. In-4°, pp. 34, con figure.

— — *Rivotorto. Ricordo del VII Centenario dalla fondazione dell' Ordine Minoritico. 1209-1909.* S. Maria degli Angeli, Scuola Tip. Umbra, 1909. In-4° gr., pp. 46, con illustrazioni.

— — *Il 7° Centenario dell' istituzione dell' Ordine Francescano. Feste solenni alla SS. Annunziata.* Parma, Tip. Coop. Parmense, 1909. In-8°, pp. 23, con figura.

— — *Die Feier des siebenhundertjährigen Jubiläums des Franziskaner-Ordens in der Stadtpfarrkirche St. Anna in München am 2. 3. und 4 Oktober 1909.* München, Lentner (Stahl), 1909. In-8°, 63 pp.

— — *Beiträge zur Geschichte der Sächsischen Franziskanerprovinz vom hl. Kreuze. Separatausgabe des Jahrbuches 1908,* ibidem, [1909], in-4°, 134 pp.

— — *Jahresbericht der sächsischen Franziskanerprovinz* vom hl. Kreuze 1908, Düsseldof, Schwann [1909]. In-4°, 62 pp.

Benvenuti, Stanislao, O. F. M. — *La glorificazione degli umili.* Orazione funebre dei Francescani illustri morti nel sessenio 1903-9. Letta in S. Maria degli Angeli (Assisi) in occasione della Congregazione Generale. Quaracchi, tip. Collegio S. Bonaventura, 1909. In-8°, pp. 33.

Bruno de Paris, O. Cap. — *Création et débuts d'un Séminaire Oriental à Constantinople.* Paris, Poussielgue; Couvin, S.-Roch 1907. In-8°, pp. 91.

Callaey, Fred., O. M. Cap. — *Recherches sur Ubertin de Casal,* p. 453-463, dans *Univ. de Louvain; Séminaire historique; rapport sur les travaux pendant l'année académique 1908-09.* Louvain, Jos. Van Linthout 1910. In-12°, pp. 425-518.

Centi, Marcellino, O. F. M. — *Cenni storico-descrittivi della SS. Annunziata del Vastato in Genova.* Genova, Tip. Serafino e Ferrando, 1909. In-16°, pp. 53.

Edouard d'Alençon, O. M. Cap. — *L'Abbaye de S. Benoît au Mont Soubase près d'Assise.* (Extrait des Etudes Franciscaines, oct. 1909). Couvin, S. Roch 1909, in-8°, 52 pp.

Fernandez, Mariano, O. F. M. — *Conspectus Omnium Missionum Ordinis Fratrum Minorum an. 1908-1909; Congregationis Glis mense Maio 1909 celebratae occasione confectus.* Ad Claras Aquas (Quaracchi), Typ. Collegii S. Bonav., 1909, in-16°, pp. XVIII, 453.

Groeteken, Autbert, O. F. M. — *Die Volksmissionen der norddeutschen Franziskaner vor dem Kulturkampf 1849-1872. Nach meist ungedruckten Akten bearbeitet.* Münster i. W., Alphonsus-Buchhandlung, (1910), in-8°, 137 pp.

Grob, Jacques, Abbé. — *Recueil d'Actes et Documents concernant les Frères Mineurs dans l'ancien duché de Luxembourg et comté de Chiny.* Luxembourg, Ios. Beffort 1909, 1 vol. in-8°, LXXXII, 812 pp. — *Publications de la Section historique de l'Institut Grand-Ducal de Luxembourg,* vol. LIV et LVI.

Holder-Egger, Osw. — *Salimbene und Millioli. Sonderdruck aus der* Karl Zeumer *zum 60 Geburtstag von Freunden und Schülern dargebrachten Festgabe: Historische Aufsätze.* Weimar, Böhlau, 1909, 32 pp.

Huart, Arthur. — *Jacques de Bourbon 1370-1438.* Couvin, Maison S. Roch 1909. In-8°, 136 pp.

Mariotti, Candido, O. F. M. — *L' Ordine Francescano in Matelica. In occasione del VII Centenario dalla fondazione del medesimo.* Matelica, Tip. Elzeviriana, 1909. In-8°, pp. 52, con figura. — L. 0,60.

Othon [DE PAVIE], O. F. M. — *L'Abbé Pierre-Auguste Rougier, prêtre fondateur de l'Institut des Franciscaines de Notre-Dame du Temple et des maisons de Retraites Sacerdotales 1818-1895*. Limoges, Impr. Perrette, 7 Cours Jourdan 7, 1909, in-8°, XVI, 528 pp.

Paolini, FRANCESCO M., O. F. M. — *Toletana seu Ordinis FF. Minorum. — De la Beatificación o confirmación del culto de la Sierva de Dios* BEATRIZ DE SILVA... *fondadora de la Orden de la Immaculada Concepción de N. Señora*, (1424-1490). Artículos concernientes el caso exceptuado en los decretos del Pont. Urbano VIII.... Romae, tip. Pont. instit. Pii IX, 1909. In-8°, pp. 57.

» » — *Cause du dioc. de Séez ou de l'ordre des FF. Min. — Articles pour la confirmation du culte immémorial rendu à la Bse* MARGUERITE DE LORRAINE, *duchesse d'Alençon* (1463-1521) O. S. Cl.... Ib. In-8°, pp. 60.

Raimondo, GIUSEPPE, O. F. M. — *In memoria del P. Vincenzo Bongiorno*. Elogio funebre. Quaracchi, tip. Coll. S. Bon., 1909. In-8°, pp. 38.

Rederstorff, MATERNUS, O. F. M. — *Schriften des hl. Franziskus von Assisi. Neue deutsche Uebersetzung nebst Einleitung und Anmerkungen*. Regensburg, Fr. Pustet, 1910, in-16°, 216 pp.

Reisch, CHRYSOGONUS, O. F. M. — *Gedenkblatt zum 200jährigen Bestehen der Kalvarie St. Annaberg*. Breslau, Goerlich und Coch, 1909, in-8°, 109 pp.

» » — *Album St. Annaberg*. Breslau, Schles. Volkszeitung, 1909, in-8°, 24 pp.

Retana, W. E. — *Aparato Bibliográfico de la Historia generál de Filipinas deducido de la colección que posee en Barcelona la Compañía generál de Tabacos de dichas islas*. Madríd, Imprenta de la sucesora de M. Minuesa de los Ríos, 1906, 3 voll. in-4°, tom. I, pp. XLVIII, CXIX, 463; tom. II, pp. 465-1064; tom. III, pp. 1065-1800, (4). — (150 Pesetas).

Rocco, GAETANO da Napoli, O. F. M. — *Compendio della Vita di S. Giacomo della Marca, O. F. M.* Napoli, Stab. tip. N. Iovene e C., 1909. In-16°, pp. 173, con figura. — L. 0,40.

[**Scaramuzzi,** DIOMEDE, O. F. M.]. — *Il Santuario di S. Matteo, presso S. Marco in Lamis*. Cenni storici. Foggia, tip. P. Cardone, 1909. In-16°, pp. 32, con illustrazioni; (L. 0,30).

Sevesi, PAOLO M., O. F. M. — *Storia del culto prestato ab immemorabili al B. Bernardino Caimi da Milano dei Frati Minori, fondatore del Sacro Monte di Varallo*. Novara, Tip. S. Gaudenzio, 1909. In-8°, pp. 101.

IDEM. — *Una Gemma del Terz' Ordine Francescano. S. Elisabetta d'Ungheria (1207-1231)*. Genova, Tip. Serafino d'Assisi, 1909. In-8°, pp. 35.

Ubald D'ALENÇON, O. M. Cap. — *Les idées de S. François d'Assise sur la science*. Paris, Libr. gén. cathol. (Poussielgue), 1910. In-16°, 68 pp.

IDEM. — *Les Frères Mineurs Capucins à Angers 1855-1870*. Notice historique. Angers, Germain et Grassin, 1909. In-8°, 67 pp.

Varia.

Coletti, CLEMENTE, O. F. M. — *Via sicura per salire al cielo. Florilegio Sacro*. Torino, tip. Pontificia P. Marietti, 1909, in-16° pp. 488.

Edmond, AGOSTINI O. F. M. — Manuel du Frère Convers dans l'ordre séraphique. Lille-Paris Rome, Soc. St. Augustin, 1909, in-16° pp. 131.

J.-B du Petit-Bornand O. M. Cap. — *Sur la question du nombre des élus. Simples Notes*. IIe édit. Paris, Lethielleux, éditeur, [1909], in-12° pp. 132.

Idem. — *Notre-Seigneur Jésus-Crist est la solution de toutes les difficultés*. Simples aperçus, IIe édit. Paris-Tournai, Casterman [1909], in-32° pp. 26.

Innocenti, BENEDETTO, O. F. M. — *Frate Sole (S. Francesco d'Assisi)*. Firenze, Tip. Domenicana, 1910, in-8°, pp. 33.

— — *Chartularium Studii Bononiensis. Documenti per la storia dell' Università di Bologna dalle origini fino al secolo XV publicati per opera della Commissione per la storia dell' Università di Bologna*. Vol. I. Bologna, presso la Comm. per la Storia dell'Univers. di Bologna, 1909, in-4°, pp. XII-429. — L. 20.

De licentia Ecclesiastica et Superiorum Ordinis.

DISCUSSIONES

DE STIGMATIBUS S. FRANCISCI ASSISIENSIS

(OCCASIONE RECENTIS CUIUSDAM LIBRI).

Quoniam, tot tantisque operibus ac investigationibus, partim antiquioris partim moderni temporis non obstantibus, prodiit inscriptus: *De Stigmatibus S. Francisci Ass.*, nuperrime liber (1), qui Facultati Philosophiae Universitatis Tübingensis qua Dissertatio, uti aiunt, inauguralis est probatus, varias sive suppositas sive veras quaestiones de insignissimo illo privilegio Patriarchae Minorum pertractans, modo qui severae scientiae criticae speciem prae se fert, ad huius normas saepe saepius clamans atque reclamitans; ansam, copiamque inde nanciscimur opportunam, licet importune obtrusam, rem istam denuo pertractandi. Qui librum molis non grandis scripsit, Ios. Merkt, Doctoris nomen ac dignitatem eo adeptus, acumine critico est usus perspicacissimo, argumenta et ratiocinationes perite parando ac struendo. Attamen ex hoc nemo prudens specie illa scientiae critices severae et inexorabilis se pellici ultro vel glaucoma sibi ob oculos obici patietur, quinimmo examinabit scriptoris critices rationem celebrantis dicta, locos allegatos, inductiones, aequo iudicio omnia experiturus atque ad obrussam exacturus.

Sex in capita discerpitur dissertatio, quorum primum agit de exercitiis asceticis tempore S. Francisci usitatis [1-6]; II^m^ inscribitur: Quomodo historia de S. Francisci Stigmatibus iudicaverit [7-21]; III^m^: Quid de stigmatibus referant

(1) Dr. Iosef Merkt, *Die Wundmale des heiligen Franziskus von Assisi,* Leipzig und Berlin, B. G. Teubner, 1910, in-8°, [IV], 68 pp. (Venit 2 Marcis). Est fascic. V Collectionis, quae moderante Dr. Walt. Goetz, Professore facult. philos. Universitatis Tübingensis prodit: *Beiträge zur Kulturgeschichte des Mittelalters und der Renaissance,* (*Heft 5*).

fontes historici [21-34]; in IV° inquirit quo tempore orta sint stigmata [35-52]; V^m^ quam formam prae se tulerint investigat [52-61]; VI^m^ denique quomodo stigmatum ortus sit explicandus paucis coniecturat [61-8].

I.

Ad singula capita descendendum nobis est, ut singulas res dictas, deductas, specietenus vel revera probatas anquiramus. — Capituli primi titulus latius sonat quam res inibi tractatae, quia non de asceseos christianae vel monasticae usibus in genere, sed paucissimis verbis dictis de castigationibus vel mutilationibus quorumdam asceticorum, tria facta analoga « stigmatizationis » enumerat, inde statim concludens [1] conceptum « stigmatismi » illo tempore sat vulgatum fuisse, tresque illos casus quodammodo fulcire theoriam, tenentem ipsum S. Franciscum sibi inflixisse vulnera Christi, non ut mundum deciperet, sed ut magis 'christiformis' fieret.

Tria illa facta sunt sequentia, iam pridem caeterum nota. De primo, locum Matthaei Parisiensis dicti, O. S. B., monasterii S. Albani, Londinensis, monachi (obiit paulo post 1259), qui illum Chronicae Rogeri de Wendover († 1236) inseruit, subicio integrum, a Dr. M., non perfectissime exhibitum (1).

« *Hoc etiam anno* [1222] *comprehensus fuit quidam paucis diebus ante concilium celebratum Cantuariae* (2) *a magistro S*[*tephano*] *Cantuariensi archiepiscopo, habens in corpore et membris, scilicet in latere, manibus et pedibus, quinque vulnera crucifixionis et in dicto concilio simul cum eo* [*quidam*] *utriusque sexus, scilicet Ermofroditus, eiusdem erroris quo prior fuit obcaecatus cum suo complice praesentatus. Super quo convicti et publice confessi, iudicio ecclesiae puniti fuerunt. Similiter* (3) *et quidam apostata, Iudaeus factus ex Christiano, diaconus, qui similiter est iudicialiter punitus; quem Falco statim arreptum suspendi fecit* ».

Cur 'stigmatizatus' ille Anglus, cum socio suo vafro eiusdem farinae, capitis damnatus sit inquirens, quam benignissime, sed absque demonstratione, infert Auctor, clericos Angliae istiusmodi obiurgatores acres et ingratos, ex industria e medio tollere voluisse, miserum illum falso insimulan-

(1) Matthaei Parisiensis, Monachi S. Albani, *Chronica Maiora* edited by H. R. Luard, (*Rerum Britannicarum medii aevi Scriptores*, n° 57), III, 71. London 1876 [non 1872 uti habet Merkt, 2]; ed. G. Wats, Londinii 1684, 265. De facto dubium oriri vix potest. Est quoque iuxta M(erkt) 2, ap. A. Maury, *La magie et l'astrologie*..., Paris 1864, 3ª ed. 386.

(2) Legas *Oxoniae*, uti editor iam adnotavit.

(3) Hoc a Merkt, 2, omissum non neglexi, cum innuat, quam arbitrarie A(uctor) concilio obtrudat fraudem in illos tres condemnatos.

tes, quod stigmata fallendi intentione sibi inflixisset (1). Immo quia [!] et S. Francisci stigmatibus postea contradictum esset vehementissime [?] etiam post Papales bullas (2), concludit, Anglum illum (innocenter ergo condemnatum) stigmata sibi potius ex motu asceseos quam ex crassa fraude inflixisse. Quod nebulo ille atque eiusdem furfuris socius, confessi sint et convicti, nihil circumspectum movet Auctorem, nihilque quod nobile illud par fratrum excelluerit ingenio adeo morali. Sed nec Auctoris apologia perbenigna et humanior movebit quempiam.

Ex rationibus asceseos seu mortificationis religiosae Robertum « dictum Marchesium de Monteferrando », stigmata, — intellige proprio et stricto sensu, — « operatione mechanica sibi inflixisse in manibus et pedibus et latere » (sic) dicit Dr. M. [3], ex loco *Tractatus* (3) Fr. Stephani de Borbone O. Praed. (4) († 1262) post an. 1249 scripti et sic sonantis:

« *Qui,* [Robertus] *multis annis ante mortem suam in memoriam passionis eius et fidei, stigmata Domini Iesu in corpore suo portaverat. Cum aliis penitenciis quas faciebat in memoriam passionis Domini, cum quibusdam clavis carnem suam singulis sextis feriis usque ad sanguinis effusionem configebat* ».

Robertus supremum obiit diem 1234. Concedit Auctor noster difficulter determinari posse, quot annos τό « multis annis ante mortem » comprehendat [4]. Sed cunctationem

---

(1) Quae suppositio nititur in loco Abr. Bzovii, *Annalium ecclesiast. post.... Baronium,* t. XIII, Coloniae Agripp. 1616 ad an. 1222, n. XX, p. 311: *In synodo autem Cantuariensi, seu mavis Oxoniensi hoc anno in Anglia celebrato, Pseudochristus quidam, qui se Christum* (!), *venisseque, ut errores, qui in Clero et populo grassarentur, emendaret, audebat asserere; et signa quaedam quasi Christi crucifixi, manibus pedibus laterique impressa, ad maiorem populi circumventionem ostendebat, ut vanus et perfidus nebulo in crucem, quam meruit cum Hermaphrodito quodam assecla sublatus est.* Hic cessat M. 3 not. 1, sed prosequitur Bzovius: *in qua et diaconus quidam desecratus flammisque exustus, quod ad iudaicam perfidiam nefarie profugisset.* Utrum *MS. Vatic.* a Bzovio allegatum novus fons considerandum sit, M. 3, necne, ignoramus. Aderant ergo secundum Bzovium, aliae rationes, quam illae fraudes, quas concilio obiurgat Dr. M. — Cf. et Spondanus, *Annalium... Baronii continuatio,* ad an. 1222, n. 7, Lutet. Paris. 1659, I, 85.

(2) De hoc cf. infra 424.

(3) De eo Quétif-Echard, *Script. ord. FF. Praed.*, I, Paris 1719, 184-194.

(4) *Tractatus de diversis materiis praedicabilibus,* edidit A. Lecoy de la Marche. *Anecdotes historiques, légendes et apologues tirés du recueil inédit d'Etienne de Bourbon,* Paris 1877, 277. Apud Quétif-Echard, I, 186 ss. partes tractatus iam vulgatae erant, ibi locus noster est I, 191.

hanc prudentem statim deserit, arbitrarie inferens hoc saltem annum 1226 comprehendere, (et stigmata S. Francisci paucis hebdomadis ante mortem orta esse supponens), praetendit stigmata Roberti debere dici: « si non ante stigmata S. Francisci, at tamen quasi eodem cum eis tempore orta esse » [5]. Cum econtra sat constet tales dicendi modos chronologicos a rerum scriptoribus medii aevi adhibitos (1) valde vagos et dubios esse, nec eos absque aliis documentis seu rationibus ad certum numerum restringi posse, tali illationi opponimus, quod non minore iure supponeret quispiam his vocabulis 5 vel 10 aut 6 vel 8 annos posse stabiliri. Sic vero res tota mutatur. Pari enim, immo maiore iure dicimus Robertum (qui obiit 1234) imitatum esse Franciscum, cuius stigmatizatio longe celebrior quam illa praetensa Roberti certissime exstitit, quam S. Franciscum aemulatum esse — et quo modo? — ignotum illum marchisium Arverniae in Gallia.

Sed in peius magis mutatur res haec. Quonam, quaerimus, iure Doctor M. in alios severissimus, Stephanum facit tribuentem Roberto stigmata « in manibus, pedibus ac latere »? [4]. Nusquam locorum hoc dixit. Insuper verba Fr. Stephani, suntne absque dubio ullo interpretanda in sensu prorsus sic determinato, quem technicum vocant, an sensu lato, qui fundatur in Gal. 6, 17, versu omnibus notissimo? Hunc revera sensum, scilicet stigmata designare vulnera in genere, sat clare innuunt voces « in memoriam passionis et fidei »; et verba « cum aliis penitentiis » praecedentia plane sic explicant (2).

Eodem quoque modo exegetae in genere S. Pauli versum explicavere, non solum illi, quos Auctor noster doctus hoc in loco allegat tamquam exempla exegeseos doctae « illius aevi » [?], i. e. Hervaeum Burgidolensem († circa 1150) (3)

(1) Cf. p. 419ss., 401.

(2) Quétif-Echard, I, 191, videntur legisse parum recte, « aliis *poenis* ». — Poterat Dr. M. hic saltem alludere ad sensus non omnino planos loci Fr. Stephani, id quod et Lecoy de la Marche, l. c. 277, in nota fecerat, quoad interpungendi modum.

(3) Migne, P. L. non quidem CLXII [M. 6, n. 1], sed CLXXXI; et addo: col. 1212. « *Id est quasi servus ex fuga retractus et per serviles notas cauteriatus, in toto corpore meo cicatrices vulnerum, quae pro Christo passus sum porto et variis modis affligor* ». Et subinde alio modo: « *Id est: Ego sum de familia Christi, ego sum annumeratus in militia Regis aeterni, quod multiplices plagae in corpore meo per cicatrices ostensae designant* etc. ».

et Petrum Lombardum († 1164) (1). Hi simili modo quo Steph. de Borbone « stigmata » interpretantur. Quibus addi possunt plures ante et post S. Franciscum, inter quos (2) S. Petrus Damiani, macerationes et mortificationes saevas S. Dominici Loricati describens (3). Iste enim locus, non minus perperam quam ille Stephani de Borbone a Dr. M., in sensu proprio intellectus est a N. Tamassia, ubique indicia praevia rerum de S. Francisco relatarum subodorante (4).

Superest tertius locus quo probare voluit A. stigmata S. Francisci resultasse ex ideis stigmatismi iam ante an. 1226 [vel 1224] vulgatis per orbem. Desumptus est ex Vita B. Dodonis de Hascha Ord. Praem., in Frisia (5).

« *Anno igitur Domini MCCXXXI Frater Dodo, homo bonae conversationis et approbatae vitae, Dominica post Annuntiationem B. Mariae Virginis ex ruina maceriae veteris structurae oppressus, mortuus est, qui antea vitam monasticam et solitariam in eodem loco ad quinquennium duxerat serviens Deo et beatae Virgini die ac nocte maxima afflictione sui corporis et sic quasi martyrizatus a Deo et cum Deo vitam finivit. Cum igitur de ruina sanctuarii lapidibus oppressus fuisset et mortuus,* invenerunt vulnera aperta in manibus et pedibus et in dextro latere suo ad modum quinque vulnerum Domini, *quae forte ad compatiendum Crucifixo multis annis portavit, ut vere dicere posset cum Paulo: Ego stigmata Domini mei Iesu Christi in corpore meo porto. Hoc autem ante diem obitus* nullus scivit, *nisi solus Deus, qui omnia noscit* ».

Quia, ait Dr. M., biographus Dodonis statim scopum stigmatum recognovit (!), innuitur eadem fuisse tunc temporis « signa ascetica vulgata » (!), et ob τὸ « forte.... multis annis » Dodonis stigmata supponit ad minus eodem tempore orta, quo et illa S. Francisci. Quid conclusio isthaec va-

---

(1) Obiit 1164 vel 1160; in ep. ad Gal. P. L. CXCII, 169 s.

(2) V. gr. Bruno Astensis sive Segniensis († 1123), P. L. CLIII, 316. Hugo de S. Charo, O. Praed. confrater et coaevus Stephani; immo, uti iam Quétif-Echard adnotavere, I, 188, citationes Biblicas ex Concordantiis Hugonis deprompsit St. de Borbone. Cf. et Lecoy, l. c. 15. Hugo de S. Ch. Comment. in h. l.; *Opera*, VII, Venetiis 1754, f. 168 v.

(3) P. L. CXLIV, 1024 (*Opera* S. P. Dam. II, Paris 1743, 240). Post plura metaphorice dicta, « *Dominicus autem noster* (ait) *stigmata Iesu portavit in corpore et vexillum crucis non tantum in fronte depinxit, sed cunctis etiam undique membris impressit. Exustus et aridus humore calami et iunci* [cf. Is. 19, 6], *uberibus caelestis gratiae meruit imbribus irrigari* ».

(4) *S. Francesco d' Assisi e la sua leggenda,* Padova e Verona 1906, 94.

(5) *Acta SS.* mart., III, 751. Dr. M. remittit quoque ad A. Imbert-Gourbeyre, *La stigmatisation, l'extase divine et les miracles de Lourdes,* Paris 1894, I, 10.

leat, cuicumque patet, sed vel eo minus explicatio τοῦ « multis annis » valet, quo biographus candide fatetur nec se, nec quemquam de hac re scire aliquid. Obiit Dodo Ord. Praem. an. 1231, biographus posteriore tempore ignoto scripsit, nec stigmata S. Francisci ignorare potuit ipse, nec forsan et Dodo.

Quibus sic discussis, liquet primi capitis dissertationis Tübingensis conclusionem, scilicet: e tribus (?) illis stigmatizationis factis (?) unum esse certe antiquius illo S. Francisci, duo (?) vero alia « etiam probabiliter, vel saltem eiusdem temporis (?) » proindeque S. Franciscum primum locum stigmatizatorum vix obtinere posse, liquet, inquam, remanere duo facta sola, quorum alterum eodem prorsus vel et maiore iure post an. 1226 (immo 1224) reponitur, proindeque versa vice Dodo S. Franciscum imitatum esse diceretur. Alterum vero factum: praestigiatoris illius perversi, cum S. Francisco conferre quisnam aequus audebit? Qua in hypothesi Auctori nostro probandum saltem fuisset in Umbria actum obscuri non minus quam perditi illius fanatici anno 1224 (vel 1226) notum fuisse! His visis lectorem fugit nullum, quantum arbitrarie procedat discutiens et arguens Doctor novellus.

II.

Caput secundum maiore sollertia sagaciter struitur, sed non minore arbitrio. En eius summa. Quod miraculum stigmatum S. Francisci non memoratur nec in bulla Canonizationis, (I), nec inter miracula occasione canonizationis praelecta (II), « explicatur solummodo » [8] ex eo quod in ipso processu de stigmatis dubitatum sit. — Accedebant iuridicae suspiciones [8], quia testium in processu rogatorum: scil. incolarum Assisii et Fratrum O. Min. nimis intererat stigmata utcumque probari (III), immo Gregorius IX de *omnibus* stigmatis tunc dubitabat plurimum [8-11] (IV). — Quod postea, scil. anno 1237 Gregorius stigmata defendit, nihil mirandum, quia talis versabilitas saepe in Pontificibus Romanis deprehenditur [12], immo bullae anni 1237 opinionem personalem ipsius Gregorii IX non produnt, sed potius curiae, cui caeterum Pontifex cedebat [12-3] (V). — Porro nec Gregorius IX (VI) nec Alexander IV testes oculati stigmatum dici queunt [14-16] (VII).

Quae bullae rem pro « scientia ecclesiastica » deciderunt [17]; attamen critica historica (libera, acatholica) « repagulo illo non obstante » [18] stigmata critice investigavit im-

perterrita. Hoc primum praestitit K. Hase (1) cui adhaesit Renan (2) et adhuc adhaeret H. Thode [18] (3), quamquam patenter eius theoriam: de stigmatibus clam ac fraudulenter a Fr. Elia de Cortona cadaveri Sancti « ferro candenti » inflictis, penitus deserendam censet A. noster [20]. Disquisitionibus Caroli Hase partim usus, Prof. Dr. K. Hampe (4) conatus est probare stigmata S. Francisci orta esse paulo ante Sancti mortem, eaque fuisse solummodo foramina cicatricosa, stigma vero lateris sanguinem emanasse. Quod in monte Alvernae orta sint, apparente Seraph, sola ac mera suspicione Sociorum Sancti fuisset conclusum. Quia autem, ait, contra opiniones Dr. ac Prof. Caroli Hampe, P. Bihl (5) « non sine dexteritate traditionem eccle-

(1) Hic apparet etiam inscriptionem capitis II longe plus polliceri quam tenor praebeat, diuque ante Car. Hase exordium sumendum fuisse. K. Hase, *Franz von Assisi. Ein Heiligenbild*, Leipzig 1856; *Anhang: Untersuchung der Wundmale*, 143-202. (Denuo edit. est ap. Hase, *Gesammelte Werke*, V. Gallice versa a C. Berthoud, *François d'Assise, étude historique d'après... K. Hase*, Paris 1864) Citamus editionem principem. — Hasii hypotheses modo lepide, modo docte est insectatus L. Clarus [i. e. Dr. W. Volk], *Eine literarische Hasenjagd, oder Methode, wie ein gewissenhafter Polemiker wider die katholische Kirche Heiligenbilder zurecht macht*, Paderborn 1867. — Quod Hase in VII editionibus suae *Kirchengeschichte*, Leipzig 1891, 387 sententiam suam proposuerit, uti Merkt, 18, praedicat, ad rem in se nihil refert; multo minus quod A. Hausrath, *Die Arnoldisten*, Leipzig 1893, 224, ob eius argumentationes et hypotheses quaestionem ambiguam censuerit; cf. et A. Bournet, *S. François d'Assise, étude sociale et médicale*, Lyon 1893, 98 atque M. 18.

(2) E. Renan, *Nouvelles études d'histoire religieuse*, Paris 1884, 341 ss., cui magistro aperte contradicit P. Sabatier, *Vie de S. François*, Paris 1894: *Etude critique sur les stigmates*, 401-412.

(3) Ratiocinia Hase inania compendio repetens, Thode, *Franz von Assisi und die Anfänge der Kunst der Renaissance in Italien*, Berlin 1904, (II edit.) 43 s. *S. François d'Assise* etc., traduit par G. Lefèvre, I, Paris [1908], 48 s. — Addimus P. René de Nantes, O. M. Cap. ea denuo confutasse *Les stigmates de S. François et la critique moderne*, ap. *Etudes Franciscaines* (EF) XVI, 1906, 341-62. — Cf. et Le Monnier, *Les stigmates de S. Fr.* ap. *Etudes*, t. CXII, 1907; 737-50 et hinc separatim Paris 1907.

(4) K. Hampe, *Die Wundmale des hl. Franz von Assisi*, ap. *Historische Zeitschrift (begründet von H. v. Sybel)*, vol. XCVI, (N. F. LX), München und Berlin 1906, (fasc. 3), 385-402. (Citatur: Hampe).

(5) *Die Stigmata des hl. Franz von Assisi*, ap. *Historisches Jahrbuch der Goerres-Gesellschaft*, vol. XXVIII, München 1907, 529-550. (Citatur: Bihl). — Pro parte eorum potius supranaturali subnectimus: Jean de Cognin, O. M. Cap., *Etude critique sur les stigmates de S. Fr.*, ap. EF II, 1899, 337-350, 507-22. P. Bernardino Sderci da Gaiole O. F. M. *L'Apostolato di S. Francesco e dei Francescani*, I, Quaracchi 1909, 153-199: *Appendice sulle stimmate di S. Fr.*

siasticam » defenderat [21], scil. *stigmata S. Francisco fuisse impressa in monte Alvernae duos annos ante mortem* (1224) eaque habuisse formam cicatricum et clavorum, utramque quaestionem denuo expendere sibi proposuit novus laureatus Tübingensis.

Quia concedit I[um], i. e. Bullae Canonizationis S. Francisci (1) silentium explicari ex eo, quod nulla prorsus miracula Sancti enumeret, nescio cur denuo [10] ex ea aliquid contra stigmata arguere nitatur Auctor argutus. — Neminem autem bullam legentem praeterit in ea non solum miraculum Stigmatum non commemorari, sed nec ullum miraculum sive ante sive post mortem a S. Francisco perpetratum, neque ullum factum totius vitae ipsius ibi expresse asseri vel tractari. Sola bulla ista innixus, criticus quilibet negativus, factum quodcumque S. Francisci negare ergo potest. Huiusmodi insuper negationem ridiculam summe esse, ex eo vel magis patet, quod Bullae Canonizationis S. Elisabeth, 1 iun. 1235 (2) et S. Dominici Ord. Praed. Patriarchae, 19 iul. 1234 (3), ambae datae ab ipso Gregorio IX, saltem aliqua facta vitae istorum Sanctorum exprimunt.

Si (ad II) existimator perspicax attentius legisset Thomae Celanensis Legendam I[am] (4), necnon alios eiusdem Pontificatus processus Canonizationis, invenisset quasi miracula universa, in occasione dicta examinata et lecta, fuisse miracula post mortem patrata, sanationes etc., et ob talia miracula, quae vitam certe sanctam secuta sunt, tanquam ex occasione proxima, Gregorium IX iussisse processum institui (5).

(1) Sbaralea, *Bullarium Francisc.*, (BF) I, Romae 1759, 42-4. Wadding, *Annales Minorum*, Romae 1732, II, 201-3, an. 1228, n. 76. Eubel, *Bull. Franc. Epitome et Suppl.*, Ad Cl. Aquas 1908, 6, n. 48. Potthast, *Reg. Rom. Pont.*, n. 8242. (2) BF I, 162 s. Eubel, n. 169. Potthast, n. 9929. AFH II, 246.

(3) Potthast, n. 9489. *Acta SS.* aug. I, 620 s.

(4) *Legenda I S. Fr.* ed. Ed. Alenconiensis, Romae 1906, part. III, n. 123: *Fit interea de Sancti canonizatione solemnis collatio et super huiuscemodi negotio egregia Cardinalium concio saepius convocatur. Concurrunt undique multi, qui per Sanctum Dei fuerant a suis cladibus liberati et miraculorum maxima multitudo hinc inde coruscat. Approbantur verificantur, audiuntur, recipiuntur* etc. L. c., n. 127-150, ubi conscribit « *miracula quae coram domino Papa Gregorio, ut dictum est* (n. 125) *perlecta sunt et populo nuntiata,... breviter sed veraciter* ». *Universa post* mortem Sancti evenere. Cf. n. 125. Nemo est, quin sciat acta processus S. Francisci non iam exstare. — Cf. p. 401-2.

(5) L. c. n. 121 « *Ad eius quoque tumbam assidue nova miracula fiunt.... Caecis restituitur visus, surdis reparatur auditus, claudis redditur gressus* etc. etc..... *audit et intelligit haec Romanus Pontifex.....* » ideoque, n. 122, Assisium venit cum curia.

Etiam processus rationem clare adumbrat Th. de Celano (1), et aperte manifestat processus Canonizationis S. Elisabeth, Landgraviae Thuringiae, iubente eodem Gregorio IX institutus (2). — Nulla ergo in re fundatur hypothesis audacissima et suspicio vanissima critici A. de dubio circa stigmata in processu subsistenti.

Dubietates porro iuridicae (III) ab eo obiectae deridiculae probe sunt. Supponi quidem possunt a critico moderno, qui animo penitus diverso quam saeculi tertii decimi homines ducitur, omniaque ratione et iudicio plane propriis obstinatus aestimare vult. Quinam, quaerimus, interrogandi praecipue erant, nisi illi qui cum Sancto conversati erant intime? Sine ulla probatione [8] Dr. M. praetendit (quia sibi commodo est) Fratres Minores successus suos magnos adversus Fratres Praedicatores plerumque stigmatibus S. Fundatoris debuisse. Quod utrobique gratis assertum, gratis negatur, non secus ac sequens hypothesis prorsus ex vano conficta, scil. testes canonizationis fortasse circa tempus etc. stigmatum inter se discrepasse!

Ad IV^um^. — S. Bonaventurae Legendam pretio carere cum saepius proclamet iudex litteratus [16, 29 seqq.], tamen ea quae opinamenta propria suffulcire in ipsa possunt, avide adhibet, quin etiam ista exaggerat adeo, ut ars sophistica quam L. Claro crimini indignabundus dat [9], in seipsum recidat. S. Bonaventura de solo dubio Gregorii IX (3) circa vulnus lateris loquitur, quod quia, uti et K. Hase (4), criticus novus non capit [9], ad omnia stigmata — quid dicam, nisi.... inepte — extendit. Ast alibi [14] A. noster, referens Cardinalem Hugolinum (qui postea Gregorius IX fuit) Reate S. Franciscum ultimo vitae eius tempore visitasse (5),

(1) N. 128.

(2) AFH II, 244 seqq., ubi variae relationes etc. maximam longe partem miracula post mortem continentes enumerantur. Cf. Huyskens, *Quellenstudien zur Geschichte der hl Elisabeth*, Marburg 1908, 155-266, 140, 146. Patet nec vitam, virtutesve neglectas esse 110-40, sed longe plus de miraculis illis sanationum actitabatur. Cf. ap. Quétif-Echard, I, 58-63, miracula S. Dominici coram item Gregorio IX probata.

(3) *Legenda Maior*, Ad Cl. Aq. 1898, (XVI), de mirac. I, n. 2. «*Gregorius P. IX... antequam crucis signiferum catalogo Sanctorum ascriberet, scrupulum quemdam dubitationis in corde gerebat* DE VULNERE LATERALI »...

(4) *Franz v. A.*, 160.

(5) I Celan. II, c. 5, n. 99. Ibid. n. 101 Celanensis necessitudinem S. Francisci cum Hugolino describit, cuius plurimum intererat mederi morbis Sancti conquassati. « *Quoties*, inquit, [Hugolinus] *videbat eum* [Sanctum], *tamquam Christi apostolo reverentiam exhibebat, et inclinato*

exclamat: 'Quomodo Hugolinus, Sancti intimus, tunc saltem nullum stigma vidit, uti in Bulla concedit'? De qua bulla statim postea. Contra praedicta vero longe meliore fundamento dicimus Hugolinum Reate, manuum, pedumque stigmata observasse, (non illud lateris), ita ut una ex parte dubium Pontificis circa vulnus laterale optime explicetur, alia ex parte bulla autopsiam non expresse praetendens, Papae veracitatem optime testetur. Quae hypothesis nostra nulli textui vim infert, neminem calumniatur, resque certas optimo nexu explicat (1).

Cum Gregorius IX anno 1237 publice quam sollemnissime bullis papalibus stigmata asseruerit veracia, mutationem (suppositam et iuxta hypothesim suam vanam necessario postulatam) mentis Summi Hierarchae, sententiis generalibus et « psychologice » explicat Dr. M., provocans [12] ad tritum illud de Pio II (1458-1464): « Aeneam reicite, Pium recipite ». Quod dictum (2) quid in casu nostro probet, nec oculatissimus quisque videre potest! Sequentia vero (V), bullae de qua hic agitur (3), manifestissime contradicunt, cum papa clare profiteatur seipsum, non autem solos praelatos curiae « causam specialem » sumpsisse canonizationis ex stig-

---

utroque homine, saepe manus eius deosculabatur ore sacrato ». Reate curia Romana erat, post 1223, a 23 (24) iun. 1225 usque 21 ian. 1226; unde Romam profecta est, ubi adhuc erat, cum Honorius III, 18 mart. 1227 obiret. Potthast, n. 7434, 7526, 7861.

(1) Cur siluerit, nos ignorare confitemur. Poterat vero et ipse et alius autopsiam (4 stigmatum) asserere, si asserendam duxisset. — De alio loco S. Bonaventurae a Dr. M. violentius deturpato cf. 405.

(2) Ex Funk, *Lehrbuch der Kirchengeschichte*, Paderborn 1907, 385. (1902⁴, 379). Addo vero hoc inveniri in bulla: *In minoribus agentes*, 26 april. 1463, *Bull. Rom.*, V, Aug. Taurin. 1860, 175.

(3) M. 12, de ipso Papa *contra expressum Bullae textum* silens, quoniam Pontifex in Bulla « *Non minus* » 31 mart. 1237, BF I, 213; Wadd. 1237, n. 3, (II², 429), se solum nominans: « *Nobis*, inquit, *qui ex tanto miraculo cum caeteris sollemniter probato causam specialem habuimus, quod ipsum adscripsimus Catalogo Beatorum* ». In Bulla « *Confessor Domini gloriosus* » (non *gloriosi*, uti legit Dr. M. 12) 5 april 1237, dicit: « *Quo* [miraculo stigmatum] *ad nostram et Fratrum nostrorum deducto notitiam et cum caeteris eius miraculis per testes fide dignissimos probato sollemniter, ex eo ipso specialem causam habuimus quod Confessorem eumdem de dictorum Fratrum et omnium praelatorum consilio, qui tunc apud sedem apostolicam existebant, Sanctorum Catalogo duximus adscribendum* ». Qui textus non ex lubidine sed iuxta criticae interpretationis regulas intellecti, cf. E. Bernheim, *Lehrbuch der historischen Methode*, Leipzig 1908, (editio V-VI), 576 ss., Auctoris hypotheses de processu explodunt egregie quamquam in relationibus de processu adservatis (p. 400-1), non expresse numerentur stigmata.

matis S. Patris. Eadem falsa profert de bulla: *Usque ad terminos* (1); in utraque ergo Gregorius IX sententiam et persuasionem suiipsius prodit.

Ad rem P. Sabatier (2) optime ad hymnos appellavit, quos Gregorius IX, Cardinalesque occasione Canonizationis ad celebrandum S. Franciscum eiusque stigmata composuerant. Dictum generale Doctoris M. [10]: 'poësi et carmine auctorem non semper exprimere persuasionem propriam', in casu nostro, eo vel minus valet, quod non de rebus remotissimis versus compingendi erant, neque pro quacumque occasione, sed virtutes S. Francisci omnibus notissimi describendae erant, in liturgia sollemniter decantandae.

Tum [10] de ipsis hymnis parum erudite agit Dr. M., e modernis solummodo Chevalier (3) allegans, ignorans disquisitiones Dr. J. E. Weiss (4), P. Dr. Hil. Felder (5), censensque responsorium: « *De paupertatis horreo* » non esse editum (6). Quaestiones de auctoribus singulorum hymnorum, prosarumque ad liquidum perductae non sunt, attamen edicta rei discutiendae adeo ignari auctoritatem Fr. Salimbene (7) minime destruunt. Ob Celanensis relationem (8) iure merito occasione

(1) 31 mart. 1237, BF I, 212; Wadd. l. c. 428, ubi Papa ad testes stigmatum, appellat qui « *testimonium veritati perhibeant, et ad ipsum hoc fidelis mater ecclesia suffragetur, quae ex huiusmodi miraculo cum multis aliis debita sollemnitate probato, causam specialem habuit, quod eumdem Sanctum Beatorum Catalogo reverenter adscripsit* ». Cum haec bulla ad episcopum Olomucensem sit directa, patet formulam « *Mater Ecclesia* » sollemniorem, non autem debiliorem esse. Cf. 424.

(2) *Vie*, 410 s.

(3) *Repertorium hymnologicum*, I, Lovanii 1892, n. 2625. [*Caput drac.*], hic etiam ed. ap. *Cantus varii Romano-Seraphici*, Romae-Tornaci-Parisiis 1902, 215-7]; II, 1897, n. 15573.

(4) *Julian von Speier, Forschungen* etc., München 1900, 72 ff. Die *Chorâle Julian's von Speier*, ibid. 1901, 20 f.

(5) *Die liturgischen Reimoffizien auf die hl. Franciscus und Antonius*, Freiburg, Schw. 1901, 47 ff. Cf. et *Anal. Boll.*, XI, 1892, 351; XIX, 1900, 328 seq.

(6) Est vero respons. VIII Officii S. Francisci. centies editum in *Breviariis Ord. Fr. Min.* et v. gr. ap. Felder, 118.

(7) *Chronica*, M. G. SS. XXXII, 383, (ed. Parm. 1857, 194) « Iste domnus papa Gregorius nonus,.... ad honorem b. Francisci fecit hymnum *Proles de celo prodiit*, et responsorium *De paupertatis horreo* et prosam *Caput Draconis ultimum* ». Chevalier, *(Proles:)* n. 15573. — Notes velim relationes concordiae inter hymnum *Proles* et Bullam canonizationis.

(8) I Cel. III, n. 126: *Cantantur cantica nova et in melodia spiritus iubilant servi Dei. Audiuntur ibi organa melliflua et carmina spiritualia modulatis vocibus decantantur.* Hoc ergo praetensam et iam explosam mutationem Gregori IX funditus concidit, non e contrario uti M. 11 vult.

canonizationis Papam, Cardinalesque poemata panxisse tenendum est, non contra 'factum' [11], sed contra inanissimam hypothesim Gregorium an. 1228 de stigmatis dubium fingentem. Quae A. subnectit [13] de Celanensi, qui in libro Papae probando dubium huius memoriae prodere noluisset, ex se et ex praetactis tamquam quisquiliae commenticiae evanescunt.

In quaestione subsequente de fide oculata stigmatum ex parte summorum Pontificum Gregorii IX et Alexandri IV, Dr. M. primo fidem superiacit, augendo momentum autopsiae papalis [15]. Quisnam, huius rei vel paululum gnarus, dicere audeat fidem canonizationum ex autopsia Pontificis illius, qui actum sollemnem promulgat, plurimum dependere? De Gregorio IX iam diximus. Contra sententiam communem (1) deinde, ducis sui K. Hase (2), dicta recinens, Alexandrum IV in Bulla: *Benigna operatio* (3) de oculata fide ex parte sua non loqui arbitratur, quia bulla ista, iuxta stilum cancellariae pontificiae, simpliciter bullam Gregorii IX transcribat seu repetat. De qua relatione iudicet ipse lector aequus e subiecta nostra comparanti locos tabula (4), unde claret Alexandrum IV bullae Gregorii addidisse quaedam notam personalem prae se ferentia, dicens: « cum ea nobis dudum nota fecerit PLENIOR FIDES RERUM.... familiarem ex munere divino meruimus habere notitiam ». Quae cum in bulla

---

(1) Cui adhaeret et K. Hampe, 388, Sabatier *Vie*, 407. St. Beissel, *Die kulturgeschichtliche Bedeutung des hl. Franz von Assisi*, ap. *Stimmen aus Maria Laach*, XXXIII, Freiburg 1887, 162f; [1-17, 149-65, 276-88, 374-91]; Bihl, 534-5.

(2) M. 16, ut, inquit, etiam supposuit [sed minime probavit] Hase, *Franz v. A.*, 158.

(3) BF II 85-7. Wadding, ad 1255, n. 9 (III², 377 s.). Potthast n. 16077.

(4)

Bulla Canonizationis Greg. IX (1228).	Bulla Alexandri IV.
Postquam modo generalissimo vitam Sancti adumbravit, sic pergit: « *Cum igitur gloriosae vitae ipsius insignia ex multa familiaritate, quam nobiscum habuit in minori officio constitutis, plene cognita nobis essent et de miraculorum coruscatione multiplici per testes idoneos nobis facta fuerit plena fides, confidentes.... nos.... quem familiarem habuimus in terris, habere patronum in caelis, habito Fratrum nostrorum consilio et assensu, ipsum adscribi decrevimus Sanctorum Catalogo venerandum* ».	Post stigmatum accuratam descriptionem, quae in Bulla Greg. IX deest, prosequitur: « *Sane de praefato Sancto haec certius asserentes indoctas fabulas seu vanae inventionis deliramenta non sequimur cum ea nobis dudum nota fecerit plenior fides rerum, quando videlicet in minoribus constituti confessoris eiusdem familiarem ex munere divino meruimus habere notitiam, praefati praedecessoris nostri domesticis obsequiis tunc temporis insistendo* ».

Gregorii non occurrant, A. concordantiam utriusque maiorem dicit, quam veritas patiatur.

Ast, instat [16], opinio nostra fulcitur ex eo quod Gregorius IX, nepotem suum Raynaldum de Comitibus Signae (postmodum Alexandrum IV) nonnisi anno 1227, (cum S. Franciscus iam obiisset) in servitium suum adscivit. Ergo familiaris illa notitia — quam ideo de se Alexander IV mendaciter praedicasset — nequaquam importat Raynaldum S. Franciscum cognovisse! Ast hic eruditissimus criticus documenta certa et diu vulgata ex toto ignoravit. Constat enim, saltem annis abhinc XX (1), Raynaldum, nepotem Gregorii, iam anno 1221, cum Cardinalis Hugolinus legatum in Lombardia ageret, non solum in eius servitiis fuisse, sed etiam fuisse iam Hugolini capellanum et nuntium (2) in rebus maxime arduis, v. gr. ad urbem Mediolanum cum archiepiscopo altercantem! Corruit ergo misere hoc vanae hypotheseos fulcrum inane, et tota panditur grandis violentia, quam Aristarchus iste intulit loco S. Bonaventurae, quem censuit, absque probatione ulla, factum aliquod Alexandri IV perverse ac falso esse interpretatum, licet ageretur de facto simplicissimo. Sanctus enim Bonaventura, utique directe contra hypotheses Dr. M. notaverat factum hoc, uti spectator et auditor:

« *Summus etiam Pontifex Alexander, cum populo praedicaret coram multis Fratribus* et me ipso, *affirmavit se, dum Sanctus* [*Franciscus*] *viveret, stigmata illa sacra suis oculis conspexisse* ».

Ex omnibus proin liquet, quantum roboris et communi et nostrae interpretationi bullae Alexandri IV hinc accrescat (3), quantum vero, alia ex parte, deductionibus et erroribus a Dr. M. hoc in capite undecumque propositis adimatur, ubique ac in singulis partibus. Unaquaeque enim, accuratiore examine instituto, penitus dilabitur.

(1) G. Levi, *Registri dei Cardinali Ugolino d'Ostia e Ottaviano degli Ubaldini*, Roma 1890, n. XVIII, p. 20 est doc. factum « *in praesentia.... magistri Stephani et magistri Raynaldi capellanorum ipsius domini legati* », i. e. Hugolini, 13 mai. 1221. n. XXIV; n. XXXVIII, p. 34-8, 21 iul. 1221 « *Raynaldus, domini pape subdiaconus, capellanus noster* ». n. XXXXIII; LXXI; LXXV. — Iamdiu antea de hoc constabat cf. Martène et Durand, *Veterum script. ampl. coll.*, I, Paris 1724, 1153 sqq. I. Felten, *Papst Gregor IX*, Freiburg 1886, 39 sq.

(2) Levi, n. XXXVIII; n. XXXXIII, p. 46-8, 14 iul. 1228, ubi vocatur « *magister Raynaldus, domini pape subdiaconus, capellanus atque nuncius domini Hugonis... legati* ».

(3) Proinde haec bulla, contra M. 21, traditionem autonomam, extra legendas, de stigmatis S. Francisci continet. — Cf. p. 424, n. 7.

III.

Per capitis III decursum Dr. M. probare nititur solum Fr. Eliam, inter scriptores de stigmatis referentes, fuisse testem oculatum stigmatum [21-2], non vero Fr. Leonem [22-3], neque Fr. Thomam de Celano [24-6]. Quinam autem revera stigmata adspexerint propriis oculis, e fontibus non clare liquere, cum succedentibus annis plura elementa « legendaria » accesserint [27-32]; tempus quo stigmata percrebuerint, ultimum vitae spatium Sancti fuisset [32], narratiunculae ergo, iuxta quas per « multum temporis » Sanctus stigmata abscondisset, essent reiciendae.

Factum ergo stigmatum vivi S. Francisci, absque ambagibus et manifesto conceditur, non ex gratia, sed propter testimoniorum gravissimorum non recusabilem auctoritatem (1). Qua in re, Doctor novus, antesignanum suum scil. K. Hase deserit, neque ullus cordatus sophismata Hasii de Elia impostore, cadaveri Sancti stigmata infligenti, iam propugnare audebit, post examen aliquantulum institutum (2).

Quid de Fr. Leone, teste oculari? Perperam iste e serie testium primi ordinis relegari (3), demonstratur tenore « Cartulae Leonis », quam authenticam esse non dubitat acerrimi visus examinator (4); huius etenim autographon adservatur. « Cartula Fr. Leonis » praeter *Laudes Dei* et *Benedictionem Fr. Leonis* manu S. Francisci scriptas, exhibet ab ipso Fr. Leone notata haec (5):

(1) Sic et Hampe, 390 et Zöckler in diss. *Franz von Assisi*, ap. *Realencyklopaedie für protestantische Theologie*, III edit. VI, Leipzig 1899, 202; W. Goetz, *Die Quellen zur Geschichte des hl. Franz von Assisi*, Gotha 1904, 65, ubi et stigmata sept. 1224 orta esse asserendum dicit, dum in rec. libro suo *Assisi*, Leipzig 1909, (*Berühmte Kunststätten* Bd. 44), 53-7, pluribus licet cautelis, Dissertationem Dr. Merkt quasi adumbrat.

(2) Hasii objectiones vanas contrivit iam Sabatier, *Vie*, 409-412. Paucis quoque Ed. Lempp, *Fr. Elie de Cortone*, Paris 1901, 72 s., qui, alia ex parte hypotheses a K. Hampe (et nunc denuo a Dr. M. propositas) adumbravit iam 73, not. 1. De hac epist. encyclica F. Eliae cf. 417 s.

(3) A Dr. M. 22-3, qui sequitur Hampe, 389.

(4) De dubiis a F. X. Kraus, *Theolog. Literaturzeitung*, XX, 1895, 404 propositis et a palaeographis explosis, cf. l. c. XX, 627; XXI, 60, v. P. Sabatier, *Speculum Perfectionis*, Paris 1898, LXVIII s. Böhmer *Analekten zur Gesch. des Franciscus von A.*, Tübingen und Leipzig 1904, XIII-IV, Faloci, ap. *Miscell. Franc.* (MF), VI, Foligno 1895, 129 ss.

(5) Eam habes v. gr. ap. *Opuscula S. Francisci*, Ad Cl. Aq. 1904, 124-5, 199 sq. Böhmer, *Analekten* 69 sq. Faloci, *Gli autografi d. S. Fran-*

« Beatus Franciscus duobus annis ante mortem suam fecit quadragesimam in loco Alverne ad honorem b. Virginis Marie, matris Dei et b. Michaelis archangeli a festo assumptionis s. Marie Virginis usque ad festum s. Michaelis Septembris. Et facta est super eum manus Domini; post visionem et allocutionem Seraphym et impressionem stigmatum Christi in corpore suo fecit has laudes ex alio latere cartule scriptas et manu sua scripsit gratias agens Domino de beneficio sibi collato ».

Documentum istius generis authenticum summae est gravitatis, quo Socius S. Francisci intimus, cum ipso in monte Alvernae anno 1224 commoratus (1), tempus ortorum stigmatum definite enuntiat et stabilit, quaeque omnia in Vita I Celanensis, 1228-1229 scripta, clare confirmant (2). Quamquam neque Cartula neque Vita I expressis vocibus Fr. Leonem testem ocularem stigmatum dicunt, de hoc dubitari nequit, quidquid obiciunt (uti illico videbimus) Dr. M. vel Dr. K. Hampe, et necessario quidem, quia Cartula ipsorum hypothesim de stigmatis ortis anno 1226 (sept.) plene evertit atque everrit. Quandoquidem, post accepta stigmata S. Franciscus « Laudes Dei » et « Benedictionem Fr. Leonis » sua ipsius manu scripsit, dubitari nequit Fr. Leonem tunc saltem manuum stigmata vidisse. Cur vero se stigmata reapse conspexisse non saltem viginti verbis clare dixerit, ad satisfaciendum postulationibus 'criticissimi' scriptoris, optime explicatur ex eo, quod Cartulam suam scripsit pro synchronis Fratribus, quibus satis superque de facto constitit, neque postulata scriptorum « criticorum » modo meticulosa modo procacia vel coniecturare potuit.

Ast non solum ea quae Cartula Leonis plane intellecta insinuat, negat Doctor novellus, sed et rem manifestis verbis, — nempe stigmata esse orta an. 1224, — in Cartula expressam. Definit enim Dr. M., locum Salimbene (3) *falso*, uti legenti statim

---

cesco, ap. MF VI, 34 ss. -Ed. d'Alençon, O. M. Cap., *La Bénédiction de S. François*, Paris 1896, 5 ss. Montgomery Carmichael, *La benedizione di S. Francesco*, Livorno 1900, 8 sqq. Reg. Balfour, *The seraphic keepsake*, London 1905, p. 66 ss.

(1) II Cel. II, c. 20, n. 49: *Dum maneret sanctus in Monte Alvernae..... Porta mihi cartam et atramentum, quoniam verba Dei et laudes eius scribere volo* etc. Benedictionem scriptam dans Fr. Leoni, dixit: *Accipe tibi cartulam istam et usque ad diem mortis tuae custodias diligenter*. Cf. et S. Bonaventura, *Legenda maior*, c. XI, n. 9.

(2) I. Cel. II, c. 3, n. 94: *Faciente ipso moram in eremitorio, quod a loco in quo positum est, Alverna nominatur, duobus annis antequam animam redderet caelo, vidit in visione virum unum quasi Seraphim* etc. N. 95-6.

(3) *Chronica*, MG SS XXXII, 195, (ed. Parm. 75). Ibi Salimbene Ezzelini de Romano crudelitates referens, obiter penitus de S. Francisco

patet, interpretatus: Leonem stigmata conspexisse *nonnisi* in cadavere S. Francisci. De contradictione Cartulae non curat sagax A., inferens Leonem, si plura de stigmatis scivisset [45], haec Fratri Salimbene certo narrasse (1), praesertim « scenam Alvernae » (!), quamquam constet neque Salimbene, hoc per transennam scribentem anno 1284, neque Fr. Leonem ullo modo voluisse ex industria ibi de stigmatibus agere! Norunt omnes Fr. Salimbene nihil neminemque timuisse, ne verum diceret, et si Leo diversa a communibus sibi de stigmatis prodidisset, rem non neglexisse in Chronica sua (2).

Cedula Leonis, sitne post vel ante Legendas alias conscripta, nihil ad rem refert, cum Vita I et II Fr. Thomae atque S. Bonaventura, aliique quoad stigmata ab ipsius sive dictis sive cartula dependeant, et aliorum Sociorum intimorum Sancti (3). Interest magni in se, speciatim contra Dr. M., dicta Sociorum cum Vitis S. Francisci antiquis apprime convenire. Est vero commentum duplex Cartulam continere « seriem rerum novarum » relate ad Legendas [46], atque peius Leonem stigmatizationem in Alverna ignorasse [47]. Quanta falsitate commentum istud laboret, ex altero Fr. Leonis documento claret patentius.

Hoc Fr. Leonis mediatum de ss. stigmatis testimonium, dicta in Cartula maiore adspergens luce, clare demonstrat Fr. Leonem plura quam caeteri de stigmatibus scivisse, ipsumque ab aliis coaevis Fratribus testem stigmatizationis habitum fuisse, unde hac de re ab eis consultus

---

loquitur sic: *Credo certissime, quod, sicut Filius Dei voluit habere unum specialem amicum quem similem sibi faceret, scilicet beatum Franciscum, sic diabolus Ycilinum. De beato Francisco dicitur, quod* uni dedit quinque talenta [Matth. 25, 15]. *Nunquam enim in hoc saeculo fuit nisi unus, scil. b. Franciscus, cui Christus ad similitudinem sui V plagas impresserit. Nam sicut dixit michi frater Leo, socius suus, qui praesens fuit, quando ad sepeliendum lavabatur in morte videbatur sicut unus crucifixus de cruce depositus. Ideo optime congruere sibi potest, quod dicitur Apoc. I.* [13]: Vidi similem filio hominis. *In quibus autem fuerit similis, quia alibi scripsi, ideo hic taceo, quia ad alia dicenda festino* ». — Haec Salimbene scripsit an. 1284, cf. p. 187, 217. Ex talis loci *silentio* Dr. M. argumentari bis audet 23, 45 sq. — Ubinam vero haec latius tractaverit, ignoratur adhuc.

(1) Itane vero? Quae enim plura alibi v. gr. in Cartula sua et scivit et narravit Fr. Leo, negat criticus.

(2) Cf. MG SS l. c. 21. 35 etc.

(3) Cf. Cartulam cum I Cel. II, c. III, n. 94; Tract. de miracul. c. II, n. 4 sq. Bonav. *Leg. mai.*, c. XIII, n. 1 sq. Dicendi modi dependentiam directam deducere non sinunt, cum agatur de facto paucis atque necessario similibus vocibus narrato.

fuit. Fr. Thomas, de Eccleston dictus, O. F. M. (1), c. 1258 scribens (2), haec habet:

« *Sed et frater Leo, socius S. Francisci, dixit fratri Petro* (3) *ministro Angliae, quod apparitio Seraphyn facta fuit s. Francisco in quodam raptu contemplationis, et satis evidentius quam scribatur in Vita sua* (4); *et quod multa fuerunt tunc sibi revelata, quae nulli viventi unquam communicavit. Verumtamen dixit fratri Ruffino* (5), *socio suo, quod, cum a longe videret angelum nimis territus fuit et quod eum dure tractavit, et dixit ei* (6), *quod ordo suus duraret usque ad finem mundi et nullus malae voluntatis diu durare possit in ordine et quod nullus odiens ordinem diu viveret et quod nullus veraciter amans ordinem suum malum finem haberet. Praecepit autem S. Franciscus fratri Ruffino, ut lapidem, super quem steterat angelus, lavaret et ungeret oleo; quod et fecit. Ista scripsit frater Garynus de Sedenefeld ab ore fratris Leonis* ».

Perspicacissimus Dr. M., qui ad textus in sensus sibi faventes flectendum lynceis oculis utitur, glaucomate misero hic laborare videtur. « Ubinam locorum, contra nos (7) exclamat [24], Fr. Leo hic expresse de origine stigmatum loquitur »? Acquiescat, quaeso, aliquantulum, digneturque illius axiomatis artis criticae non oblivisci, quod scriptores anteactorum saeculorum ex proprio videndi loquendique modo esse explicandos statuit (8). Atqui et Fr. Petrus et Garinus, quicumque etiam alius Frater Minor praedicta a Fr. Leone audiens, scil. « apparitionem Seraphim », qui Angelus (Seraphim) — non vero diabolus, uti commentatur Dr. M. (9) — Sanctum dure tractasset eique secreta revelasset (!), quicumque, inquam, haec legit vel audivit, necessario noverat et ipso facto, agi ibi de « scena Alvernae », i. e. de stigmazatione anni 1224. Qui intelligendi modus cuique obtrude-

(1) Tractatus Fr. Thomae, vulgo dicti de Eccleston: *De adventu FF. Min. in Angliam* ed. A. G. Little, Paris 1909, 93-4; ed ap. *Analecta Franc.* (AF) I, Ad Cl. Aq. 1885, 245; ed. Brewer, *Monument. Francisc.*, London 1858, (1), 51 s. MG. SS. XXVII, 566. (2) Little, l. c. XXI.

(3) I. e. de Tewkesbury; Little, l. c. 126, 128, etc.

(4) Agitur absque dubio de I Celan. II, c. III, n. 94 sq. Little, 93 n. *e.*

(5) De quo Sabatier *Sp. Perf.*, 153, CLXXIII. *Catalogus SS. Fratrum Min.*, ed. L. Lemmens, Romae 1903, 6.

(6) Cf. Sabatier, *Spec. Perf.*, c. 79. Bartholom. a Rinonico, *Liber Conformit.*, ap. AF IV, 1906, 436. (7) Bihl, 533, qui contra Hampe, 389.

(8) Bernheim, *Lehrbuch d. histor. Methode*, 577. Similia apud Goetz *Quellen*, 66.

(9) M. 24 allegans *Spec. Perf.*, ed. Sabatier, c. 99 p. 194 sq. (non 149 uti M. 24, n. 2 habet) ubi habes: *Similiter in s. monte Alvernae, tempore quo recepit stigmata Domini in corpore suo tentationes et tribulationes passus fuit a daemonibus* etc. — Non est quin videat, hic non agi de *momento*, quo stigmata recepit, sed de temporis spatio scil. an. 1224, quod contra Dr. M. indicatur, iuxta superius a nobis exposita.

batur plane, cum ageretur de « raptu contemplationis » et de apparitione Seraphim.

Noverant enim omnes (1), neque ullus de s. Francisco disputans ignorare potest, Seraphim semel tantum S. Francisco apparuisse, scil. cum stigmata reciperet, id quod iuxta omnes Vitas S. Francisci fuerat 1224. Allusio insuper manifesta ad apparitionem in *Vita* iam descriptam, nostrum intelligendi modum extra omne dubium ponit.

Fac statim notes, lector, Fr. Leonem hic dicta Vitae I[ae] aperte confirmare tanquam vera, immo tanquam brevius stigmazationem describentia. Nequaquam ergo ullo modo Fr. Leo quoad facta relata in Vita I, neque coram Fr. Petro de Tewkesbury neque coram Fr. Salimbene contradixit, licet rei huius apprime capax appareat (2); unde hic confirmationem habemus solemniorem. Falso ergo Dr. M. arguitur Leonem in hoc testimonio non loqui neque de « forma (3) Crucifixi » [44] neque « de stigmatizatione » [44], et falsius; bis hoc repetens [23, 44]: Fr. Leonem velle ibi (!) « satis evidentius » apparitionem describere, quam fecerit Fr. Thomas in Vita I!

Quoniam vero constat, S. Franciscum quidem stigmata sua pedum, manuumque celasse per « multum temporis » etiam socios intimos, — quamvis nullibi horum numerus vel determinetur vel ullo modo circumscribatur — patet Fr. Leonem (et Fr. Rufinum) intimum prae aliis eius socium, stigmata Sancti vidisse prae aliis, at certe, saltem cum aliis. Recte proin tenemus eum, tot rerum intimarum s. Patris conscium, strictissima eaque diuturna et continua necessitudine eidem coniunctum, testem ocularem stigmatum fuisse, praesertim quia obiectiones contra hoc allatae partim fictitiae, partim manifesto falsae sunt. Fr. Leonis de tempore stigmatizationis dictum primum summae est auctoritatis ex se, quia praesens tunc erat; secundum vero relata a Celanensi in Vita I aperte confirmat, lamentans solum ea non esse « sat evidenter » exposita. Ex quo deducendum est, Fr. Leonem plura scivisse quam Fr. Thomas scripserat.

---

(1) Ex praecise Vita I, l. c. ex Juliano Spirensi, *Legenda S. Fr.*, c. XI, n. 61, (*Ann. Boll.*, XXI, 193), ex aliisque a I Cel. dependentibus, ex *Legenda Chori* Thomae de Celano, n. 11 (ed. Alencon., 441) etc. etc. I Cel. *Prolog.* II Cel. II, c. CLXVII, n. 221; pag. XXXI seqq.

(2) Cum Vitam I censuret. Quae ergo M. 46 seq., ut contradictiones a se suppositas quadamtenus explicet, dicit, inania omnino sunt.

(3) Clare hanc expressit pro Legendas non ignorantibus.

Iam vero aliunde constabat Vitam I^m dependere e relationibus sociorum intimorum (1), ibique relatis hac Leonis approbatione expressa, si opus esset, maius accederet robur. Patet ergo nos habere, praeter Eliam, de stigmatizatione S. Francisci, testium ocularium Fr. Leonis atque Rufini testimonia, illud directum et indirectum, hoc saltem indirectum. Sic etiam criticae rigidiori et quam severissimae, ubique testes oculares eventuum relatorum expostulantis (2), apte satisfieri quoad stigmata S. Francisci potest. Nemo vero est, quin videat, paucissima facta historice certa esse remansura, si hoc pro factis medii aevi in genere posceretur adeo rigide, ut in casu stigmatum S. Francisci.

Ex praevie excussis atque probatis patet etiam, quam arbitrarie concludat Dr. M. Fr. Leonem docere non potuisse Celanensem ea, quae in Monte Alvernae accidissent. Liquet ideoque hypothesim K. Hampe, cui assentit Dr. M. (3), scil. Celanensem aliosque rem illam sola coniectura assequi potuisse, ex se penitus corruere, quia optimis auctoribus, rerumque peritis, utebatur Celanensis biographus.

Ast, acerrimus criticus inter relationes Fr. Leonis et Fr. Thomae de stigmatizatione, praeter iam dicta et confutata, contradictiones invenit exitiales [49], quae demonstrent hunc ab illo hac de re instructum non esse, sed rem solum commentatum esse coniecturis. Leo dixisset apparuisse Seraphim, Thomas vero Crucifixum (4), iuxta Is. VI, 2 et Apoc. IV, 8 (5), et quod gravius esset, Celanensis « rem essentialem (!) » plurimarum stigmatizationum: i. e. « radios rubeos vel rutilantes » omisisset (!). Ultimum hoc probat exemplo (!) Catherinae Emmerich et Iosephae Kümi saeculi XIX ! [49]. Quisnam hic commentetur et cavilletur, illico apparet, neque operae pretium est in talibus vel modicum morari, ea vellicandi causa.

Thomas Celanensis fuitne testis ocularis stigmatum a se descriptorum [24-5]? Dum neque in Vita I neque in II hoc asserit (6), talis videtur in Tractatu de Mi-

(1) Alencon., XXI ss. Goetz, *Quellen*, 66-72. (2) Merkt, 21 ff. 32, 35 ff.
(3) Hampe, 396 f. M. 47-8. (4) Cf. supra 407, n. 2.
(5) M. 49; cf. Hampe, 399; quibus locis adde et Ezech. I, 1 ss. sed ad vel contra rem hinc nihil. — Cf. de pictura Parmensi p. 429 s.
(6) Anno 1221 usque ad saltem 1223 sept. in Germania degit. Iord. a Iano, *Chronica*, AF I, 8, 11; n. 19, 31, 33, ed. Böhmer, Paris 1908, p. 22, 32 s. Alencon., XV seqq.

raculis (1), qui eidem vix denegandus est, certe non ob obiectiones a Dr. M. motas. Ait iste [15]: Cur in Tractatu se omnia annorum 1224-1226 vidisse innuit ille, qui in Vita I res ab aliis se comperisse dixerat? Immo: si Thomas Tractatum de Miraculis scripsisset, a proposito suo in Vita I enuntiato, scil. miracula in Sancto non urgendi, misere defecisset [25]. O propositi sui mire tenacem virum! Nonne Thomas Vitam I^m^ scripsit an. 1228-29, Tractatum vero circa an. 1247? Ubinam gentium scriptor trium operum, adeo inter se tempore distantium, idem propositum semper sequi obligatur? Sed praetensa illa intentio auctoris Vitae I, ex eo supponitur quam falsissime, quia quasi tota tertia pars Vitae I (n. 127-150) (2) de Miraculis S. Francisci agit. Ex loco discusso Tractatus concludendum certe: aut ipsum Thomam, aut certe eum a quo hunc locum Thomas exscripsit vel narrante audivit, propriis oculis stigmata vidisse et manibus contrectasse, neque testimonium istud gestu despicienti destrui potest.

Constat S. Bonaventuram (3) neque se dixisse, neque potuisse propriis oculis stigmata conspexisse. Quia de valore et tempore *Legendae trium Sociorum* (4) sub iudice adhuc lites sunt, eam nec nos afferre volumus, neque eadem de causa *Speculum Perfectionis* (5). Fr. Iulianus Spirensis exscripsit Vitam I Celanensis, Iulianum (6) vero (non Celanensem uti Dr. M. vult [27]), adhibuit Vincentius Bellovacensis (7). Minus recte Lucam Tudensem in seriem istam intrudit auctor noster, ne utique postea de eo cura sit. Quamquam Vitam I adhibuit Lucas (8), ipse tamen alios quoque ha-

(1) C. II, n. 5: *Vidimus ista, qui ista dicimus, manibus contrectavimus, quod manibus exaramus, lacrimosis oculis delinivimus quod labiis confitemur, tactisque sacrosanctis, quod semel iuravimus omni tempore protestamur. Plures nobiscum Fratres, dum viveret sanctus, id aspexerunt, in morte vero ultra quam quinquaginta cum innumeris saecularibus venerati sunt.* Cf. Alenc., XXXIX seqq. AB XVIII, 87 ss.

(2) Alencon., p. 136-51; cf. et *Prologum* Vitae I, p. 3.

(3) Utrum socius qui cum s. Francisco in Alvernae Monte fuisse a S. Bonaventurae dicitur, fuerit Fr. Leo, necne, decidi non potest, *Itinerarium mentis in Deum*, ap. *Opera*, V, 1891, 313, cf. supra 405, 409.

(4) Cf. Van Ortroy, AB XIX 1900, 119-97. Sabatier, *De l'authenticité de la Légende de S. François, dite des Trois Compagnons*, Paris 1901, (separat. ex *Revue historique*, LXXV, 1901) Goetz, *Quellen*, 91 ss.

(5) Ed. P. Sabatier, Paris 1898. Cf. Goetz, l. c. 147 ss.

(6) Cf. AB XXI, 160 ss.

(7) *Specul. histor.*, l. XXX, c. 97-9; l. XXXI, c. 99-122.

(8) *Adversus Albigenses*, l. II, c. 11, *Bibliotheca Maxima Vet. Patr.*, XXV, Lugduni 1677, 194. *Acta SS.* oct., II, 651-2: *Etenim vero, ut in*

buit auctores rerum narrandarum, quorum testimonia anno 1231 scribens allegat. Umbriam invisisse videtur (1), in Hispaniam Roma rediens. Inter alios ergo scriptores simpliciter adnumerari nequit. Erat praeterea saecularis, Tudensis episcopus, et stigmata S. Francisci, iuxta Vitam I descripta, « pro tam certis habuit, ut non dubitaverit ex hisce argumentum desumere, adversus contendentes Christum tribus tantum non quatuor clavis affixum cruci fuisse (2) ».

Habemus ergo testium de stigmatibus testantium optime copiam, sive de facto stigmatum, sive de ortu eorum sive de aliis adiunctis loquantur, neque dicta ulla sive obiectiones et accusationes ab Auctore contra eos allata, eorum auctoritatem minuere, nedum destruere possunt. Thesi vero suae de stigmatis ortis paulo ante Sancti mortem, repagulum firmissimum, nec ullis argutiis removendum obmovent fontes primi, annum 1224 certum affirmantes et probantes non solum (3), sed etiam narrantes verbis explicitis S. Franciscum per « magnum temporis » stigmata sua celasse!

Facta ista multiplicia vel removere vel destruere Dr. M. criticus omni modo nisus est, sed nec sagaciter, nec feliciter. Obiectiones ab eo allatae supponunt Fr. Leonem nihil scivisse hac de re, Celanensem vero et S. Bonaventuram tot contradictionibus se involvisse, ut penitus desipuisse et delirasse dicendi essent. Celanensis dicit S. Patrem stigmata celasse « per multum temporis » etiam « collaterales Fratres » (4), postea autem rem percrebuisse. Optime ergo nar-

---

eius sacra reperitur legenda et multorum religiosorum, clericorum, laicorum et saecularium, qui manibus contrectare meruerunt, vel corporeis oculis ante quinquennium aspexerunt, pium perhibet testimonium, in manibus et pedibus B. Francisci quatuor apparuerunt signa clavorum etc. — Lib. III, c. 14, Lucas refert aliqua, quae se didicisse testatur « *narrante viro sanctissimo fratre Helia* » etc. item c. 15; *Acta SS.* 652.

(1) Cf. Nic. Antonius, *Bibliotheca hispana vetus*, II, Matriti 1788, 58 sqq. (2) *AA. SS.* 651; Alencon., XXVII.

(3) I Cel. II, c. III, n. 94. *Duobus annis antequam animam redderet coelo;* supra 407, n. 2. De Cartula Fr. Leonis cf. 406-7.

(4) I Cel. II, c. III, n. 95: *Studiosissime namque abscondebat haec* [stigmata] *ab extraneis, celabat cautissime a propinquis, ita ut et collaterales fratres et eius devotissimi secutores haec per multum temporis ignorarent*...... N. 96...... *modis omnibus, quibus poterat haec abscondere satagebat*..... II Cel. II, c. CXVIII, n. 135: *Primo in tempore, ... tanta cautela celare et occultare coepit thesaurum, ut usque ad multa tempora nec ipsi familiares agnoscerent. Sed semper abscondi nec ad oculos venire carorum divina providentia noluit. Quin etiam publica loca membrorum idipsum non patiebantur*. Cf. et Bonav. *Leg. Mai.*, XIII, 8.

rationes Vitae II de aliis etiam Fratribus stigmata conspicere satagentibus (1), in hanc periodum vitae Sancti relegantur; falsoque « multum temporis » interpretatus est Dr. M. arbitrarius existimator tamquam « duos annos » integros [42 l. 13 et 51, l. 24], alibi vero [29, l. 28-32] 'brevissimum spatium', alibi demum « longius spatium » [51, l. 23] (2).

Tunc A. provocat ad humilitatem summam S. Francisci [29 seq.], gratis supponendo et contra clare in fontibus enuntiata, S. Franciscum ex industria [30 l. 20] secretum prodidisse (3); urgens media, quae Sanctus ad occultanda stigmata adhibuerit (4), potius maiorem curiositatem discipulorum provocare debuisse (5) [29], atque proclamans, sed ex lubidine prorsus, vulnera pedum fuisse « diligentissime » prae aliis abscondita [29 l. 20] (6). Cur ergo Thomas Celanensis tot se contradictionibus implicuisset stolidius? Quid eius ad rem intererat dicere stigmata orta fuisse aliquot hebdomadas ante mortem Sancti, vel duos annos? O stupidum Celanensem, qui talia medius inter tot discipulos aliosque viros scribens, fraude aperta, stigmata anno 1224 assignaverit. Stupidiores autem fuissent tot ab eo decepti, discipuli Sancti, Fr. Elias prudentissimus, tota curia Romana, sexcentique alii! Omnes autem praetensae contradictiones evanescunt, si duas illas periodos: ignotorum nempe stigmatum, atque visorum et cognitorum distinguimus, uti et Legendae eas discernunt, per duorum annorum decursum. In hypothesi sagacissimorum Dr. M et K. Hampe, tempus utique pro illis periodis non adfuisset, ideoque narrationes illae eis sunt negandae, contradictionesque incredibiles ac insanae admittendae. Praetacta autem distinctio res omnes concordando connectit, manifesto explicat etiam, cur Celanensis tot Fratrum

(1) II Cel. II, c. XCVIII, n. 135 ss.

(2) Patet Celanum vocibus « *multum temporis* » « *ad multa tempora* » ne duos quidem annos hic comprehendere. Factum Fratris « de Brixia » II Cel. n. 137, biographi moderni ultimo Sancti vitae anno assignant, Sabatier, *Vie*, 361. Böhmer, *Analekten*, 131, et quidem rectissime, cf. I Cel. II, c. VII, n. 105.

(3) Si Sancti conatus vani erant, num ob hoc arguendus venit?

(4) II Cel. II, n. 136: *Raro itaque totas abluit manus.... pedes lavat rarissime.... manum ab aliquo postulatus ad osculum dimidiat.... pedes laneis peduciis vestit, ne videri possint....*

(5) Hoc critico sufficit, ut definiat, istiusmodi conamina, quae tamen de facto stigmata aliquatenus occuluere, esse fictitia; M. 29, l. 4-6.

(6) L. c. ubi de tali specialissima cura nihil. Nolumus tamen de singulis adiunctis sive a Celanensi sive a S. Bonaventura relatis, *in se* quaestionem hic instituere.

aliorumque; qui manuum pedumque stigmata viderant, nomina facere inutile duxerit, quia constabat plures haec saltem stigmata vidisse.

Postea vero denuo audacius contra S. Bonaventuram invehitur Auctor, ut quaedam eius dicta, quibus iam saepius quemcumque valorem denegaverat, in gratiam suarum hypothesium deflectat. Cur non potuisset S. Franciscus humillimus saltem « generalibus verbis », uti S. Bonaventura ait, a sociis intimis consilium illud petere? (1). Numquid « humillimus » tantummodo erat S. Franciscus? Fuit et simplex et rectus! De tempore vero istius deliberationis nihil constat; et quod de « veneratione idololatrica » [30] obiurgat A. absque probatione ulla, movere potest rationem rationalisticam saeculi XX, minime vero et humillimum et rectissimum S. Franciscum. — Demum miracula quae iuxta S. Bonaventuram stigmata sint secuta (2), occultationi sedulae stigmatum contradicerent, si illi quibus contigerunt, scivissent eadem ob stigmata facta esse. Quod nec ipse S. Bonaventura insinuat. Alia quae subiungit de Cardinalibus, Gregorio IX atque Alexandro IV, supra iam friavimus (3).

Remanet ergo factum plures fratres vivi S. Francisci pedum, manuumque stigmata conspexisse, quamquam nominatim in Legendis non enumerentur et Doctor Tübingensis eos esse quaerendos (4) pronuntiet inter illos, qui in cadavere stigmata sunt admirati. Quam ergo inepte concludit exactissimus Doctor ac criticus: Omnes illas narratiunculas de occultatione stigmatum esse tanquam legendarias aspernendas [32 l. 27] (5)!

Agedum, videamus, quinam testes fuerint vulneris lateris S. Francisci. Thomas de Celano in Vita I (et II) tales nominat, — quia de secretiore re agebatur — Fr. Rufinum et Fr. Eliam (6); hic « utcumque illud videre meruit », ille

---

(1) *Leg. mai.*, XIII, 4. (2) L. c. XIII, 6-7.

(3) P. 400 ss. Quaenam Legenda Sancti negavit medicum Reatinum stigmata vidisse, uti vult M. 31? Cf. *Leg. mai.* VII, 11.

(4) Immo et Eliam et Rufinum cf. hanc p. n. 6; docteque provocat probandi causa ad I. Cel. II. c. VIII, n. 109 ubi hac de re nihil prorsus.

(5) Quod nihilominus Elias in epistola sua recte ac iure poterat loqui (33 l. 3) de « *miraculi novitate* » demonstrat Celanensis I Leg. II, c. IX n. 112 stigmata et ipse in Sancti morte proclamans: *gaudium inauditum et miraculi novitatem.* — *Plurimos* et Fratres et saeculares mortui vulnera vidisse et tetigisse narrat I Cel. II, c. IX, n. 113; non solum, ut vult M. 31-2: S. Bonav. *Leg. mai.*, XIII, 8, (II Cel. II, c. CLXIII, n. 227 b.) *Tract. mirac.*, II, n. 5. (6) I Cel. II, c. III, n. 95.

autem contrectavit, dum Sanctum scalperet, dilabente sibi manu. « Utcumque » illud in Vita II explicatur (1); vidit scil. vulnus, dum S. Franciscus tunicam exueret, sed utriusque nomen hic tacetur. Eadem narrat S. Bonaventura, addens tertium Fratrem (2) qui « vidit plagam, cui etiam tres veloci contactu digitos » applicuit.

Quibus sic iuxta critices regulas digestis, discussis, atque disceptatis constat inanitatis fallacis hypotheses, argumentationes manifesto erroneas atque falsas Doctoris laureati, severam criticam tantopere iactantis atque ventilantis, penitus dilui, nihilque posse vel valere contra fontes genuinos, testesque oculatos, incassum ab eo impetitos, stigmata S. Francisci, tempusque quo ea recepit, optimis documentis stabilientes annum 1224. Hoc ipso omnis basis, labore subtili sed nisu tantaleo, pro Capite IV dissertationis suae parata atque constructa, penitus dirempta et destructa est.

IV.

Quae positiva per Capitis IV decursum [34-52] adducere sategit, ut probaret stigmata S. Francisci esse orta paulo (paucas hebdomadas) ante eius mortem, extemplo examini subicimus, connexas quaestiones ex capite V, repetitionum vitandarum causa, hic statim tractantes.

Prof. Dr. K. Hampe (3) eiusque docilis pedissequus, Dr. M., denuo summa gravitate definiunt (quia sic eis placet): « solam ansam, unde tempus stigmatizationis determinari certo possit » esse Epistolam encyclicam, quam Fr. Elias paululum post mortem Sancti ad universos provinciales dedit. Hunc « canonem Elianum » cl. Hampe « postulaverat », iuxta principium criticae historicae, dicens: antiquissimam alicuius facti relationem esse simpliciorem, relationes autem posteriores non esse aestimandas nisi ut documenta evolventis se legendae (4). Hoc principium decrevit Prof. K. Hampe in casu stigmatum rigidius solito esse adhibendum. Cuius decreti atque severitatis huiuscemodi insolitae iam prius ra-

(1) II Cel. II, c. C, n. 138, concludens: *Hic* [Elias] *solus vidit in vita, caeterorum nullus usque post mortem.*

(2) Videtur fuisse Ioh. de Laudibus, Bern. de Bessa, *De laudibus*, AF III, 668; *Chron. XXIV Gen.*, l. c. 226. Hoc factum quod discutiendum critice foret, factum Eliae ac Rufini non tangit, nec aliae res ap. *Leg. mai.* XIII, 8.

(3) Hampe 393; M. 35. (4) Hampe, 397; M. 35 et 54

tiones expostulavimus (1), eo vel maiore utique iure, quod agatur de principio non absoluto, sed adhibendo praesertim ubi tractatur de narrationibus atque auctoribus a factis relatis sat distantibus (2). Hoc autem in casu nostro obtinet nequaquam, cum et alios testes oculares facti praesto sint, et Fr. Thomas Celanensis, medius inter testes oculatos Vitam I^am^ scribens, — non « mox post 1228 » uti dixerat K. Hampe (3) — sed ipso anno 1228 — alios quamplures testes oculares consulerit. Insuper loci scriptorum obscuri et dubii ex certis et planis (4) sunt explicandi. Accedit, quod Fr. Elias in Epistola sua encyclica (5) ex industria, copiose vel ex toto nequaquam loqui voluerit de stigmatis, uti totam legenti epistolam liquet. E 77 enim lineis quibus constat, solae 8 de stigmatis agunt! Aliis octo, aspectus mortui describitur. Caeteris (6) vero, Elias plerumque testibus s. Scripturae usus, iuxta aevi sui morem, dolorem suum communemque Ordinis, Patre orbati, pandit. Nulla ergo ratione « Canon ille Elianus » 'postulatur', cum nullo in fundamento nitatur, praesertim si canon 'absolutus' et solus proclametur (7), praeter quem nullus alius scriptor valorem obtineat, sive agatur de tempore sive de forma stigmatum. En modo locus iste:

« *Et his dictis, annuntio vobis gaudium magnum et miraculi novitatem. A saeculo non est auditum tale signum praeterquam in Filio Dei qui est Christus Deus.* Non diu *ante mortem frater et pater noster ap-*

---

(1) Bihl, 547. Quae brevissime adducit M. 35, scilicet autopsiam Eliae et tempus propinquum facto narrato, ideoque Eliam esse « primarium et principem » testem stigmatizationis, quia hypotheses suae sic « postulant », mutavit (utique critice) in: « *solus* » Elias (sic p. 54), testis censendus est; ipsi « *soli* autopsia » concedenda. Haec autem factis certis contradicunt etc., nihilque ad causam ea facere nemo non videt.

(2) Bernheim, *Lehrb. hist. Methode,* 413 ff., 521. Quo agendi modo exploderetur a priori totum caput a Bernheim, 624-43 expositum de fontibus vicissim inter se conferendis et perpendendis.

(3) P. 392. (4) Cf. p. 406 n. 5, 407 n. 2.

(5) Iuxta Iordanum a Jano, *Chronica,* n. 50 ad omnes provinciales ministros Ord. Min. eam direxit; AF I, 16; ed. Böhmer, 45.

(6) Iuxta ed. ap. Lempp, *Elie de Cortone,* Paris 1901, 70-1. Vulgata est sola forma directa ad Fr. Gregorium, min. prov. Franciae, quam ex originali, iam diu deperdito, ed. primus Spoelbergh, *Speculum Vitae B. Francisci,* II, Antverpiae 1620, 103-6; inde Wadding, an. 1226, n. (II^2^, 149-150) etc., *Acta SS.* oct. II, 668-9. Fr. Affò, *Vita di frate Elia,* Parma 1783, 42-5. Papini, *Storia di S. Francesco,* I, Foligno 1825, 166-8. Melchiorri, *Leggenda di S. Francesco d'Assisi,* Recanati 1856, 245-9. Amoni, *Legenda S. Francisci... Legenda trium Sociorum,* Romae 1880, 104-8. Böhmer, *Analekten,* 90-2.

(7) Quantum hoc verae criticae repugnet cf. Bernheim, 524 ss.

paruit crucifixus, quinque plagas, quae vere sunt stigmata Christi, portans in corpore suo, nam manus eius et pedes quasi puncturas clavorum habuerunt ex utraque parte confixas, reservantes cicatrices et clavorum nigredinem ostendentes; latus vero eius lanceatum aparuit et saepe sanguinem evaporavit. Dum adhuc vivebat spiritus eius in corpore, non erat in eo aspectus, sed despectus vultus eius et nullum membrum in eo remansit absque nimia passione. Ex contractione nervorum membra eius rigida erant, sicut solent esse hominis mortui, sed post mortem eius pulcherrimus aspectus est, miro candore rutilans, laetificans videntes. Et membra, quae prius rigida erant, facta sunt mollia nimis sese vertentia huc atque illuc secundum positionem suam tanquam pueri delicati. Ergo fratres benedicite etc.

Quaestio de vera nota chronologica et de die epistolae, utrum coram cadavere (1), an 4 octobris sit scripta post sepulturam, accidentalis est, cum liqueat eam certe saltem primis diebus post mortuum Sanctum esse confectam.

Prima vero loci principalis vox, ea ipsa ac sola in qua hypothesis Prof. K. Hampe et Doctoris M. innititur, dubia est, manetque usquedum originale epistolae Eliae, omnibus Ministris Provincialibus missae, detegatur. Ratio philologica, ob quam v. gr. P. Sabatier (2) lectionem variantem « *nam* » praefert, plus minusve subiectiva sit; sed longe magis subiective « *non* » solum consideratur ab argumentante Dr. M., quia hypothesi sua favet (3), quae proin debili basi innititur. Etenim erronee prorsus suspicantur cl. Hampe et Dr. M. Canonicum Amoni « *non* » in « *nam* » emutasse, 'certe' ut inductionibus Caroli Hase basim auferret (4). Constat enim lectionem « *nam diu ante mortem* » iam in editione P. Sta-

---

(1) Hoc inducere vult M. 35, n. 3 (22, n. 3), dicens tempus esse indicatum in fine [neutiquam, sed in medio potius!] epistolae: *Quarto nonas octobris die dominica prima hora noctis praecedentis pater et frater noster Franciscus migravit ad Christum* », i. e. ibi indicaretur non nox ante dominicam (!), sed nox ante scriptam epistolam (!), quia secus τὸ *praecedere* regeret accusativum! Idem indicare dicit praesentia v. gr. « *laetificans videntes* » [quasi afforet Participium perf. act.]; et contra contextum, in quo « *eius* » refertur ad « *mortem* », hoc vertit, « *aspectus eius... pulcher est* » (sic), quia, ait subtiliter, secus Elias dixisset, iuxta usum classicum a se servatum (?): « *mortem suam* ». — Quia vero Sanctus obiens « *die sabbato in sero* [i. e. 3 oct. 1226].... *sepultus* [est] *in die dominico* » Celanensis, *Leg. Chori*, Alenc., n. 17, et quidem « *mane* » I Cel. II, c. IX, n. 116, iuxta usum tunc vigentem, et « *ne a Perusinis violenter tolleretur* », Iordanus, n. 50, AF I, 16; ed. Böhmer, 45: quomodo inter tot res agendas et ordinandas ac inter turbas affluentes tempus suppetiisset epistolae scribendae ad omnes Provinciales mittendae, AFH I, 3-5.

(2) *Vie*, 404, n. 1.

(3) M. 36 uti et ab Hampe, 393.

(4) Ll. cc. Numquid Hasii hypotheses noverat Amonius? qui ergo prorsus innocuus et innocens restat, contra M. 37.

nislai Melchiorri inveniri, quae mense maio 1856 prodiit Recanati in Piceno (1), eodem anno quo C. Hase hypotheses suas vulgavit Lipsiae!

Sed supponamus, non concedamus, lectionem « *non* » esse certam! Definit criticus severus « *non diu ante mortem* » ob adiuncta (2), i. e. relate ad vitam 45 annorum S. Francisci, duos annos comprehendere non *posse*, ideoque quam alacerrime concludit relationem Eliae destruere traditionem stigmata anno 1224 referentem. Ultro fatemur nos computi adeo subtilis rationem intelligendi incapaces esse, persuasumque nihilominus nobis habere, duos annos ad 45 vel etiam 43 relatos, particulae « *non diu* » optime designari posse. Addimus etiam: Eliam in epistola nullam relationem duorum annorum ad reliquos stabiliisse!

Iam contra K. Hampe urgebamus (3), auctorem modernum istiusmodi formulas dicendi medii aevi non mere secundum nostram dicendi rationem (4) multo accuratiorem posse aestimare. — Supra iam vidimus exemplum (5) eiusdem rei, ipsa stigmata tangens. Quamquam enim Celanensis stigmata assignat mensi sept. 1224, tamen repetit S. Franciscus eadem celasse « per multa tempora », per « multum temporis », quod ipse ergo, scribendi peritissimus, optime noverat non significare ne duos quidem annos! — Adest porro et alius eiusdem Thomae Celanensis, de ipsis S. Francisci stigmatis locus, non ergo a longe conquisitus, quem utique importunum a nobis iam prius obiectum, elatius aspernando, sed nihil infirmando reicere vult criticus Tübingensis (6). Postquam enim Fr. Thomas narravit (7) Crucifixum in ecclesia S. Damiani (anno 1206 vel 1207) locutum esse S. Francisco, inter alia sic pergit: « Ab ea igitur hora liquefacta est anima eius, [S. Francisci] ut dilectus ei locutus est. Patuit *paulo post amor cordis per vulnera corporis* ». Id est *post circa 18 annos*, qui dicendi modus criticos nostri aevi exactissimos horrere faceret, et ob quem discipulus quilibet misere vapu-

---

(1) Melchiorri, p. 247. Quaestionem praeviam iure pro P. Stan. Melchiorri repetimus, qui prologum suum scripsit 28 mai. 1856 Recanati. Hase prologum suum complevit 3 febr. 1856. Caeterum Melchiorri non dicit, unde textum hauserit, quamquam ex auctoribus cit. p. 417, n. 6 eum certe sumpsit.

(2) M. 37, l. 9-11. Ex tali fallacia statim inducit dein l. c., l. 13 ss. epistolam Eliae excludere (!) stigmata esse orta 1224. (3) Bihl, 542.

(4) Cf. Bernheim, *Lehrbuch hist. Methode*, 517 ss; 402, 416 etc.

(5) P. 396, 415. (6) M. 37 nota 5. (7) II. Cel. I, c. VI, n. 11.

laret! Sunt autem praeteritorum saeculorum auctores accipiendi ac ferendi uti erant, et explicandi ex suo quique aevo.

Alium vero in encyclica Fr. Eliae Dr. M. venatus est locum, quo tamquam collyrio usus, partes confractas, iam iamque contritas fabricae suae conglutinaret vel consueret, aliis (1) crimini vertens, quod non intellexerint, Eliam voluisse nuntiare « eventum incognitum (2) » prorsus omnibus, 'miraculum novum', quod non solum alii Fratres et Discipuli Sancti (!), sed et ipse Elias (!), qui per duos ultimos annos a latere Sancti non cesserat, antea penitus ignorasset (!) [38]. Aisne serio, critice? Cur acutissimus Elias anno 1228 vel 1229 Fr. Thomam scribere permisit res ex toto hisce contrarias in Vita I, et quoad seipsum plagam lateris solum conspicientem in vivo Sancto, et quoad alia tot facta? Insanistine tunc, Elia? Nullomodo. Neque enim ulla adest contradictio. Etenim quid 'novo miraculo' intenderet Elias, ipse sat clare subinde explicavit: « *A saeculo*, inquit, non est auditum tale signum, praeterquam in Filio Dei » etc.

Praeter istam ipsius Fr. Eliae explicationem, quae rem certe altissime praedicandam Fratribus praesertim illis in dissitis regionibus relinquit ac supponit, adest quoque alia, quae eodem prorsus modo prolata est anno 1228 vel 1229, a quodam stigmata anno 1224 orta proclamante, immo et Eliae intimo, eius epistolam adhibente, nempe a Fr. Thoma de Celano (3), de morte S. Francisci scribente et quidem, quod fac notes, de Fratribus Assisii tunc morantibus: « Sed temperabat moestitiam gaudium inauditum et miraculi novitas eorum mentes in stuporem nimiam convertebat (4) ». Satis ergo remanebat Eliae et vicinis et universis per orbem Fratribus praedicandum, ob factum ad illa usque tempora inauditum! Utrum plus dicere *debuerit* Elias, uti ei criticus noster praescribere videtur (5), an *facile* dicere *potuerit*, decidere nos non audemus, quamvis libentissime concedamus Fratrem Minorem quemlibet mo-

(1) I. e. nobis, sed inepte cf. Bihl, 539.

(2) M. 37, l. 20 « *ein unbekanntes... Ereignis* », ipse litteras latius disponens, ut fucum faciat, quia Elias hoc nullibi dicit.

(3) I Cel. II, a. IX, n. 112. Qui etiam locus authenticitatem epistolae Eliae clare probat. Cf. supra 415 n. 5.

(4) Quo iure ergo definit Dr. M. τό « *annuntio* etc. » indicare « stigmata discipulis (!) Sancti fuisse *penitus* ignota »? M. 37. not. 5.

(5) M. 38 dicens Eliam apte in illa epistola necrologica exponere potuisse, quomodo *stigmatizatio* [de qua Elias ne verbulum quidem] evenerit, etc. etc. Similia iam Goetz, *Quellen*, 64 dixerat.

dernum plura, si non omnia, ut criticos plene pacaret, alio modo dixisse!

Ast « canonem Elianum », qui iam in nihilum recidit atque evanuit penitus, Dr. M. eruditus aliis, caeterum non ignotis, testimoniis suffulcire conabatur. Sunt haec. In Sermone quodam ad Fratres Minores (1) habito inter annos 1228-1240 (2), quemque Dr. M., sine ullo argumento, ante Vitam I^m Celanensis dicere vellet recitatum, *Iacobus de Vitriaco,* olim S. Francisci vivi admirator, aperte « traditioni Alvernae » contradixisset, penes Fratres Minores. Ibi legitur:

« *Et Franciscus sponte multa supererogavit... et ita expresse secutus est Crucifixum, quod in morte eius in pedibus, manibus et latere vestigia vulnerum Christi apparuerunt* ».

En, ait Dr. M., confirmatio manifesta opinionis ab Elia in epistola expressae. Ast alius quispiam diceret maiore cum iure, ad litteram verba sumens: Iacobus de Vitriaco, egregie Eliae contradicit, profitens *in* morte, non vero, « non diu ante mortem » sola « vestigia vulnerum Christi » apparuisse! Patet vero Cardinalem, Fratrum amicum, hic neque aliquid novi contra eorum opiniones, neque quidquam accurati dixisse, quo nova hypothesis, in se non consistens, vel fundari vel fulciri posset. — Multo magis haec illatio valet pro versibus Philippi Musket († 1244), qui ab excidio diro Troiae orsus, ad annum usque 1243 arma, virosque necnon alia cecinit in Flandria, et ex. gr. S. Franciscum Perusii sepultum dicit (3).

Or est uns autres avancis
Par delà Roume, saint Francis,
A Perouse (!) *gist li cors sains,*
Ki n'ot mie mains ne piés sains (!)
A sa mort, mais aussi perciés,
Com Dieux les ot à cleus ficiés
Il le proia, Dieu si l'öi
Et li cors sains, moult s'en göi
Mors fu et fait miracles grans
Qu'il fu passiens et souffrans.

Restat nunc Achilles atque arx hypotheseos, utique misere instructae et iam fugatae; sitne Achilles dignus tali

(1) *Iacobi Vitriacensis, (1180-1240) Sermones ad Fratres Minores,* ed. Hil. Felder, O. M. Cap. Romae 1903, 35.

(2) Non inter 1226 et 1240, uti vult M. 39, pro causa sua, cum Franciscum « Beatum » appellet; sic et Felder, p. X.

(3) M. 39, citans Bouquet, *Recueil des historiens des Gaules,* t. XXII 71, vers. 30347; addimus illos inveniri etiam ap. MG SS XXVI, 816. Citatur etiam a Sabatier, *Vie,* CXXV etc. — Negligit vero Dr. M. Philippum loqui de manibus et pedibus clavis confixis.

acie, videbimus extemplo. Est chronista Anglus O. S. B., Rogerus Wendover qui obiit 1236, et quem Matthaeus Parisiensis, item O. S. B., mendicantibus infensissimus exscripsit, cuiusque locus de S. Francisco tot fere errores continet, quot sententias (1). Non obstantibus criticae (etiam benignissimae) legibus (2) in tot foedorum errorum cumulo, criticus noster in Fratres Minores, Fundatoris sui biographos acerrimus, « miculam veritatis » quaerit, i. e. illud quod ei arridet [40], scil. Stigmatum S. Francisci ortum! Si non prorsus quaecumque sententia Rogeri (sive Matthaei) erronea est, illa quae fontibus genuinis contradicunt apertissime, certe priusquam recipiuntur aliunde probanda sunt (3). In textu errores obiter signamus, patetque Anglum illum pessime fuisse informatum, fortassis a peregrino quodam valde sane imperito (4)!

Tandem vero, cum amicus Dei Franciscus in urbe Roma (!) *simul et terris adiacentibus cum fratribus suis per annos multos evangelium pacis praedicasset,.... venit hora eius, ut transiret ex hoc mundo ad Christum.... Itaque quintadecima die* (!) *ante exitum suum de corpore, apparuerunt vulnera in manibus eius et pedibus, sanguinem iugiter emittentia* (!), *sicut in mundi Salvatore in ligno pendente apparuerant, cum crucifigeretur a Iudaeis. Latus quoque eius dextrum* [p. 135] *adeo apertum* (!) *et cruore respersum apparuit* (!), *ut etiam secreta cordis intima perspicua viderentur* (!). *Quid ergo? factus est ad eum concursus populorum* (!), *rem tam insolitam admirantium* (!); *inter quos etiam ipsi cardinales accedentes sciscitabantur ab eo* (!) *quid haec visio sibi vellet? Quibus ille* (!): « *Haec visio in me iccirco ostensa est, quibus misterium crucis praedicavi, ut credatis in Eum qui pro mundi salute haec quae videtis vulnera in cruce pertulit, et etiam ut me sciatis Eius esse servum* (!), *quem evangelizavi vobis crucifixum, mortuum, et resuscitatum; et ut omni ambiguitate remota in hac fidei constantia usque in finem perseveretis. Haec vulnera, quae in me ita videtis aperta* (!) *et sanguine cruentata* (!), *statim cum defunctus fuero, adeo sana* (!) *erunt et cohaerentia* (!), *ut carni caeterae similia videantur* (!) ». *Qui continuo absque omni angustia, corporis et carnis cruciatu, corpore solutus* (!), *spiritum suo reddidit Creatori. Quo defuncto, nulla* (!) *vulnerum praedictorum in latere, vel pedibus, sive manibus stigmata remanserunt* (!). *Sepulto autem viro Dei in ora-*

(1) De eius valore recte iam iudicavit cl. P. Sabatier, *Vie*, 408, CXXV miratus, quod Hase, *Franz v. A.*, 168 ff. tanta attentione digna duxerit eius phantasmata! Attamen et Hampe, 395, et Dr. M. 40, Hasium in in hoc aemulari non dubitabant.

(2) Bernheim, *Lehrbuch*, 522.

(3) Sic Sabatier, *Vie*, 408, coniectavit.

(4) Totus ille locus iam prius ap. AFH I, 81-3 prodiit, ex quo iudices eius errores; locus de quo in specie agitur est l. c. 83. Tantummodo ergo res necessarias hic referimus ex Matth. Paris. *Chronica maiora*, ed. H. R. Luard, III, London 1876, 134 s.

torio suo (!), *Romanus Pontifex ipsum in cathalogum Sanctorum admisit, et diem eius depositionis solemniter instituit celebrari* (1).

Cur ergo de talibus plura dicamus? Sic omnia argumenta, studiose collecta extra « coetum nebulosum Franciscanorum (2) » uti iuxta Hase gratiose ait criticus Dr. M., dilabuntur. Nec illud solum, quod apud Fratres Minores dignatus est quaerere ad levem hypothesim suam frustra consolidandam, ullo vigore viget. Nam locus allegatus Ubertini de Casali, in disceptatione magna coram Clemente V Avinione habita an. 1309-1312, et quidem anno 1310 scriptus (3), stigmata orta dicit manifesto p o s t r e g u l a m IIam anno 1223, 29 nov. approbatam atque a n t e t e s t a m e n t u m (non vero p o s t) non diu ante mortem Sancti compositum:

Vera igitur reformacio esset (4), *si excluderetur error, qui istorum est causa malorum, scilicet quod non est creditum b. Francisco, qui praecepit pure et simpliciter servari regulam sicut sonat, et repulit omnem gloriam et omne privilegium* (5), *quod nos posset in superbiam elevare et regulam relaxare. Et certe testimonium habuit a summo pontifice Christo, quod regula a Christo data* (6), *quam bullavit bulla mirabili, volens institutorem* (7) *ipsius in r e g u l a e testimonium paucis post eius confectionem diebus* (8) *passionis suae stigmatibus insignire* (9). *Et* (10) *postquam praedicta habuit a Christo testimonia* (11), *expressit dei et suam intencionem de observancia regulae, sicut dictum est supra* (12).

---

(1) Omnia (!) signata fontibus certis quam apertissime contradicunt; plura etiam ipsi epistolae Eliae, cuius doctus Auctor M. hic non iam recordari videtur, neque Canonis Eliani. — Recte ergo indicat medium septembris, errans in a n n o, forsan quia relatorem suum male intellexerat.

(2) Hase, 168. Hampe, 395. M. 40: « *Franziskanerdunstkreis* »! Quam vocem creaverunt, ut contra omnes critices normas, spernere eis liceret illos qui res scire poterant, conquisituri pro lubidine apud alios, rerum relatarum ignaros, textus quos autumarunt sibi favorabiles.

(3) In responso ad IV quaesita, quam ed. cl. Fr. Ehrle, ap. *Arch. f. Litt. u. Kirchg. d. MA.*, III, Berlin 1887, 51-89. Cum doctus Dr. M. alleget solummodo « p. 1 sqq. » (sic) dicti libri, pro commodo lectorum locum discussum esse p. 87 indicamus.

(4) Haec, l. c. 86 consisteret in pura observantia regulae.

(5) In testamento cf. *Opuscula*, 80, 82; Böhmer, *Analekten*, 38, n. 8; 39, n. 12. (6) L. c. *Opusc.*, 79, Böhmer, 38, n. 4.

(7) Cod.: institucionem, quod et Ehrle, 87 iam correxit.

(8) Confecta fuit 1221-1223 et approbata 29 nov. 1223, *Opusc.*, 63-74. Böhmer, 29-35. BF I, 15-19. — Quo dicendi modo, (ergo non impossibili, M. 42) et qui in fonte sonat: « paucis *admodum* evolutis diebus », *decem menses* designantur! Cf. 415, n. 5 et 423 n. 1.

(9) Uti probavimus et fons eius dicit sept. 1224; p. 417.

(10) Sequentia cur *omisit* criticus Auctor? (11) Id est stigmata.

(12) Cf. not. 5, i. e. in testamento, quod Ubertinus ergo definite *post* stigmata ponit, non *ante*, uti Dr. M. 41, praetendit falso, inferens inde *stigmata* orta esse paulo ante obitum Sancti.

Caeterum nota temporis hic contenta et cum communi sententia [1224] adamussim concordans, desumpta est, licet Dr. M. hoc ignoraverit, ex *Legenda Maiore* S. Bonaventurae (1), qui stigmata anni 1224 mensi sept. assignat (2).

Omnibus (3) ergo ad examen criticum vocatis, discussis et perpensis, nihil omnino remanet sententiarum, opinionum vanarumque hypothesium a Dr. M. per capitulorum III[ii] et IV[i] decursum, affirmatis et disputatis, inconcussumque remanet factum: S. Franciscum ss. Stigmata recepisse in raptu et visione in monte Alvernae habitis, mense septembri anni 1224.

Hic de contradictionibus per saeculum XIII in stigmata habitis, [4, 16] pauca inserimus. Eas ex se contra stigmatum factum nihil probare, reipsa patet, sicut nec oppositio contra S. Dominici sanctitatem orta (4). Porro oppositionis valor liquet ex eo, quod factum negatum fuit primo a viris quos puro zelo in hoc flagrasse nemo diceret, secundo in regionibus longinquis scil. in Moravia, ubi Fr. Euchardus O. Praed. Opaviae (5) et episcopus Olomucensis (6) contra ea insurrexere, atque in Castella et Legione ubi « nonnulli religiosi et clerici saeculares... quandoque in publico et frequenter... in occulto (7) » negaverant stigmata S. Francisci exstitisse. Ille autem qui in Italia solus in ea surrexit, iuxta documenta certa, scil. Thomas de Aversa, O. Praed. in Tuscia (8), nequaquam stigmata S. Francisci negavit, sed ea cum signis B. Petri Martyris conferens, haec Dei vivi signa, illa (S. Francisci) Dei mortui fuisse, inepte praedicavit.

---

(1) C. IV, n. 11. (2) L. c. c. XIII, n. 1-3.

(3) Reliqua huius capitis 44-52, plura cap. III[ii] repetentia iam supra excussimus confutantes 413 ss. (4) *Acta SS.* aug. I, 618 ss.

(5) BF I, 213. Wadding, an. 1237 n. 8 (II[3], 429); Eubel, n. 216; Potthast, 10309.

(6) BF I, 211; Wadding, l. c. n. 2 (II[3], 427); Eubel, n. 215; Potthast, 10308. Olomucensis non proprie factum stigmatum negavit, sed noluit S. Franciscum cum stigmatibus depingi, quia sola vulnera Christi sic colenda essent.

(7) BF II, 358; Wadding, an. 1259 n. 1; (III[3], 101, 105); Eubel, n. 1043; Potthast, 17644. Dr. M. 416, l. 1 falso asserit hac in bulla Alexandrum IV silere de propria autopsia. Etenim haec bulla locum bullae *Benigna operatio* autopsiam asserentem p. 404, n. 14, verbotenus repetit.

(8) BF IV 307; Wadding, an. 1291, n. 24 (V[2], 267); Eubel, n. 1981; Potthast, 23864. — De oppositione circa an. 1250, cf. Eccleston, ed. Little, 93; AF I, 245. De posteriore cf. AFH III, 169 s. AF III, 641 ss.

V.

Examini iam subiciamus breve caput V, [52-61]. Novus ibi canon statuitur, cui et epistola 'canonica' Eliae cedere debet. Provocans enim ad descriptionem stigmatum Dominicae Lazzari, quae non saeculo XIII, sed anno 1834 stigmata recepit [52], — ex magno ergo numero stigmatizatorum haec cum S. Francisco tantum connexa est, quantum Corinthus cum Roma, — descriptionem istius stigmatum accuratam normam proclamat pro describendis stigmatis S. Francisci [52]. Quam normam ut assequatur, Eliae epistolae et canoni sacrosancto pridem conclamitato, plurimam vim infert, statuens, prout necessitas causae, seu mavis hypotheseos, postulat: modo Eliam habilem fuisse scriptorem [54], modo eum stigmata accurate describere non potuisse [53]. Decernit enim A. «*quasi puncturas*» fuisse «*maculas nigras*» [53 l. 21], ortas ex sanguine in cute retento, qui in cadavere exsiccato formaverit 'lineas cicatricosas' (sic explicat: «*cicatrices reservantes*») quas Elias (quam inepte!) «*clavos*» vocaverit [53, l. 29]. Item contra Eliae olim 'canonicam epistolam', decernit stigma laterale fuisse plagam sive ictum superficiale cutis (1), quod 'sanguis evaporans' innuat (!?) [54, l. 10-1]. Quae sic explicata, lector simulac legit epistolam Eliae (2), perspicit ultro esse contradictiones et strophas atque commenta.

Postquam tunc denuo ad canonem suum Elianum, supra ab ipso Dr. M. contortum et a nobis explosum, provocavit frustra doctus laureatus, dicit Celanensem *clavos* confinxisse [55, l. 12]: epistolae Eliae dictum timidum «*quasi puncturas clavorum*» emutando in «*non clavorum quidem puncturas, sed ipsos clavos* etc.». Quod nefandum crimen in iudicium illico vocandum est, quaerendumque utrum Thomas nimis credulus reapse adulteraverit textum, an explicaverit. Dixitne Elias alicubi de clavis? Certe, inquam, dixit, et quidem bis hoc ipso in loco «*nam manus eius et pedes* quasi *puncturas* clavorum *habuerunt ex utraque parte confixas reservantes* cicatrices *et* clavorum nigredinem *ostendentes*». Quoniam tunc temporis loquendi modus vocibus, uti aiunt, abstractis vulgatissimus fuit, et ipse Elias paululum

(1) Praeclare sic exponit locum: *Latus vero eius lanceatum apparuit ac saepe sanguinem evaporavit.* Supra p. 418.
(2) P. 417-8.

superius « *miraculi novitatem* » i. e. 'miraculum novum' annuntiaverit, non dubitaverim eum hic dicentem « *clavorum nigredinem* » locutum fuisse simpliciter de 'clavis nigris' (1).

Supponamus autem deteriorem partem, scil. dictum illud Eliae non esse sat clarum. Constat Fr. Thomam, stigmata mortui Sancti describentem, coram habuisse epistolam illam Eliae, quacum pluribus in vocibus convenit (2). Scribebat anno 1228-1229 Assisii. Plurimos testes stigmatum mortui Sancti consulere poterat, consulebatque, medius inter testes oculatos plurimos, et saeculares et Fratres, componebat Vitam I, ad latus, ut ita dicam Fr. Eliae, — de qua re omnibus notissima apud eruditissimum Dr. M. nihil — annuente et approbante Fr. Elia (3), quem una cum Gregorio IX, eum scribere iubente, in Vita I pluribus effert laudibus (non vero in Vita II), quique Gregorius IX 25 febr. 1229 Vitam I approbavit (4). Si ergo Celanensis textum Fr. Eliae immutando correxisset, Elias conscius et assentiens fuisse credendus esset omnino. Haec res honori tribuenda foret Fr. Eliae, probatque Eliam nequaquam a limine descriptionem stigmatum 'canonicam', omnibusque numeris absolutam, omniaque continentem in epistola sua vulgare voluisse.

Sive ergo Celanensis dicta Eliae simpliciter magis explicavit, — annuente Fr. Elia, — sive eadem correxit, non tamen novam rem ex epistola exsulantem in eam inserendo, sed et in hoc casu minus clare ob « *quasi* » ancipiter enuntiatam, manifestius exprimendo, nefandi nihil egit Fr. Thomas, nihil Elias, nihilque tot testes oculares « correctionem » huiusmodi innocuam, si revera correctio fuit nec explicatio, concedentes et recipientes. Temere secus egisset, Fr. Thomas, contra Eliam, contra tot testes oculares, contra textum epistolae eius per omnes Ordinis provincias sparsae, fraudem introducendo. Turba stultissimorum, ab ultimo cive Assisiate ad Cardinales usque curiae Romanae, adeo facile deceptorum, quanto risu foretne digna, seu potius quot imprecationibus, quod veritati et sibi adeo ignave sinivissent Fr. Thomam illudere!

---

(1) Hoc iam urgebamus, Bihl, 539, sed Dr. M. de hoc nihil habet.

(2) Sic et Hampe, 392 et Bihl, 540; M. 55. Estque argumentum (in se superfluum) de authenticitate epistolae Fr. Eliae. Cf. p. 417, n. 5.

(3) Alencon., XXVIII. Goetz, *Quellen*, 82 ff.

(4) Prologus Vitae I; Alencon., 3; XXVI seqq.; 152. Goetz, 62 ff. MF VII, 148 sgg.

Iuxta ergo critices severissimae regulas constat verax, fida ac probanda descriptio stigmatum S. Francisci, a Thoma Celanensi in *Vita I* exhibita. Quam subnecto, *collatam* una cum illis, quas Thomas dedit in *Tractatu de Miraculis* et S. Bonaventura in *Legenda Maiore*. Has si inter se contuleris, videbis manifesto ubinam tantisper revera discrepent, vel verius quantum inter se quasi ubique conveniant.

I. De stigmatibus Sancti Francisci vivi.

I Cel. II, c. III, n. 95.

Manus et pedes eius in ipso medio clavis confixae videbantur, clavorum capitibus in interiori parte manuum et superiori pedum apparentibus et eorum acuminibus exsistentibus ex adverso. Erant enim signa illa *rotunda* INTERIUS *in manibus,* EXTERIUS autem *oblonga,* et caruncula quaedam apparebat, quasi summitas clavorum RETORTA *et repercussa,* quae *carnem reliquam excedebat.* Sic et *in pedibus* impressa erant signa clavorum et a carne, reliqua elevata. *Dextrum quoque latus quasi lancea transfixum, cicatrice obducta erat, quod saepe sanguinem emittebat,* ita ut tunica eius cum femoralibus multoties respergerentur sanguine sacro.

Tract. mirac. c. II, n. 4.

Manus et pedes eius in ipso medio clavis confixae videbantur, clavorum capitibus in interiori parte manuum et superiori pedum apparentibus, et eorum acuminibus exsistentibus ex adverso. Erantque clavorum capita *in manibus et pedibus rotunda* ET NIGRA[1], ipsorum vero acumina *oblonga et repercussa,* quae de ipsa carne surgentia *carnem reliquam excedebant. Dextrum quoque latus, quasi lancea transfixum,* rubra *cicatrice obductum erat, quod saepe* cum *sanguinem* emittebat, tunica et femoralia respergebantur.

S. Bonav., Leg. mai. XIII, 3.

Manus enim et pedes in ipso medio clavis confixi videbantur, clavorum capitibus in interiori parte manuum et superiori pedum apparentibus, et eorum acuminibus exsistentibus ex adverso; erantque clavorum capita *in manibus et pedibus rotunda* ET NIGRA, ipsa vero acumina *oblonga,* RETORTA et quasi *repercussa,* quae de ipsa carne surgentia *carnem reliquam excedebant. Dextrum quoque latus quasi lancea transfixum* rubra *cicatrice obductum erat, quod saepe sanguinem* sacrum *effundens,* tunicam et femoralia respergebat.

---

(1) Litterae *obliquae* denotant convenire (quasi) ad verbum tres textus, latius dispositae vero tres vel duos concordare inter se quoad substantiam, imo et quadamtenus quoad formam, dum CAPITALES etc. typi duorum concordantiam vel etiam alterutrius res proprias maioris momenti clarius exprimunt, uti legenti statim patet.

II. De stigmatibus Sancti Francisci mortui.

L. c. c. IX, n. 112.

Resultabat revera in eo forma crucis et passionis Agni immaculati... dum quasi recenter e cruce depositus videretur, *manus et pedes clavis confixos habens*, et DEXTRUM *latus* quasi lancea vulneratum....

L. c. n. 113. Cumque... caro eius candidior esset effecta, cernere mirabile erat *in* medio *manuum et pedum* ipsius *non clavorum* quidem *puncturas sed ipsos clavos ex eius carne* compositos, ferri retenta nigredine, ac DEXTRUM *latus* sanguine *rubricatum*.

L. c., n. 5.

Cernebant beatum corpus Christi stigmatibus decoratum, *in manibus* videlicet *et pedibus non clavorum puncturas*, sed *ipsos clavos ex eius carne* virtute divina mirifice fabrefactos, imo carni eidem innatos, qui dum a parte qualibet premerentur, protinus quasi nervi continui ad partem oppositam resultabant. *Latus* quoque videbatur sanguine *rubricatum*. Vidimus ista etc.

L. c. c. XV, 2.

Cernebantur quidem *in membris illis* felicibus *clavi ex eius carne* virtute divina mirifice fabrefacti (1) sicque carni eidem innati, quod dum a parte qualibet premerentur, protinus quasi nervi continui et duri ad partem oppositam resultabant. Inventa quoque fuit patentius in ipsius corpore non inflicta humanitus neque facta *plaga vulneris lateralis*, instar vulnerati lateris Salvatoris.... Erat autem similitudo clavorum nigra quasi ferrum, vulnus autem lateris *rubeum* ET AD ORBICULARITATEM QUAMDAM CARNIS CONTRACTIONE REDUCTUM ROSA QUAEDAM PULCHERRIMA VIDEBATUR.

Quibus locis ad invicem collatis, patet descriptionem stigmatum Vitae I aliis esse longiorem ac diffusiorem in prima serie, quia stigmata manuum pedumque separatim describit. Tractatus vero ac Leg. Maior, haec contrahunt. Haec duo addunt expressius solummodo clavorum capita fuisse *nigra*, quod Epistolae Eliae apprime concordat, nec novi quid importat. Re sane vera, quamvis clavus a clavo differat in accidentalibus, certam tamen formam specialem habent clavi omnes; unde nec mirum quod Celanensis in Vita I clavos, iam ab Elia nuntiatos, fusius quodammodo descripserit. Patet Celanensem in Tractatu usum esse Vita sua I[a]; S. Bonaventura autem pressius Tractatum

(1) Contra Hampe, 392, hic dicendi modus solummodo miraculum, iam alibi sat expressum clare enuntiat.

sequitur, semel saltem immediate ex Vita I[a] hauriens « acumina *retorta* ».

In serie secunda item brevissimus est Tractatus, huncque accuratius exscripsit S. Bonaventura, semel « clavorum nigra... » iterum ex Vita I hauriens. Tractatus (et ex eo Leg. Maior) addunt: clavos pressos ab uno ad alterum latus resultasse, id quod adeo nemo miretur, qui manum suam tenuem clavosque quoslibet consideret. Quae vero de vulnere laterali S. Bonaventura subnectit (« quamdam, quaedam ») metaphorice dicta esse apparent (1).

Liquet ergo tria illa opera inter se, immo et cum quarto i. e. epistola Eliae accurate et verbotenus collata, nullam habere differentiam essentialem, et nonnisi aliud esse alio explicitius, ex quo, iuxta critices axiomata concludendum hanc narrationem Vitae I (non secus ac illam Eliae atque alias, scil. Tractatus de Mirac. et S. Bonaventurae), quoad totam essentiam, esse veracem atque toto in suo robore permanere, quidquid obiciendo, et commentando cate attulerit Dr. Merkt (2).

Arbitratus est autem A. hypotheses suas confirmari pictura quadam (forsan circa vel ante annum 1250) in Baptisterii Parmensis pariete confecta. Hanc censuit plane concordare eum illis quae Fr. Leo apud Thomam de Eccleston de stigmatizatione testatus est, scilicet dicit Seraph ibi in lapide stantem depingi, nec S. Franciscum habere stigmata (3). Verumtamen, si picturam illam, non con-

---

(1) Contra Hempe, 393, horum dictorum momentum exaggerantem.

(2) Praetendit Dr. M. 57, l. 9 dicta Celanensis in Sequentiis de stigmatibus compositis « essentialiter differre », ab iis, quae in Vita I dixerat, quia canat de plagis apertis (v. 50, 62) et clavos fuisse « intus flavos », quod 'aperte' designaret 'ulcerum crustas sanguinolentas' (?!). — Prima obiectio est vana stropha, quia poëta voces variat et consonantes facit; secunda vero falsa interpretatione nititur, cum poëta, paululum liberius, intulerit, ex rebus ordinarie sic contingentibus, clavos ipsos interius fuisse flavos; (exterius vero nigros eos dicit uti et in Vita I). — Patet Thomam in Sequentia « *Sanctitatis nova signa* », sequi Vitam I. Alencon., 447 s. Vers. 46: *Cicatrices confert isti:* Vers. 49 ss.:

Sacrum corpus consignatur
Manu pede vulneratur,
Dextrum latus perforatur,
Cruentatur sanguine....
V. 57ss. *Patent statim miri clavi,*
Foris nigri, intus flavi,
Pungit dolor, poena gravi
Cruciant aculei.
Cessat artis armatura
In membrorum apertura,
Non impressit hos natura
Non tortura mallei.

(3) Cf. p. 417-8.

tentus illis paucis quae de ea habet cl. Thode (1), spectator examinasset Dr. M., vidisset utique totam imaginem illam apprime concordare cum descriptione stigmatizationis apud Vitam I^m^ Celanensis (2), praesertim admirationem Sancti, perite a pictore ignoto delineatam, et absentiam stigmatum, quae iuxta Vitam I^m^ apparebant postquam Seraph evanuit. Nihil vero lapidis, ne vestigia quidem petrae (3), ibi conspiciuntur. Ob loci angustias pictor Seraph supra caput Sancti pingere omnino non potuit. Figura crucifixi in Seraph, alis undique circumdato, non conspicitur, sive quia alae nimis praeoccupabant et ab aliis impediebant pictorem non peritissimum, sive quia hunc Seraph quantum fieri potuit, alteri Seraph ex alia parte arcosolii conformare voluit. Hic enim depictus est penitus iuxta Ezechiel. I, 1-15. — Addimus e converso opinionem communem, quam frustra aggressus est Dr. M., egregie confirmari duabus picturis quae Lemovici in Gallia (4) paulo post an. 1228 factae sunt (5), quaeque nunc Lutetiae Parisiorum adservantur. In istis, Seraph supra nubes iam redeunte et abeunte, in S. Francisco extensis brachiis subtus stante, stigmata iam apparent. Quod artifici isti, aliisque satis fuit ac esse debuit stigmata i. e. clavorum capita punctis nigris designare, miri nil habet.

Cur autem criticus noster, modo emunctae naris et in fontes animosissimus, modo vero liberior, non criticae obiectivae sed penitus subiectivae deditus, totis viribus atque nisibus operam indefessam hic desudando dederit — sed utique incassum — ipse, scientiae purae empiricae et positivae clamitatae assecla, candide sic fatetur [58]: « Re ipsa patet, formam stigmatum [S. Francisci] a Celanensi in Tractatu de Miraculis atque a Bonaventura indicatam explicationi ipsorum naturali [i. e. naturalisticae] scil. sive quod S. Franciscus sibi ipsi stigmata intulerit, sive quod autosuggestione aut aliis medicae artis analogis ea orta fuerint, impedimenta non superanda obicere, immo cuicumque eiusmodi conatui a priori omnem spem adimere ». Item confitetur « clavos et acumina retorta, non posse iuxta scientiae

(1) *Franz von Assisi und die Anfänge der Kunst der Renaissance in Italien,* Berlin 1904, ed. II, 75, 147, gallice vertit, G. Lefèvre, I, Paris 1909, 84, 160 s. (2) I Cel. II, c. III. 94-5; supra p. 410 ss.

(3) Cf. etiam photographiam ex officina M. Pisseri Parmae.

(4) H. Matrod, *Les stigmates de S. François, leur plus ancienne représentation connue,* Paris 1906, 24 pp. cum duabus photogr. (Ex *Action franciscaine,* Paris 1906), ital. versa ap. MF X, 8-16. (5) Matrod, 19 ss.

normas » [58] explicari (1), statimque acrius in Th. Cotelle (2) atque L. Le Monnier (3) invehit, quod Celanensis et S. Bonaventurae locos, clavos aliaque asserentes pro basi adhibuerint in discussione, incusans eos, quod, « principia critices historicae inique transgressi sint ». Qui vero criminis huius iniqui reapse summe reus sit, tu, lector aeque, iudicato; immo iam sponte iudicasti. Qua ergo fronte toties historicae critices purae et rigidae normas iactat Doctor novellus, praeiudicatasque opiniones omnibus, (se suaeque sectae positivistae asseclis solis exceptis), obicit, dum tota sua dissertatio isto opinamento 'philosophico' nitatur adeo, ut facta manifesta certaque in dubium vocare, negare, cavillandoque tollere omni studio contendat, textus modo acriter premens, modo nec limpidis verbis expressa concedens, ut ad supradictam tandem conclusionem deducat dissertationis subtilis, sed solummodo specietenus criticae, cursum atque summam.

Nonnisi commentarii ergo paucis memoro eas quas in Capite VI [61-8] exponit Auctor hypotheses, postquam nimirum a limine miraculum exclusit [61]. Si critici positivistae vel parum hoc interest, consulere poterit apologetas catholicos, loci enim huius non est hac de re disputationem texere. Quae vero hic ad rem nostram e fontibus allegat, iam prius refellimus abunde. — Tres saltem, duce K. Hampe (4), dicit esse hypotheses [61], quibus stigmata explicari possent; intellige secundum scholae suae placita. Sunt istae: I) Discipuli Sanctum intuentes extenuatum etc. in 'mortis nocte tristi et atra', confusi et excitati stigmata erronee [et stolide] se videre cavillati essent (5)! — II) Sanctus ipse in ecstasi, sive sui compos sive impos, sibi stigmata inflixisset [62]. Si sui compos, non cogitavit suos discipulos, fraudis plenos, vanae gloriae causa ea pro veris praedicaturos esse; sin autem mentis impos erat, postea potuit « hallucinationem suam (!) optima fide credere rem veram ». Dum primam hypothesim uti phantasti-

---

(1) Idem concessit G. Dumas, *La stigmatisation chez les mystiques chrétiens*, *Revue des Deux Mondes*, sér. V, t. XXIX, 1907, 196-228, etiam ipse naturalistice stigmata explicare studens.

(2) *St. François d'Assise. Étude médicale,* Paris 1895, 117 ss.

(3) Le Monnier, *Les stigmates de S. François*, ap. *Etudes*, Paris 1907, t. CXII, 737-50; separatim, ibid. 1907, p. 7 s.

(4) Hampe, 401. Quae iste ac Dr. M. 61, de cadaveris brachiis extensis dicunt, nusquam fontium confirmari queunt.

(5) Quasi non constet ea iam diu antea extitisse. Cf. 416 ss.

cam reicit [62], hanc secundam « omnino considerandam » clamat [63] (1). — Magis vero inclinat in hypothesim III, repetentem stigmata (quae iuxta ipsum: sola puncta etc. fuissent) ex autosuggestione S. Francisci passionem Christi intensissime contemplantis. Quae stigmatum forma pro lubito et contra historiae testimonia supposita, supra est evicta ac confutata.

Post S. Franciscum plures fuisse ss. stigmatibus insignitos nemo non novit (2). Sed contra Doctoris Merkt conamina inania, quamvis audacissima, quae non solum patentia aggredi, sed etiam usque in abditissimas quasque latebras consulto persequi voluimus, S. Franciscus seriei illius illustrissimae ac inclytae vere stigmatizatorum primus remanet antesignanus, neque aureola qua stigmata S. Franciscum circumdederunt fulgida evanuit [68], sed eo tutior nitidiorque splendet, quo certius probata exstitit historiae sincerae testimoniis fidis atque inconcussis.

Ad Claras Aquas.

P. Michael Bihl, O. F. M.

(1) P. 63-5, praeter iam confutata in favorem huius fabricae vanae vane adducit (64) versus Sequentiae Thomae de Celano: *Fregit victor: Dic, Francisce, quid fecisti* || *Contemplando plagas Christi?* etc., quae ex contextu patent, cum sit Sequentia alternatim ex interrogationibus et responsis consistens, Alencon., 450; [Cf. *Cantus varii,* 234-9], falsoque dicit I Cel. I, c. XV, n. 40 narrare « *mutilationes* » Fratrum Min. etc. — Addimus vero tantum fallaciarum, fraudumque cumulum in Sancto eiusque Discipulis, coaevisque aliis esse *probandum* non supponendum. — P. 68 maledice scribit: « E tempore quo stigmata in S. Francisco apparuere, religio ipsius genuina et pura in morbum degeneravit, Sanctusque inter homines hystericos erat computandus ».

(2) Allegat A(rvède) Barine, *S. François d'Assise,* ap. *Revue des Deux Mondes,* 1891 [*addo:* vol. CV], 756-94, quae [non *qui,* uti vult M.], 491 dicit ob repetita stigmata ea facta fuisse minoris momenti. Addimus ista esse repetita ap. A. Barine, *S. François d'Assise et la Légende des Trois Compagnons,* Paris 1908, V^e^ édit. 108.

THE WRITINGS OF ST. CLARE OF ASSISI.[a]

In view of the wide-spread interest in early Franciscan history which has been such a marked feature of recent literature, it seems somewhat strange that so little, comparatively speaking, has been written of late years about the life of St. Clare and the beginnings of her Order. No biography of the Saint as yet exists in any language which fulfils the requirements of modern criticism (1): indeed, if we except the casual references to her in the many modern works on St. Francis, the life-story of St. Clare has been apparently neglected by present-day writers on things Franciscan. That a subject so interesting in itself and so important in its bearing upon the study of the Franciscan movement as a whole, should have failed of its due meed of attention, is surely a matter of surprise. Yet the reason is ready to hand. It cannot be concealed that the personality of St. Clare is almost as elusive as it is winsome (2). Not much is known about her life and, of the meagre material at our disposal dealing directly with it, some part, at least, is open to suspicion. While it is easy enough to draw an outline of the history of St. Clare, a detailed study of the subject is fraught with no small difficulty owing to

(a) SUMMARIUM: *De scriptis s. Clarae.* Agitur: A) de s. Clarae epistolis, datis B. *Agneti de Bohemia,* cf. *Acta SS.* mart., I, 505-7: scil. de epist. I: *Inclytae et Ven.*, incip. *Famam sanctae,* scripta, ut videtur, ante 30 aug. 1234, de epist. II: *Filiae regis regum,* incip. *Gratias ego,* scripta c. 1235; de epist. III: *In Christo J.,* incip. *De valetudine,* c. 1238; de epist. IV, *Dimidio animae meae,* inc. *O mater,* c. 1250; B) tractatur de epistola data ad Sororem Ermentrudem in Flandria, *Annal. Min.*, suppl., 1257, n. 20. Tunc agit C) de *Regula* S. Clarae, approbata ab Innocentio IV, 1253, aug. 9, demum D) de eius *testamento,* cuius authenticitas defenditur, ob notas internas S. Clarae apprime convenientes, et cum regula 1253 concordantiam.

[NOTA DIRECTIONIS].

(1) The critical biography of St. Clare which Mr. Ernest Gilliat-Smith has had for some time in hand, will doubtless go far to supply this desideratum.

(2) See on this point « *The Personality of Clare of Assisi* » by the late Sir Home Gordon, Bart., in the *Oxford and Cambridge Review,* London, Constable, No. 5, 1908, (Michaelmas Term), p. 28-42. Cf. AFH II, 681.

this dearth of contemporary documents that can be relied upon. In point of fact, it may be said that the Sources of the History of St. Clare are scanty in proportion as they are plentiful in the case of St. Francis.

That all the early documents relating to S. Clare have not come down to us, in well known to students of Franciscan Sources. Some were destroyed; others have disappeared. We are not concerned here with these missing documents but solely with the extant Sources of our information as to St. Clare. What, then, are the documents from which our knowledge of her life is chiefly derived? The Sources, properly so called, of the history of St. Clare are few and easily classified. They comprise: I. *The Saint's own writings*. II. *Some Pontifical Documents* bearing on her life. III. *A contemporary Legend or biography* written soon after her death.

The *Writings* of St. Clare will be dealt with in the present article. Later I hope to return, in these pages, to the two other Sources of her history.

It has been said that a man's writings are a reflection of his personality, and of the Saints it is no less true than of other mortals, that we gain from their own written words, when such exist, a clearer conception of their character and a fuller understanding of their spirit than any biography written by another can give us. Premising this, it is much to be regretted that we possess very few of St. Clare's writings, so few, in fact, that they hardly seem to warrant her the place she has been accorded by Wadding among the *Scriptores* of the Minorite Order (1). But then we are far, I suppose, from possessing any thing like all the writings of the Saint. Indeed it seem safe to affirm that the few fragments of them preserved to us, represent but a small part of what the Saint actually wrote. It will be convenient to consider the Writings of St. Clare under three heads — her *Letters*, her *Rule* and her *Testament*.

I.

First of all as to her letters, St. Clare's known correspondents included St. Francis, Gregory IX, both before and after his accession to the Papal throne, her own sister

(1) See Wadding, *Scriptores Ord. FF. Min.*, Rome 1650, 91; edit. II, ibid. 1806, 62; ed. III, ibid. 1906, 64.

St. Agnes of Assisi, another Agnes, Princess of Bohemia, and a Sister Ermentrude of Bruges. We know something of the letters addressed to St. Clare by St. Francis (1) and we have have copies of two epistles written to her by Gregory IX (2) and of one from her sister Agnes (3), but Clare's replies to these missives are lacking. On the other hand, the text of four letters of St. Clare to the Blessed Agnes of Bohemia and of one to Sister Ermentrude, sent in answer to different communications from them, have been handed down to us, though we are left to guess at the tenor of the communications which called them forth.

The Princess Agnes of Bohemia, was the first of a long line of royal women to join the order of St. Clare. She was a daughter of Ottocar I, King of Bohemia and had been bethrothed to Frederick II, but on hearing the story of St. Clare, she declined to marry the Emperor, in order that she might found and enter a monastery of the new order in Prague (4). Thenceforth Agnes seems to have been in constant relation with the abbess of S. Damiano. It would be interesting to learn what became of the original autograph letters of St. Clare to this Princess, but history is silent as to their fate. We know that Agnes, after Clare's cannonization, caused the « Pater Noster » and some other gifts the Saint had sent her, to be ensconced in costly reliquaries (5), and ordained that they be kept in the monastery with the utmost care throughout the ages.

These gifts were still cherished there as heirlooms a century later, when Bartholomew of Pisa was compiling his « Book of Conformities » (6) but he makes no mention of Clare's letters to Agnes. Perhaps the waters of Lethe had already closed over them. Be that as it may, we are without any clue to the origin of the copies of these letters

(1) See *Speculum Perf.* ed. P. Sabatier, Paris 1898, p. 215; also 181, n. 2. « Plura scripta nobis tradidit » says Clare in the Testament ascribed to her (see *Seraphicae Legislationis Textus Origin.*, Quaracchi 1897, 276) a phrase which Mark of Lisbon has rendered by « molte lettere » Lisbona, *Croniche degli ordini di S. Francesco,* vers. Diola, ed. Venet. 1585, lib. 8, p. 214.

(2) The text of these letters is given by Wadding, *Annales Ord. Min.,* ad ann. 1221 n. XX and 1251 n. XVII.

(3) See *Analecta Franciscana,* (AF) III, 175.

(4) For her life see *Acta SS.* Mart., I, 508-12; cf. Prileszky, *Acta SS. Ungariae,* I, Tyrnaviae 1743, 133-49; app. 27-9. Glaubrecht, *Die sel. Königstochter Agnes von Böhmen,* Regensburg 1874.

(5) See AF III, 183, n. 7.

(6) *Lib. Conformit.*, AF IV, 358.

that have come down to us. It would not be surprising, however, in view of what we know of the Clares' praiseworthy custom of transcribing all their documents, if some industrious disciple of the Blessed Agnes had copied them before the Poor Ladies left Prague (1) and thus preserved them to posterity. The elder Locatelli in his biography of St. Clare (2) speaks of St. Clare's letters to Blessed Agnes as existing in some manuscripts at Prague — a reference which is just vague enough to be practically worthless. In vain I have tried to trace up any such manuscripts (3). However, at least one of these letters, is found in a late fifteenth century codex at Ala in the Tyrol (4).

According to Sbaralea (5) the letters of St. Clare were published at Alcalá in 1508 under the auspices of Cardinal Ximenes along with the writings of other saints, and he cites Wadding as authority for this assertion. But the great Annalist makes no mention whatever of Clare's letters in this connection. He simply states that her Rule was printed by order of Ximenes together with the letters of St. Catherine of Siena, the writings of Blessed Angela of Foligno and several like works (6), and the accuracy of this statement is confirmed by Gomez, Hefele (7) and others who have treated of the literary labors of the Spanish Cardinal. In point of fact, St. Clare's letters to the Bohemian Princess appear to have been edited for the first time in the *Acta Sanctorum* in conjunction with the Life of Blessed Agnes (8). It is a pity that the Bollandists did not indicate the source whence they drew these letters, since Ireneo Affò, the eighteenth century biographer of Elias, raised some

(1) They were expelled by the Hussites about the year 1420 and the greater part of their monastery was then destroyed. Under Ferdinand II the Clares returned to Prague, but in 1627 all of them died of the pest. They were replaced, however, some years later by other Clares of a different foundation. This is a typical example of the vicissitudes of the Poor Ladies, and one which goes far to account for the disappearance of so many of their early documents.

(2) *Vita di S. Chiara*, Assisi 1854, 174.

(3) I am indebted to the Provincial of the Friars Minor in Bohemia for his kind assistance in this regard.

(4) This codex P. 37. F. is described in the AF III, p. XVI; the letter itself is incorporated in the *Chron. 24 Gen.*, AF III, 183 n. 7.

(5) *Suppl. ad Script O. M.*, ed. I, Romae 1806, 195; ed. II, 1908, 209.

(6) *Annales* ad. an. 1502 n. XXI.

(7) *Der Kard. Ximenes* [2], Tübingen 1851, 148.

(8) See *Acta SS.* Martii, I, 505-507.

objections against their authenticity (1). We need not, however, take such objections too seriously. The letters in question are undoubtedly genuine, as P. Van Ortroy also affirms (2), and we may well be grateful that they have escaped the ravages of time. These letters possess an interest above the purely historical — the interest called human, for St. Clare has put into them something of her own strong, yet tender personality. Incidentally they bear witness to the readiness with which the Saint wrote.

Although the letters to the Princess Agnes are one and all without date, yet we are enabled with the help of other documents, to fix approximately the time when they were written. Indeed there is good reason to believe, that the order in which these letters are given by the Bollandists (3), represents their proper chronological sequence (4). Thus we learn from the Bull *Sincerum animi*, which Gregory IX addressed to her on August 30, 1234, that the Blessed Agnes had already entered the Order of St. Clare (5), and if we may judge from its context, St. Clare's first letter to this Princess which is directed thus: *Inclytae et Venerabili Virgini Agneti, Filiae praepotentis semperque invicti Bohemiae Regis etc.* was written prior to that event. This letter which commends Agnes for having exchanged an earthly spouse for the Heavenly one, appears moreover, to have been brought to Prague by the nuns from S. Damiano, whom Clare sent to establish the new foundation there (6).

The second letter in this series begins thus; « *Filiae Regis Regum — Sponsae dignissimae Jesu Christi — Salutem et semper vivere in magna paupertate* » and this greeting affords a resumé of its contents. As to its date, it seems to belong to 1235 or about that year (7). In any avent, since it refers to Elias as Minister General it should antedate his deposition from that office which took place, as we

---

(1) See his *Risposta dell'autore della vita di fr. Elia, Ministro generale de' Minori, stampata in Parma nel 1788 alla lettera dell' anonimo Pisano pubblicata in Pisa quest'anno 1798*, pp. 21 ff. (S. l. & an.).

(2) AB XXII, 360.

(3) See *Acta SS.* l. c.

(4) See Lempp, *Fr. Elie de Cortone*, Paris 1901, p. 110.

(5) See BF I, 134 n. e.

(6) The text of this letter given by the Bollandists, l. c. p. 505, should be compared with that found in the *Chron. 24 Gen.*, which seems to be a more correct reproduction of it. AF III, 183, n. 7.

(7) See Lempp, l. c. and Goffin, *La Vie et Legende de Madame Saincte Claire*, Paris 1907, 23.

know, in 1239. « Curre in ea perfectione », writes Clare, « ad quam te vocavit Spiritus Dei, ut in ea reddas vota tua Altissimo, et securius ambules viam mandatorum Dei, sequarisque consilia Reverendi Patris nostri, Fratris Eliae, Ministri Generalis totius ordinis, eaque super omnia consilia alia tibi sequenda propone, et pretiosiora aestima super omne aliud donum (1) ». The terms in which the saint here speaks of the ambitious and inscrutable minister general, have proved somewhat perplexing to certain writers (2) and, of a truth, the ideals and practice of St. Clare as regards Poverty were so far removed from those of Elias — as the trend of the present letters is in itself sufficient to show — that the passage in question is difficult to explain away, whether or not we infer from it, that the Poor Ladies were still without any definitive rule when St. Clare wrote this counsel to the Bohemian Princess. Yet we find something similar in the letter to Clare from her own sister St. Agnes (3) and for the rest, strange as it may seem, Elias appears to have retained the confidence of both these saints (4). As regards the expression « Ministri generalis totius ordinis » employed by Clare and which some have taken exception to as savoring of a fifteenth century document, it need only be said that this title — unless, of course, we wish to read into it the meaning it acquired subsequent to the division of the Friars Minor into different and distinct families — far from militating against the early origin and authenticity of the letter containing it, is entirely in its favor, in so much as it echeos the close relations between the Minorite « brethren and sistren » at the outset which St. Clare had nothing more at heart than to perpetuate (5). And the fact that the

(1) *Acta SS.* l. c. p. 507.

(2) « How Clara reconciled her strict observance with her evident high respect for Elias is a question worth investigation » writes Miss Macdonell, *Sons of Francis*, London 1902, 416; see also ***Histoire abrégée** de l'Ordre de Sainte Claire*, Lyon 1906, I, 360-361.

(3) « Precor, ut rogetis fratrem Eliam », she writes, « quod debeat me saepius visitare et in Domino consolari ». See Wadding, ***Annales***, ad an. 1221 n. XIX. This letter is also incorporated with the legend of St. Agnes in several early manuscripts of the ***Chron. 24 Gen.***, AF III, 181. It was written early in 1230 according to Lempp, l. c., 109, who notes that Elias is referred to simply as « Brother ».

(4) See *Catholic Encyclopedia*, V, New York [1909] s. v. Elias, p. 384.

(5) See *Regula Sanctae Clarae* in *Seraphicae Legislationis Textus Originales*, Quaracchi 1897, cap. 12, n. 5, p. 74.

Poor Ladies were still under the governance of the Minister General when St. Clare wrote (1), would justify her in speaking of them as forming part of the « whole order » and as being under the same « Father » as the Friars.

« *In Christo Jesu mihi prae omnibus aliis honorandae Virgini, et prae omnibus mortalibus dilectae* » are the opening words of St. Clare's third epistle to the Princess Agnes, which is in the nature of a reply to certain doubts the latter had raised concerning the fasts prescribed by the Rule. The light this letter tends to throw upon the observances then in vogue at S. Damiano, invests it with an additional interest. « Ea ego dilectioni tuae », writes Clare, « prout S. Pater noster Franciscus ea nos celebrare singulariter admonuit, tibi transcribo » — and so she does. But when the Princess Agnes in 1237-1238 sent to Gregory for confirmation the statutes which in accordance, as it would seem, with Clare's counsels, she had drawn up for the guidance of her monastery at Prague, the Pope withheld his sanction, because these statutes were at variance with the practices approved in the Rule he had himself given to the Poor Ladies and which he declares (2) was still « laudably observed » by Clare and her sisters — an assertion in which the wish may well have been « father of the thought ». In point of fact, it is by no means evident that the Rule composed for the Clares by Gregory IX was ever put into practice at S. Damiano and there are good grounds for believing that up to the time referred to here, Clare and her companions had not deviated from the « *formula vitae* » written for them by St. Francis in or about 1212 (3).

The fourth and last of St. Clare's letters to the Princess Agnes evidently belongs to a later period of her life than the other three and was elicited, presumably by a plaint from her faithful correspondent at Prague because of the Saint's prolonged silence. At all events, Clare commences by apologizing for not having written to Agnes oftener, pleading in extenuation of her infrequent missives, the lack of messengers and the dangers of the road — a suggestive reminder that in those days it was a far cry from the banks of the Moldau to those of the Chiagio. The epithets applied

(1) The government of the Clares was given up in a certain way at the Chapter General of Pisa in 1263.

(2) See the Bull *Angelis Gaudium* of 11 May 1238, in *Bullar. Franc.*, I. p. 343.

(3) *Opuscula S. P. Francisci*, Quaracchi 1904, 75.

to Agnes in the superscription — « *Dimidio animae meae, et praecordialis amoris adyto singulari* », etc., — are more endearing and laudatory than usual and the letter abounds in « ascensiones cordis ». The closing words of farewell, in which Clare gives Agnes a rendez-vous at the throne of God, make one feel as if the Seraphic Mother knew that her death was nigh and that this was to be her last earthly communication with the royal abbess beyond the Alps. The friars who conveyed Clare's letter to Bohemia, Amatus and Bonagura by name, are warmly commended to Agnes (1), but save for this witness to their worth, these good brothers are unknown to fame.

In addition to Clare's four letters to the Blessed Agnes, bequeathed to us by the Bollandists, we are indebted to the *Annales Minorum* for the text of yet a fifth letter of the Saint. It is addressed to « *Ermentrudi Sorori carissimae* (2) ». Who was this Ermentrude? Beyond the engaging account of her given by the Annalist in connection with this letter, very little is known concerning this second correspondent of St. Clare's. She founded, we are told, several monasteries of the Poor Ladies at Bruges in Flanders, and having written to S. Damiano for directions, received the reply which the continuator of Wadding has published. In it Clare congratulates her « dearest sister » on the step she had taken in leaving the world and encourages her to perseverance. Although it may be said to contain an epitome of Clare's counsels of perfection, her letter to Ermentrude hardly reflects the personality of the Saint as clearly as do those to Princess Agnes. But since this fifth letter found its way into the *Annales* from a manuscript in the monastery at Bruges, its credentials are not less reliable than those of the other four.

II.

So much for the letters of St. Clare. We may now pass on to consider briefly the definitive *Rule of her Order* in so far as

(1) « Nuntios hos a nobis missos fratres nostros dilectissimos, Fratrem Amatum dilectum Deo et hominibus, et Fratrem Bonaguram dilectioni tuae quam maxime possum, commendo » *Acta SS.*, l. c., 507.

(2) See *Annales*, ad an 1257; *Supplementum* P. Antonii Melissani de Macro, ad h. an. n. XX, t. IV, p. 80-81 This letter has been translated by Locatelli, l. c., p. 184, L. de Chérancé, *Sainte Claire d'Assise*, Paris [1901], p. 170 and by other biographers of the Saint.

that document may be deemed the handiwork of the Saint. Until lately it has been customary to look on his Rule of 1253 as the composition of St. Francis. Wadding is, of course, responsible for this belief, to the extent that, following the lead of Mariano of Florence, he included it among the *Opuscula* of the Seraphic Pariarch (1). And the various vernacular versions of these writings based on Wadding's edition of them have served to keep it alive. Recent research, however, has made it clear that St. Francis can no longer in any wise be regarded as its author (2). But this conclusion, as Mr. Carmichael rightly remarks, is only to the honour and glory of St. Clare herself (3). For no one who carefully examines the Rule of St. Clare, as it is contained in the Bull *Solet annuere* of Innocent IV (4), can doubt that the abbess of S. Damiano had a share in its compilation. Her hand is noticeable more especially in those passages, where the impersonal style of the legislator in dropped as, for example, where she refers to herself as the « little flower of St. Francis » or tells of St. Francis's solicitude for herself and her early companions, or pleads « for the love of God and the Blessed Francis » that the services of a chaplain with one companion and two lay brothers may always be granted to the sisters to assist them in their poverty (5) ». Moreover it is surely to St. Clare herself that we owe the incorporation in the sixth chapter of this Rule of the *formula vitae* which St. Francis gave her when she was installed at S. Damiano and of the *ultima voluntas* he wrote for his spiritual daughters there (6); and if these precious fragments of Francis's writings have been preserved to us through the broken ways of Franciscan history, it is doubtless due to their insertion here. The observances which had gradually grown up at S. Damiano round about this primitive *forma vivendi*, taken in conjun-

(1) *B. P. Francisci Assisiatis opuscula,* Antverpiae 1623, l. II, 190-202, see also *Scriptores,* ed. III, 78.

(2) See e. g., *Opuscula S. P. Francisci,* Quaracchi 1904, p. IX.

(3) Montgomery Carmichael, « *The Writings of St. Francis* » in the *Month,* Jan. 1904, 160.

(4) See BF I, 671 ff. Eubel, *Bull. Franc. Epitome,* Quaracchi 1908, 251 ff.

(5) See *Regula S. Clarae,* cap. I, cap. VI and cap. XII in BF I, l. c., Eubel, l. c. or in *Seraph. Legisl.,* cit. p. 51 ff.

(6) See *Regula S. Clarae,* cit. cap. VI. *Opuscula,* 75. The text of this chapter has been completely changed in many editions of the Rule as Sabatier notes, *Vie de S. François,* 18. ed., p. 170, n. 2, these precious fragments of St. Francis's writing disappearing altogether.

DE MEDIOLANO ORDINIS MINORUM, che non è il Carcano, e lui pure di là scrive ai 18 Ottobre alla duchessa Bianca Maria Sforza. Ve lo troviamo nel 1468, e di bel nuovo le scrive ai 21 Maggio, firmandosi AD DEUM ORATOR FRATER MICHAËL DE MEDIOLANO ORD. MIN. AC DIVINI VERBI PREDICATOR IMMERITUS ». Aggiunge il Motta, che l'Argelati riferì alcune notizie per la biografia del Carcano, che potrebbe anche essere per la medesima ragione dell'omonimia da non attribuirglisi, e specifica il discorso del Capitolo Generale del 1464, e la lettera del Card. Piccolomini del 16 Gennaio 1472 al P. Michele da Milano per raccomandarlo al duca Sforza per la restituzione di due castelli. Il Carcano, così argomenta il Motta, lui stesso esule dal ducato ed in disgrazia dello Sforza, come poteva mai servire di mediatore per altri? (1). E nelle *Aggiunte* afferma: « Per i medesimi [documenti] rimane accertata l'esistenza di due differenti predicatori Michele da Milano, e non regge il dubbio del Tiraboschi (2) citato dal Calvi, che i due pretesi individui non formassero che un solo e identico personaggio (3) ». Come si vede, il principale argomento per il Motta sono i documenti, i quali ora ci danno il nome di Michele Carcano ora quello di Michele da Milano. Ma tutto questo si riferisce senza dubbio ad una sola persona. Difatti, istituendo una rigorosa analisi sul contenuto, sullo stile, sulle relazioni che ha il B. Michele coi duchi di Milano, e di più confrontando questi documenti con le determinazioni dei varii Comuni, dove il B. Michele ebbe parte nelle fondazioni di opere di beneficenza, veniamo alla naturale conseguenza, che il B. Michele Carcano non è altro che il B. Michele da Milano, apostolo insigne, che percorre l'Italia disseminando la parola di Dio, combattendo l'usura, sollevando gli oppressi, erigendo ospedali, dando opera alla fondazione dei Monti di Pietà, e lasciando dovunque un solco luminoso della sua grande attività.

Del resto un documento ancora *inedito* scioglie da solo la questione. È una lettera del Carcano alla duchessa Bianca Maria, scritta da Mantova il 22 Novembre 1459, nella quale si sottoscrive: *servulus Michael de Mediolano ordinis minorum alias de Carchano* (4). Tra i documenti è da notare, che ordinariamente le lettere del B. Michele dirette ai duchi o alle duchesse portano la firma « *Michaele de Carcano* »: così le lettere dei duchi che riguardano il Carcano (5). Le dedeterminazioni dei Comuni per i Monti di Pietà di Perugia e di Padova, gli scrittori contemporanei che ci tramandarono la predicazione della Crociata a Venezia, la fondazione dell'ospedale di Piacenza e la predicazione ad Aquila, lo nominano semplicemente « *Michele da Milano* », come pure il Glassberger, Roberto da Lecce, Tommaso da Ravenna, il Tritemio, il B. Marco da Montegallo, Filippo da Bergamo, il Card. Piccolomini, il P. Francesco da Feltre, Pietro Brebbia, Raf-

(1) Ivi, 7-8. (2) Op. cit. VI, 1669. (3) Ivi, 29.
(4) Archivio di Stato di Milano — Cartella Santi e Beati — Autografo.
(5) Cfr. Motta, l. c., ed i documenti ancora inediti che publichiamo.

faello Maffei da Volterra (1). Gli scrittori contemporanei milanesi invece, come il Busti, il Gilini, il Corio ed il P. Cristoforo Piccinelli da Varese nella raccomandazione al duca Galeazzo (2) aggiungono il casato, come parimenti il comasco Benedetto Giovio (3). Il discorso tenuto dal B. Michele nel capitolo generale nel 1464, non è di un secondo P. Michele, ma è del medesimo P. Carcano; l'omissione del casato negli atti ufficiali del capitolo è richiamato dall' uso vigente nell' Osservanza di nominare i religiosi non dal casato, ma dal luogo di nascita. Il Card. Piccolomini nella lettera al P. Michele da Milano segue questo uso, ed il contenuto della lettera allude certamente al celebre oratore Michele Carcano. Il Motta osserva, che non poteva il Card. Piccolomini raccomandarsi al Carcano, allora in disgrazia col duca. Ma lo sapeva il Cardinale? Certamente era all' oscuro, poichè dice nella sua lettera: « *Nescio quale tibi cum eo commercium sit* (4) ».

Dunque è certo, che i due religiosi del medesimo nome, dell'istessa patria, della medesima religione, della medesima Provincia monastica, vissuti nel medesimo tempo, che hanno scritte le stesse opere, che furono celebrati per distintissimi oratori, ai quali vengono attribuite le stesse opere egregie, contraddistinti per fama di Santità, fulgenti per miracoli, e venerati come beati, non sono che una sola storica persona, che viene sotto il nome di « *Beato Michele Carcano da Milano* ».

III. — **Casato e luogo di nascita del B. Michele Carcano da Milano.**

Varii documenti editi ed inediti ci assicurano, che il B. Michele appartiene all' illustre casato *Carcano* di Milano. Lo stesso Beato si firma *servus frater Michael de carcano de Mediolano* (5), e alle volte: *servus et orator frater Michael de Carchano* (6). Le lettere a lui indirizzate portano il titolo: *Fratri Michaeli de Carchano Mediolanensi... magno divini verbi preconi* (7), e qualche volta: *domino fratri Michaeli de Carcano* senza l' aggiunto della patria (8), ovvero: *Fratri Michaeli de Mediolano* senza l' aggiunto del casato (9). Che sia veramente della nobile famiglia Carcano, lo attesta Benedetto Giovio nel suo poema: *De patriis fontibus* (10) con questo verso:

> « Testatur Michael Insubri sanguine cretus
> *Carchanus....* ».

Più esplicita e decisiva è la testimonianza del Duca Galeazzo Maria Sforza nella lettera del 21 Febbraio 1467 a Pietro de' Medici, nella quale

(1) Op. citate.
(2) Op. cit. Per la lettera del Piccinelli, cfr. Motta, op. cit. 21.
(3) Op. cit. (4) L. c.
(5) Motta, 10. (6) Idem, 18, 20.
(7) Idem, 10, 25. (8) Idem, 8, 19. (9) Idem, 24.
(10) Op. cit. Queste prove sono così evidenti, che tolgono di mezzo le osservaz. di Gius. M. Stampa, cf. *Ann.* Deca III, 557-558, n. 118.

dice: « *come potiti estimare fratre Michele da Carchano millanese..... è a nuy gratissimo si per essere lui de questa nostra patria et de nobile casa* » (1).

Secondo le indagini di Felice Calvi (2), i Carcano provengono da Carcano, terra della Martesana (piano d'Erba), antico feudo dell'arcivescovo di Milano. Questo casato, vassallo dell'Arcivescovo di Milano, risuona negli Annali Milanesi avanti il mille, e da essi uscirono illustri personaggi, fra i quali il Calvi nomina il nostro Beato. Il suo nonno si chiamava Tommaso, compreso già fra i 300 cittadini patrizi del Consiglio Generale, eletto il 22 Luglio 1388 per la Parrocchia di S. Tommaso in Terramara in Porta Comacina (3). Nel 1390-1403 è noverato fra i cittadini milanesi a cui spetta l'amministrazione della fabbrica del Duomo... è fra gli egregi militi, che sottoscrivono l'atto di fedeltà del Comune e del popolo di Milano all'Illmo Principe ed Ecclmo Sig. Giovanni Maria Visconti, Duca di Milano (4), e nel 1403 è consigliere ducale (5). Il padre del nostro Beato è il celebre Donato Carcano (6), ricordato negli Annali Milanesi come capitano e difensore della libertà durante la effimera repubblica ambrosiana, organizzata in fretta e furia alla morte di Filippo Maria, ultimo Duca di Milano della casa Visconti, avvenuta il 13 Agosto 1447. Appartenendo al Consiglio Generale nel Marzo 1448, fu scelto a quello scabroso ufficio insieme con Antonio da Sesto (7) ed altri illustri personaggi. Donato ebbe per moglie Cremondina di Giovanni Besozzi, dalla quale ebbe tre figli; Michele, Marco ed Antonio (8).

Il risultato delle indagini storiche del Calvi e dell'Argelati ci assicurano, che i parenti e gli antenati del B. Michele dal castello Carcano si trasferirono a Milano, dove esercitavano una grande potenza (9), e questo fatto coi documenti già accennati confermerebbero,

(1) Motta, 11. (2) Op. cit., *Carcano*, cf. anche Tavola III, *Carcano, Signori di Brignano.* (3) Calvi, ivi.

(4) Istrumento nelle abbreviature di Giovannolo da Besozzo figlio del q. Savioli, porta la data 14 Dic. 1402.

(5) Vedi *doc. dipl.* publ. dall'Osio, t. CIII p. 1004.

(6) Donato era figlio di Tommaso Carcano, come risulta dall'Istrum. rog. « *per Petrolum de Mauris anno 1427 die 8 Sept. in quo enunciatur D. Donatus de Carcano filius q. D. Thomasii habitans in loco Lomatii Plebis Aplani Ducatus Mediol. signat C.* »; cfr. *Famiglie nobili di Milano*, famiglia Carcano, 1649, atto di comparizione di Alessandro Carcano, che opta di essere noverato tra i nobili. (7) Argelati, I. pars I, an. MCCCCXCV. (8) Calvi, cit.

(9) Cfr. Francesco Porro. *Historia di Nobili e Plebee famiglie*, MS. del 1768 nell'Arch. di Stato di Milano. Il Porro encomia con questi versi il casato Carcano:

« I Carcano son gente di Brianza
« Che nella gran Milan presero stanza
« Furo distinti in toga ed anco in spada
« Ad onor dell'Insubria contrada
« Un garganello portan per insegna
« Con una scure di potenza degna ».

Alcuni discendenti dai Carcano noverano tra gli illustri personaggi del loro casato anche il B. Pietro Carcano [detto d'Arcagnano] Martire O. F. M.; cfr. *famiglia Carcano*, Arch. St. Milano, docum. del 1789.

che la patria del B. sia veramente la città di Milano. Ma qui c' incontriamo cogli storici milanesi e comaschi in lite fra loro, rivendicando i primi a Milano, gli altri alla terra comasca la gloria di aver dato i natali all' illustre uomo. Noi vorremmo non occuparci di loro, perchè portano in campo una questione di campanilismo. Tra i Milanesi si schiera Pietro Bosca (1), e tra i comaschi Luigi Tatti e Giuseppe M. Stampa (2). Senza esaminare le loro ragioni, destituite affatto da fondamento, facciamo notare, che finora non si ha alcuno documento, dal quale si possa dire con certezza, che il Beato sia nato a Milano ovvero a Lomazzo nel comasco. Se le sottoscrizioni delle lettere del Beato, nonchè le frasi della lettera ducale di Galeazzo M. Sforza già allegate, potesse valere per indicare il luogo di nascita del Beato, la questione sarebbe finita, e Milano potrebbe gloriarsi di annoverarlo fra i suoi cittadini. Basilio Paravicino [† 1606], domesticissimo di Benedetto Giovio, come l'attesta lui medesimo: « Io ero di Benedetto Giovio suo domesticissimo, et a me toccava in gran parte di scrivere le cose sue di dottrina (3) », nel suo *Compendio dell' Istoria di Como* non fa alcun cenno del nostro Beato non solo nell' art. *Beati di Nazione Comasca*, ma neppure nell' art. *Beati non nativi, ma sepolti in Como.* Lo ricorda soltanto nella fondazione dell' ospedale di Como, senza punto accennare al luogo di nascita (4). L' assoluto silenzio del Paravicino, raccoglitore diligente di memorie comasche e vissuto col Giovio [† 1544], l' autore dei « *Carmina de duodecim Fontibus* », composti nel 1 Sett. 1529, il quale è molto vicino ai tempi in cui visse il B. Michele, per lo meno ci assicura, che non deve dirsi strettamente della regione comasca. Dico strettamente, perchè può essere benissimo, che il B. sortisse alla luce nella terra comasca. Il Calvi lo fa discendere da Carcano, Signori di Brignano (5), i quali si stanziarono a Milano (6).

(1) L. c. (2) L. c.

(3) *Periodico della Società Storica Comense*, an. 1888, p. 185.

(4) Ivi, 245-252. Dell' ospedale di Como ne parla a p. 236.

(5) In Bregnano S. Giorgio, nella casa anticam. della famiglia Carcano, in mezzo all' arco della porta maggiore di marmo bianco e nero, distinguevasi, scolpito del pari in marmo bianco, un cigno con la scure, con sotto la seguente iscrizione in caratteri gotici:

MCCLXXXX. Die Mer. Sec. Iunio
Fecit Fieri Hoc Opus
Dominus Philippus De Carcani.

Filippo Carcano era il padre di Corrado e questi di Tommaso il nonno del B. Michele Carcano.

(6) *Famiglie Nobili di Milano*, an. 1649. Da due instrumenti allegati da Alessandro Carcano, il quale optava di essere annoverato tra i Nobili di Milano, si ha che Tommaso Carcano, nonno del nostro Beato abitava nella Parrocchia di S. Tommaso in Terramara in Porta Comacina in Milano. Eccone il sunto: — 1. *Instrumentum de anno 1384 rogatum per Mascalum de Guidoldis de Lomatio ubi apparet fuisse in rerum natura D. Thomasium de Carcano fil. q. Conradi P. C. P. S. Thomae in terra Amara Mediolani, signato A.* — 2. *Instrumentum investiturae factae per D. Thomasium de Carcano fil. q. Conradi P. C. P. S. Thomae in terra Amara Mediolani rogat. per Antoniolum de Glussiano anno 1402 die 20 mensis Iulii signat. B.* — Bibl. Ambr. Milano.

Ma avevano un castello a Lomazzo, e l'instrumento, rogito da Pietruccio Mauri nel 1427 degli 8 Sett. fa comparire: « *D. Donatus de Carcano* [padre del B. Michele] *filius q. D. Thomasii* [nonno del B. Michele] *habitans in loco Lomatii Plebis Aplani Ducatus Mediolani* (1) ». Ora nel castello di Lomazzo secondo il Moriggia, seguito dal Piccinelli, dal Tatti, dal Buonavilla, dall'Argelati, dal Calvi, dal Motta (2), è nato il B. Michele. E siccome il Castello dei Carcano era nella parrocchia dipendente dal Vescovo di Como, i comaschi lo hanno annoverato tra i loro cittadini. Nella chiesa di S. Pantaleone di Brignano, come lo attesta il Buonavilla, era dipinta l'effigie del Carcano ornata di diadema (!) con raggi e titolo di Beato, forse come ricordo o della nascita ovvero della dimora in certi tempi dell'anno del nostro Beato prima che entrasse nell'Ordine dei Frati Minori. Così pure nella Chiesa di S. Croce in Como era dipinto il B. Michele coi raggi intorno al capo e con la scritta « *B. Michaël Carcanus Comensis* (3). Con ciò non si può dire con certezza che veramente sia nato a Lomazzo, poichè l'uso costante di chiamare il B. «*de Mediolano*», come si ha in tutti i documenti, corrisponde al modo con cui si designa da tutti il luogo della nascita.

Più difficile ancora riesce l'indagine del tempo in cui nacque. Su questo punto i documenti finora conosciuti tacciono assolutamente. Per via di deduzione, dato che il B. sia entrato nell'Ordine in giovine età e circa il 1440 (4), considerato che quando predicava in Venezia nel 1477 doveva essere già avanzato in età secondo l'espressione usata dal Carcano stesso:... *Tempus meum prope est* (5), esaminato anche il ritratto frescato dal Moroni, il quale ci rappresenta un uomo sulla settantina, e dato che nel 1487 il Beato era già passato all'altra vita, come ci risulta dal *Quadragesimale de penitentia,* dove si legge: « *qui* [Michael de Mediolano] *tum sanctimonia vite... a Deo innumeris meruit coruscare miraculis* (6), si potrebbe ad un dipresso credere, che certamente sia nato tra il 1410 e 1420. Lo stesso Beato in una sua predica afferma, che essendo ancor fanciullo, udì in compagnia di suo padre S. Bernardino da Siena, che predicava a S. Angelo (7); e S. Bernardino predicò a Milano nel 1418 e nel 1420 (8), e con tutta probabilità anche nel 1422 e nel 1426, quando predicò a Bergamo e nella Valle Seriana (9). *(Continuerà).*

Milano. P. PAOLO SEVESI, O. F. M.

(1) Ivi. (2) Opere cit. ll. cit. (3) *P. Benvenuto da Milano,* op. cit., 109. (4) *Wadding,* an. 1485. (5) *Francesco da Feltre,* op. cit.
(6) *Quadragesimale,* ed. 1487. (7) Cfr. infra c. IV.
(8) *Wadding,* an. 1418, 1419, cita Meffeus Vegius in *Vita S. Bernardini,* l. 8.
(9) Ivi, an. 1422, XXI; an. 1426, VI.

DOCUMENTA

PROLOGUS ET EPILOGUS

IN DICTA IV ANCILLARUM

S. ELISABETH THURINGIAE LANTGRAVIAE

I.

Dum ex studiis a viris doctissimis nostri aevi institutis circa *Dicta IV Ancillarum* (1) gravitas Prologi et Epilogi magis in dies elucesceret, opportunum duxi utrumque ad verbum describere collatis omnibus codicibus, has partes continentibus. Hucusque integrum textum Prologi et Epilogi non habuimus, Menckenius enim (2), in sua editione *Libelli* utrumque valde detruncavit, quamvis in Cod. Lipsiensi 823, quo pro sua editione usus est, uterque contineretur. Postquam *processum et ordinem canonizationis S. Elisabeth*, tractatum ad libellum non pertinentem, proindeque suo iure ab Huyskens separatim editum typis mandavit (3), dicit col. 2011 C: *In prologo continentur inanes laudum tituli et taediosae virtutum Elisabethae repetitiones, quas pace Lectoris omittimus.* In conclusione col. 2034 C desinit verbis: *egenus satiantem;* cetera omittit.

Discussionum ansam praebuit Alb. Huyskens (4) qui diversas propositiones statuit, quae a variis impugnabantur, imprimis a Professore Universitatis Marburgensis, Dr. Carolo Wenck (5). Initio pendebam animi, quemnam ducem sequerer; sed postquam libros amborum

(1) De singulis vocibus, libris etc. hic occurrentibus in dissertatione texenda, nihil subnecto, cum omia abunde in dissertatione mea AFH II, 240-50 explicata iam fuerint, illucque lectorem remittamus oportet.

(2) *Scriptores Rerum Germanicarum*, II, Lipsiae 1728, Col. 2007 (2011)-2084. Citatur: M.

(3) *Quellenstudien zur Gesch. der hl. Elisabeth Landgräfin von Thüringen*, Marburg 1908, (= Huysk.) 22. Cfr. 20-30; 140.

(4) L. c. 1 sqq.

(5) *Quellenuntersuchungen und Texte z. Gesch. der hl. Elis.* in *Neues Archiv. der Ges. f. ältere deutsche Geschichtskunde*, XXIV, (1909) p. 429-502 (= Wenck).

identidem examinavi, subscribebam sententiis Wenck (1). Ad hoc permotus sum pondere rationum ab ipso allatarum et confidens autoritate doctorum virorum, qui Huyskenianas hypotheses reiecerant. Inter quos R. P. Em. Michael (2), qui independenter a Wenck persuasum sibi esse asserit doctos viros hypothesim cl. Huyskens, scil. Sanctam Elisabetham e castro Marburg non vero Wartburg expulsam esse, nequaquam fore accepturos. Ex rationibus e scientia iuris civilis desumptis E. Heymann (3) talem expulsionem reiecit. Etiam Fr. X. Seppelt (4) et A. Poncelet (5) rationibus Wenck subscribunt.

Tria, quae maxime rem causamque libri cl. Wenck continent, et mihi probantur sunt: Brevior ab Huyskens (6) edita recensio *Dictorum IV Ancillarum* non est antiquior (7), sed ipsa recensio longior a Menckenio edita est antiquior, fortasse ipsum protocollon examinatorum miraculorum, quod Wenck (438) probat ex modo diverso, quo ancillae ab examinatoribus examinatae et earum dicta scripta sint (8). Secundo prologus non est scriptus a Franciscano quodam Belgico (9), neque demum epilogus a Nicolao monacho (10), sed uterque ab uno eodemque auctore sunt (11), et quidem verosimiliter a quodam presbytero Ord. Domus Teut. Marburgensis Priore Ulrico de Dürn (12). Divisio in IV capita aliquo post temporis intervallo praefixa, decursu temporis irrepsit in ipsum textum (13). Neque, demum, Elisabeth eiecta est ex Marburgensi castro (14).

Libellum prologo et epilogo ornatum exhibent sequentes Codices: Cod. Monacens. lat. (Clm) 14126, Cod. Ms. Q. 127 Bibl. Universitatis Wratislaviensis, Cod. N° 41 Bibl. familiae de Hedemann in Deutsch-Nienhof. (vide infra p. 476).

Epilogus solus cum recensione longiore dictorum habetur in: Clm. 22231, (cf. infra p. 477) Clm 9506, Cod. Ms. N° 1770-77 regiae Bibl. Bruxellensis, quorum antiquissimus Clm 9506 non exhibet divisionem quadripartitam, unde mihi sententia Wenck, illam postea adiectam

(1) Cfr. AFH II, 1909, 240-68 (= Henniges).
(2) *Zeitsch. f. kath. Theol.*, Innsbruck 1909, XXXIII, 41-49.
(3) *Zeitsch. f. thüringische Gesch. u. Altertumskunde*, XXVII, Jena 1908, 1-22.
(4) *Deutsche Literaturzeitung*, 1909, N° 36, col. 2285-88.
(5) *Analecta Bollandiana*, XXVIII, 1909, 334-9.
(6) L. c. 112-140.
(7) Cfr. Wenck, 438-59.
(8) Cfr. Wenck, 438. Wenck putat, dicta in recensione longiore exhibere protocollum examinatorum. Etiam Montalembert-Städtler, *Leben der hl. Elis. Landgr. v. Thüringen u. Hessen*, III. Ed., Regensburg 1862, 125 = Mont-St. hoc contendunt et ita probant: in Cod. Vat. 4401 (saec. XIV) dicta partim recepta esse, praeterea in liturgia festi beatae Elisabeth varios inveniri locos ex dictis (Menckenianis) desumptos. Insuper contendunt modis loquendi hanc sententiam probari, quia dicta ubique speciem ab examinatoribus conscriptarum tabularum publicarum (Protocolli) prae se ferant. — Cfr. W. 464, not. 2. Huysk., 17, 18, 46 inclinatior est ad sententiam, suam editionem exhibere protocollum.
(9) Ut contendit Huysk., 70.
(10) Cfr. Huysk., 67.
(11) Mont.-St. 125. W. 461.
(12) Wenck, 467.
(13) Wenck, 477.
(14) Huysk., 55. In *Deutsche Lit.-Ztg.*, 1909, N° 40, Col. 2580-89 contendit, hypothesin, quae Nicolao dicta ascribat, iam 1886 ab aliquo Bollandista admissam esse. — Cfr. Wenck, 459.

esse, multo probabilior apparet. Praeter hos codices enumeravi (1) alterum continentem Libellum, scil.: Nouv. Acq. lat. N° 2288 Bibl. Nat. Parisiensis; sed sec. Wenck (2) exhibet tantum 12 lectiones in honorem s. Elisabeth, quarum octo priores fere ad verbum sermoni: *Ad decus et honorem* desumptae sunt. Nona nihil aliud est quam Homilia XI S. Gregorii papae I. in Evangelium Matthaei 13, 44 seqq. (3) Lectiones 10, 11, 12 idem continent soluta oratione, quod hymnus a Ranke (4) editus.

Huyskens eo maxime in suam sententiam perductus est, quod Caesarium Heisterbacensem ad compilandam vitam B. Elisabeth quaternulo ipsi Marburgo allato usum esse credidit; sed revera quaternulus potius vitam Beatae secundum recensionem breviorem repraesentabat (5). Etiam auctor anonymus Zwettlensis breviorem recensionem adhibuit ante Febr. 1237 (6). Hoc mirum videri potest. Sed difficultas satis bene removetur a Wenck (7) censente, Fratres Ord. Theuthonici statim post translationem beatae Elisabeth a plurimis rogatos esse, ut cum ipsis vitam beatae communicarent. Ut aliquatenus petentium votis satisfacerent, scribam quemdam, cuius apographon alii descripserunt, protocollum examinatorum contraxisse putat, et paulo post textum originalem prologo et epilogo auctum editum esse.

A diversis in dubium vocatur identitas protocolli cum Dictis IV ancillarum. Olim Justi (8) dicta primitus lingua germanica concepta et postea ab ignoto auctore in linguam latinam versa esse putabat. Hanc sententiam a Menckenio didicit asserente (9): « Sed sunt (Dicta) solummodo earum (ancillarum) attestationes de miraculis s. Elisabethae, quas deinde Anonymus collegit et simplici stylo latino reddidit. Basnage (10) vero asserit, ancillas ipsas scripsisse dicta; sed hoc omnino reiiciendum. Elisabeth enim et Irmgardis humiles ancillae omni litterarum scientia carentes huius rei prorsus incapaces erant; Guda et Isentrudis lingua vernacula fortasse scribere callebant.

Cum Justi, Menckenio, A. Wyss (11) contendit Boerner (12), Dicta Menckeniana nihil aliud esse quam ampliatam editionem tertii protocolli examinatorum miraculorum (13). Hanc assertionem ex eo

---

(1) Henniges, 248. (2) L. c. 473.

(3) Cfr. *Brev. Rom.*, in *Commune nec Virginum nec Martyrum*, Lect. VII-IX. Est ap. Migne, P. L, 76, 1114-16.

(4) *Chorgesänge zum Preis der hl. Elisabeth*, Leipzig 1883, p. 45: *Ymnum deo vox iocunda;* cfr. Mone F. J., *Lateinische Hymnen des Mittelalters*, III Freiburg, 1855, p. 287. Chevalier, *Repert. hymnol.*, n. 82063.

(5) Huysk., 42. Wenck, 465. (6) Cfr. Henniges, 240 seqq. Wenck, 465.

(7) P. 442.

(8) Dr. L. W. Iusti, *Elisabeth, die hl. Landgräfin von Thüringen u. Hessen*, Marburg 1835, p. XXI. (9) L. c. p. 2007-8 Nota.

(10) Jac. Basnage, *Thesaurus Monumentorum*, Antverpiae 1725, t. IV, p. 115. — Cfr. econtra Huysk., 19.

(11) *Hessisches Urk-Buch*, I. Abt. *Urk-Buch der deutschen Ordensballei Hessen*, I, Leipzig 1879, N° 48, Nota 2.

(12) *Neues Archiv*, XIII, 446-49. (13) Cfr. Henniges, 246.

maxime demonstrare conatur, quod saepius ibi dicatur: « In his omnibus Guda et Isentrudis iuratae concordant »; atqui nullibi dici, singula dicta unius ancillae statim examine alterius confirmata esse; praeterea, praeter IV ancillas etiam alios esse examinatos, e. g. puellam Hildegunden, plebanum etc. Denique in examinatione visionum identidem asseri: eas probatas esse per testes iuratos aliosque fide dignos. Argumenta haec non convincunt; alias et textum Huyskenianum Boernerio ignotum tangunt. Ibi enim dicitur (1): « In his omnibus predicta Guda Ysentrudi iurata concordat ». Unde ex Boernerii sententia neutra recensio protocollum exhiberet. Boerner in ultimo argumento procul dubio alludit ad Conclusionem vitae beatae Elisabeth, ubi in principio legitur: « Licet autem veridica tam testium iuratorum, quam aliorum fide dignorum etc. », (vide infra). Sed quia conclusio non pertinebat ad ipsum protocollum, hoc argumentum nihil valet (2).

H. Mielke (3) dicit: *Dicta* iussu Gregorii papae IX a teste oculato canonizationis et translationis conscripta esse, ad quod auctor anonymus adhibuisset protocollum examinatorum, et *Libellum* quoad rem nihil aliud esse quam redactum protocollum. Huysk. (4) provocat ad Mielke, cuius argumenta 'evidentia' nondum redarguta asserit. — Mielke vero, cui brevior recensio erat ignota, varia statuit haud difficulter refellenda. Asserit, dicta conscripta esse eo fine, ut Elisabeth sanctitas clare elucesceret; ad hoc libri auctorem quamplurima apportasse, ut Elisabeth ob infantia iam martyrio coronatam ostenderet, quamvis in Epistola Conradi nihil tale inveniatur (5). Ast Conradus domui landgravii addictissimus, tantum illa refert, quae ut testis oculatus vidit, proindeque de infantia nihil habet. Ipse cui princeps fere omnia sua consilia credidit, expressis verbis harum persecutionum non meminit, ne infamiam moveret eius familiae. Implicite tamen indicat; ex. g. querulosam ipsam Sanctam reperit, quod aliquando coniugio fuerit copulata; iamiam soror Elisabeth pollere cepit virtutibus extraordinariis; in his omnibus (benefici animi documentis) *viri sui* fel. mem. voluntas non ingrata fuit inventa. Expresse dicit: viri sui animum ipsi non ingratum fuisse, (potentem aulae familiam non commemorat), omnem superfluam ei amputans familiam, gravissime castigavit (6). Cum vero in bulla canonizationis Gregorius IX ipsam vocet attritam persecutionibus et opprobriis lacessitam, ipse Mielke concedit in protocollo examinatorum aliquarum persecutionum mentionem fieri (7); alias praesertim persecutiones in infantia toleratas ab anonymo adiectas esse dicit (8).

(1) Huysk., 121; cfr. 127. (2) Cfr. Wenck, 463.
(3) *Zur Biographie der hl. Elisabeth Landgräfin v. Thür.*, Inaugural-Dissertation, Rostock 1888, 24. Cfr. Boerner, 465.
(4) *Deutsche Lit.-Ztg*, 1909, Col. 2538-39.
(5) Mielke, p. 26. *Epist. Conradi* ap. Huysk., 155.
(6) Huysk., 156, 157, 158, 159,
(7) Cfr. Huysk., 116, 121, 122, 125, 126, 127, 136. (Wenck, 448).
(8) P. 27. — Ex bulla: « *Gloriosus Deus* », non licet concludi, enumerationem persecutionum absolute necessariam fuisse ad canonizationem; nam hic

Mielke reiicit relationem hanc recensionis longioris (1): « Ab infantia vero usque dum diem clauderet extremum, frequenter multorum detractionibus, odiis, pressuris, invidiis et calumpniis subiacebat, et sicut ipsa temporalia calcans mundum contempsit, et sic mundus eam persequi videbatur iuxta illud (2): *Si de mundo* essetis, *mundus quod suum erat, diligeret.* Omnes autem adversitates et sui contemptum et plurima verbera, que ei magister C. bono zelo, ne a suo laberetur proposito intulit, cum maxima patientia et gaudio sustinebat ». — Hunc locum, cuius secunda pars etiam in recensione breviore reperitur, Mielke dicit interpolatum, quia tantum in communi aliquas observationes referat. Sed hoc etiam alibi observari potest. Paulo ante resumit examinator varias tribulationes: « Unde sepe ex tali accusatione multa verbera sustinuit a magistro Conrado et alapas ». Et in fine: « Omnes adversitates et sui contemptum et plurima verbera ». Secundum Mielke etiam hic locus interpolatus est; unde secundum ipsum etiam recensio brevior esset interpolata, proindeque protocollum authenticum non exstaret. Ab Isentrude et Guda tales persecutiones probari potuisse ideo negat, quia beatae Elisabeth non usque ad obitum servissent. Attamen in dictis narratur, utramque quandoque dominam Elisabeth visitasse (3). Etiam alia via hoc rescire poterant; certum enim est, has nobiles feminas pro caritate, qua erga dominam aestuabant saepe de omnibus quae ipsam attinebant, diligenter inquisisse. — Mielke offendebatur loco ex s. Scriptura citato (Ioh. 15, 19). Wenck vero ostendit, ex s. Scriptura tantum in longiore recensione locos allegari, et quidem in dictis disertae Isentrudis. Locos a s. Elisabeth usitatos (Ps. 127, 2; II. Thess. 3, 10) forsan a Fr. Rudigero O. F. M. perceperit, qui eos in I. regula S. P. Francisci invenerat. Cum et hi textus in recensione breviore omissi sint, merito suspicari potest, etiam hic scribam protocollum contraxisse. Etiam tertium locum s. Scripturae: II. Cor. 12, 7, omittit scriba, fortasse, quia ipsi superfluus videbatur (4). Qui ceteros locos in recensione breviore omissos legerit, certe subscribet Wenck asserenti, ipsos non esse adiectos in recensione longiore, sed reiectos in breviore. Unde et hic concludi potest, illos locos, utpote non absolute necessarios, a scriba postea esse omissos.

Deinde Mielke suam sententiam probare contendit ex congerie verborum et sententiarum (5); sed haec invenitur etiam in recensione breviore (6). Mielke locum ab Huyskens, 113, allegatum ab anonymo

semel tantum persecutiones ab Elisabeth toleratae commemorantur. Laudatur inprimis eius caritas, fides, beneficentia, temperantia etiam in coniugio, obedientia, animi demissio in susceptione habitus religiosi. In fine resumitur: pauper spiritu, mitis mente, propria vel potius aliena peccata deplorans, iustitiam sitiens, misericordiae dedita, munda corde, vere pacifica, attrita pers. et oppr. extitit lac. Deinde enumerantur facta miraculosa.

(1) Mielke, 27. Cfr. Huysk., 127, Mencke, 2023 CD. (2) Ioan. 15, 19.

(3) Cfr. Huysk., 127; Mencke, 2023 C.

(4) Cfr. Wenck, 449-50; (Mielke, 27, Boerner, 453).

(5) L. c. 27. (6) Huysk., 119, 125.

adiectum dicit (1). Sed melius admittitur sententia Wenck, asserentis eum postea omissum. Hac in parte relatio longior et brevior valde discrepant (Cfr. Huysk., 113, Mencke, 2013). Afferam textum Menckenianum: « In lecto orans frequenter complevit; (H. in lecto frequenter orabat). Et paulo post: Sufficit michi unus (circuitus pro mundo), alios etc. (2). Ab his et huiusmodi (multis) ad cultum corporis et ad vanitatem seculi spectantibus quod longum esset (H. est) enarrare pro reverentia dei ex voto abstinebat. Sic (H. etiam) in adolescentia humiliter deum habuit prae oculis, ipsum in omnibus factis suis invocando, dulciter nominando, in ipsum omnes actus suos dirigendo. In statu autem minoris etc. occultum ». — Haec narratio de persecutionibus in adolescentia toleratis bene probatur a Theodorico de Apoldia: « Cum vero facta esset... nubilis, graves et manifestas persecutiones passa est a proximis et vasallis... quem inducere modis omnibus conabantur, ut ipsam repudiatam patri suo regi remitteret, eo quod minus sollempniter eam dotatam etc. (3) ». Pingui dote opus erat successori bellicosi Hermanni. Ex comparatione relationis Menckenianae cum Huyskeniana apparet, scribam secundum omni possibili modo contraxisse dicta.

Dein Mielke urget modum scribendi incorrectum in recensione Menckeniana, in qua auctor ignotus saepius verbum *item,* ab examinatore semper usurpatum, omittat (4); sed et in recensione Huyskeniana saepius deest, e. g. 115, 116, 118, 121-26 penitus (5). Amplius contendit Mielcke, modum dicendi, « quod longum esset enarrare etc. » non esse adhibitum in protocollo; sed hoc argumento etiam textus Huysk. reiiciciendus esset; nam et ibi saepius inveniuntur similes locutiones: « De quibus licet multa dici possent, tamen quia dicta Guda non recolit ad presens, hec pauca sufficiant (6) ». « Et licet plura... de vite eius sanctitate... potuissemus scripto demandasse, prolixitatem vitantes, aliqua de fine eius supponamus (7) ». « Et licet plurima de eius vita et conversatione et devotione et visa et intellecta conscripsisse potuissemus... prolixitatem vitantes aliqua de multis fecimus conscribi (8) ».

Wenck (9) locos in recensione breviore non contentos affert, quod iam Huyskens (10) se praestiturum promiserat, sed defectu temporis partim omisit. Hic probat gravibus rationibus Wenck, locos tales esse, qui facilius postea omissi quam adiecti sint a quodam Nicolao.

Diversos locos Huyskens allegavit, e. g. p. 113 a (Mencke, 2013 B. C. D.) p. 117 a (Mencke, 2016 A: (deducebat) et ornatu vestium deposito-expectemus); p. 119c (Mencke, 2017 C). Ex hoc loco bene

(1) L. c. 28; Cfr. econtra Wenck, 447. Prius haec narratio reiiciebatur a Mielke, ibi et 48, Boerner, 452 et Wenck, *Hist. Zeitschrift*, 69, 1892, 220, legendis attribuebatur et ab Huysk., 53 eorum sententiae subscribebatur. Sed Wenck ex rationibus supra allatis mutavit sententiam et addit, etiamsi hinc nuntius provenisset ex garritu aulicorum, tamen melius propagatus esset per ancillas, quam per monachum. Wenck, 448. (2) Cfr. Wenck, 447-8.
(3) *Vita beatae Elisabeth Thuringorum landgraviae,* I, 6.
(4) L. c. 28. (5) Cfr. Wenck, 437. (6) Huysk., 113.
(7) Huysk., 138. (8) Huysk., 139-40. (9) 444-459. (10) 50[2].

videri potest, quantopere studuerit scriba ut contraheret protocollum. Hic legebatur: « multis tantum dans singulis diebus, quantum necessitati opus erat, et quantumlibet ipsa dabat, divina providentia accipienti eo die sufficiebat ». Scriba hoc contraxit in: « multis singulis diebus tantum dans quantum sustentationi necessarie sufficiebat ». Verosimiliter unam lineam omisit (1). Pergit: « Sub quodam etiam altissimo castro, in quo ipsa fuit erat quedam magna domus etc. ». Mencke: « Sub castro Warthberch altissimo, ubi tunc fuit, erat magna domus etc. ». Similiter Huysk.: « nudis pedibus familiariter venit ad ecclesiam etc. » (117). Mencke econtra: « nudis pedibus familiariter ibat ad ecclesiam remotam per difficilem castri descensum via dura et lapidosa » (2016 C). Wenck (2) suo iure contendit, Isentrudem, familiarissimam beatae Elisabeth melius describere potuisse situm nomenque castri quam monachum peregrinum. Huysk. 123 a alium locum in Recensione II omissum affert: « Revelationes etc. extollat me »; cfr. Mencke, 2020 CD. Hic refertur, Elisabeth suas visiones ancillas celasse, quod hae melius attestari potuerunt, quam monachus (3). Huysk. 125 b (Mencke, 2021 CD-2022). Hic narratur, Elisabeth se contulisse Marburgum a marito suo in donationem propter nuptias acceptum, sed necessitate coactam transisse ad quamdam villulam rurensem, usque dum ipsi Marburgi constructa fuisset domus humilis; p. seq. 126 a (Mencke, 2022 BC) narratur, Gregorium IX ipsi in sua miseria literas consolatorias misisse, eique Conradum defensorem constituisse. In omnibus his iniuriis et afflictionibus ipsam deo gratias egisse, quia quem castigat dominus diligit (Hebr. 12, 6: *quem enim diligit Dominus, castigat;* hunc locum scripturisticum neglexit Wenck, unde ab Isentrude 5 loci allegati sunt). Facile praesumi potest, Elisabeth has epistolas cum ancillis communicasse; unde autem Nicolaus hunc nuntium haurire potuisset, vix statui potest (4).

Multos alios locos a scriba recensionis brevioris omissos Huysk. neglexit (5). Sunt 12: Mencke, 2018 D ut carnis afflictio cederet eis ad meritum; cfr. Huysk. 121. — Mencke, 2022 B; (stultam eam reputantes et insanam) quia divitias mundi abiiciebat, (insultantes). [Huysk. 125 omittit, quae non sunt uncis inclusa]. — Mencke, 2028 D: (subito exivit de dolio), corpori suo tantum commodi nolens impendere, ut balnearetur. Huysk. 130. — Mencke, 2016 supra: (idem fecit occulte) in publico se hylarem exhibens et iocundam; Huysk. 117. — Mencke, 2022 A: (de domo patris... attulerat) aurea et argentea vasa plurima, sericos pannos auro intextos, pretiosos et multos et corporis ornatum ex auro copioso et gemmis nobilissimis regaliter fabrefactum et omnia quae habuit pauperibus distribuit, fundans ibidem hòspitale, in quo ipsa pauperrima infirmis humiliter serviebat et serviliter ministrabat, pauperum obsequio perpetuo suam devovens personam et largiens, quorum usibus prorsus universa, quae habuit erogavit. (A magnatibus etc.). Ornamenta cum dote curae fuisse ancillis libenter creditur;

(1) Cfr. Wenck, 457. (2) L. c. 454-55. (3) Wenck, 450.
(4) Wenck, 452-3. (5) Cfr. Wenck, 444.

sed a monacho talis res plane aliena erat (1). Similiter iudicandum de arte coquinaria Sanctae Mencke, 2024 AB (Huysk, 128) et 2030 AB (Huysk, 137) (2) Ex parvis omissionibus evidenter patet, quantopere studeat scriba, ut in minimis textum contrahat, vide supra. — Mencke, 2018 C (sustinebo) futurae miseriae suae prophetissa desideratur Huysk, 120. — Mencke, 2017 C (singulorum desiderio) tam in potu quam in cibariis (in omnibus satisfaciebat; Huysk, 119. — Mencke, 2032 A: (O quantus dolor pauperum concurrentium) et quantus luctus omnium quantaque praecipue lamenta infirmorum et egentium sunt audita de morte eius (quasi mater omnium extitisset); Huysk., 139 omittit uncis non inclusa, quamvis hoc additamento optime explicetur: mater omnium (3). Perpensis omnibus, cum Wenck concludendum, locos in recensione longiore exstantes non postea interpolatos esse, sed econtra in breviore recensione omissos (4).

Omnes fere codices, in quibus *recensio longior* continetur, exhibent *quadripartitam divisionem,* prologum vel epilogum vel utrumque simul. Dispositio certe non est authentica. Fortasse primitus in margine scripta erat, et postmodum irrepsit in ipsum textum. Wenck (5) putat, autorem prologi ultimam propositionem sic concepisse, ut cum initio dictorum bene coniungeretur per appositionem verbi: *fuit.* Secundum ipsum primitus sic legebatur: « Inter testes itaque quam plurimos super hiis receptos testis status et cursus infantilis Guda virgo religiosa (fuit), que, cum esset circiter quinque annorum, adiuncta fuit beate Elyzabeth in quarto etatis sue anno. Hec requisita etc. (6) ». Haec divisio invenitur in A B C E G H; deest tantum in D, in quo etiam prologus desideratur, sicut in H. Unde fieri potuit, Theodoricum de Apoldia, qui in prologo suae vitae beatae Elisabeth inter alios fontes enumerat sermonem: *Ad decus et honorem,* hunc separatim invenisse et *Dicta IV ancillarum* prae manibus habuisse in forma Nicolai, i. e. in longiore recensione cum epilogo tantum (7).

Epilogus scriptus est paulo post translationem beatae Elisabeth, 1 Maii 1236 factam, et ante 1244. Auctor enim narrat, se vidisse miraculum mirifici olei. Cetera miracula refert tempore praesenti; caecos illuminatos tradit addens, multos religiosos in capella hospitalis Marburg adfuisse. Quamvis non constet, quanto tempore stillicidium mirifici olei duraverit, praesumi potest, illud non diu durasse. Epilogum ante 1244 scriptum fuisse patet ex *Speculo historiali* Vincentii Bellovacensis (8), qui librum suum hoc anno edidit. Atqui ille usus est epilogo, prologo et *Dictis* in recensione longiore; ergo concludendum, non solum epilogum, sed et prologum cum *Dictis* (in versione Menckeniana) iam tunc exstitisse; ut aliis verbis utar: Vincentius *libellum de dictis IV ancillarum* in

(1) Cfr. de his locis Wenck, 444-59. (2) Wenck, 451. (3) Cfr. l. c.
(4) Wenck, 457 et alibi passim. (5) P. 478.
(6) Cfr. infra p. sic habetur in B. (7) Wenck, 472.
(8) Norembergae 1483, t. II. lib. XXXI, cap. XXXVI.

forma hodiedum usitata prae manibus habuit (1). Dicit enim: « In die autem translationis sacri corporis eius postquam in capsa plumbea fuit repositum de terra subeatum proximo die post, aperto loculo pro reliquiarum ostensione, repertum est oleum mirifici odoris de corpore eius emanasse, quod hodie etiam inspicientibus patet; nam gutte tamquam roris super gramen stant et distillant, eisque decidentibus vel abstersis alie paulatim renascuntur (2) ». Ex prologo desumpsit divisionem: « Hec viciorum extirpatrix, virtutum plantatrix fuit, scala (Prologus scola) morum, exemplum patientie, speculum innocentie (3) ». Unde liquet, prologum et conclusionem ante 1244 scripta fuisse. Vix praesumi potest, tam brevi temporis intervallo 1236-44 duos auctores dicta ampliasse (4). Quamvis hoc ex auctoritate et externis argumentis probari nequeat, tamen ex internis evidenter apparet, prologum et epilogum ab uno auctore scriptos esse. Wenck (5) comparat enuntiationem epilogi cum congruente prologi. In epilogo dicitur: « Venerentur in ea pueruli suam nutricem, iuvenes iuvenum mortuorum suscitatricem, virgines castitatis amatricem, senes suam sustentatricem, infirmi suam visitatricem, merentes consolatricem.... ipsa namque cum Job.... fuit merencium consolatrix, egencium sociatrix, allisorum reparatrix (6). In prologo autem: « Nostra enim Elyzabet viciorum extirpatrix, virtutum fuit plantatrix, scola morum, exemplum penitencie, speculum innocencie (7) ».

Alios locos parallelos ex prologo et epilogo hic enumerabo: *Epilogus:* « ament eam pueri filialiter, quos ipsa pavit maternaliter ». *Prologus:* « ne... strangulet novercaliter, quod pia nutrivit ecclesie devotio maternaliter ».

Fpilogus: « nos hec pocius censuimus quantumlibet vera, caute recitanda, quam presumptuose asserenda ». *Prologus:* « Nunc restat seriem historie... verbis simplicibus testium ruditatem cum rei veritate sapientibus explicare; pura enim et simplex debet esse fides testimonii, nihil habens adieccionis extrinsece ».

Epilogus: « Invocet eam afflictus subvenientem, criminosus restaurantem vel reformantem, debilis medicam sanantem, egenus saciantem. *Dispersit* namque, *dedit pauperibus* ». [Ps. 111, 9]. *Prologus:* « Discat hic prodigus opes non stulte simul effundere, sed caute dispergere cum ea, que non iactavit, sed *dispersit dedit pauperibus.* Discat hic avarus caritativam largitatem, superbia humilitatem, lubricitas castitatem, gula sobrietatem, effrons modestiam, impaciens letam molestiam ».

Epilogus: « Invocet eam omnis in quacunque tribulacione opis indigus, invocet eam praesentis vel future salutis cupidus ». *Prologus:* « Consideret quilibet vultum sui status in hoc speculo, peccator macularum mendas abstersurus, virtutum germina innocens adaucturus ».

(1) Cfr. Wenck, 460.
(2) Cfr. epilogum, in quo fere iisdem verbis hoc miraculum narratur.
(3) Cfr. infra, p. 480. (4) Cfr. Wenck, 461. (5) Ibidem.
(6) Vide infra, p. 489. (7) Vide infra, p. 480.

Epilogus: « Ipsius patrociniis suffragantibus... nos ad cenam agni... introducat et ad suas nupcias... perducat ». *Prologus:* « In hoc utique nostro speculo diligenter intuito, reperies quidquid ab hoc exilio ducit, conducit ad patriam vel producit ».

Legenti facile apparent onomasiae et allitterationes. Unde libentissime assentior Montalembert-Städtler et Wenck, asserentibus, utrumque ab uno eodemque auctore esse scriptum. Auctor epilogi usus est *Dictis* iuxta recensionem longiorem, quam circa idem tempus Vincentius Bellovacensis O. P. adhibuit. Vincentius varia narrat, quae solum ex illa desumere poterat, utpote in breviore non contenta. E. g. « Facta vero nubilis, graves persecutiones passa est a proximis et sponsi sui consiliariis ab eius (eis) utrimque contempta. Sed cum dominum exorasset, contra spem omnium, ipsum sponsum suum in omnibus habuit tristicie consolatorem occultum (1) ». Et paulo post: « Quadam die dum more solito oculis et manibus ac corde in celum suspensis contemplationi intenderet, tam solitaria erat, ut flamma vel scintilla vestiunculas eius attingens lederet enormiter ac deformaret, ea non advertente, donec aliqua ex ancillis rediens, odorem ignis sentiens olfactu, extinguens suffocaret. At ista clamore puelle correpta ad se rediens panniculos viles et abiectos manibus propriis assuens iacturam prout potuit restauravit ». Hunc locum fere ad verbum sumpsit Vincentius ex dictis (2). Pariter auctor epilogi recensione longiore usus est; dicit enim: « Tamen quoniam, *ut supra dictum est,* ipsa hoc (scil. revelationes et visiones) occultans supprimebat, metuens ab hominibus ob hoc venerari et forsan extolli adulacionis vento, que in domo dei elegerat abiecta esse [Cfr. Ps. 83, 11] pocius quam habitare in palaciis peccatorum; nos hec pocius censuimus quantumlibet vera caute recitare quam presumptuose asserenda ». Conferatur cum hoc loco Mencke 2010 D, « revelationes autem visiones » etc. (3).

Divisioni in 4 capita adiungitur in Codicibus (excepto Clm 9506): « Ultimo annexa sunt miracula etc. (4) ». Attamen in nullo inveniuntur miracula (excepto G). Auctor epilogi certe habuit exemplar narrationem miraculorum continens. Dicit enim: « Inter que (miracula) hic numerata (A innumera) hec breviter duximus tangenda, quod cum multorum, puta sedecim ad minus, mortuorum sit potens suscitatrix etc. ». Deinde narrat, Elisabeth a domino specialiter concessam esse illuminationem caeci nati, qui nulla prorsus habuerit instrumenta visus, sed super locum oculis naturaliter deputatum planam et integram pellem (5). — Quamvis in divisionibus promittatur, enu-

(1) Cfr. Mencke, 2013 C. — Huysk., 113 a.

(2) Mencke, 2030 A B: « Accidit... igniculo appropiaret, ipsa.... orationi instante, ut.... flamma vestiunculas eius attingens laederet enormiter ac def. ea non adv. adustionem, donec ex anc. rediret, odorem ignis per sensum et olfactum extinguens suff. At illa corr. clam. pu. ad se red. pann. viles et abi. cuiuslibet coloris et ubicunque collectos ass. manibus propriis ut poterat iac. incendii restaurabat ». — Cfr. Wenck, 304, 470.

(3) Cfr. Wenck, 470.

(4) Cfr. infra 475 et Wenck, 480. Henniges, 244. Huysk. 161 seqq.

(5) Cfr. infra Wenck, 487 181. Illuminatus ille fuit Theodoricus de Slezzenrod. Huysk., 161.

merationem miraculorum allatum iri, tamen in *dictorum* fine asserit auctor, prolixitatem vitando aliqua de multis se fecisse conscribi. Et nihil amplius dicit de miraculis. In epilogo autem haec enumeratio difertur: « quorum (miraculorum) diversitates, titulos et distinctiones suo loco et tempori relinquentes preterimus (1) ». Ex hoc concludi potest, auctorem in *Dictis* miraculorum relationem reperisse. (Cfr. Cod. G). Cum dicta in recensione Menckeniana absolute concludantur, sententia Wenck multo probabilior apparet asserentis, divisionem primitus in margine notatam et postea in textum a scriba receptam esse (2). Miraculum mirifici olei hodie inspicientibus patere et fide sibi constare oculata, dicit et auctor epilogi addit, illuminationi caeci nati interfuisse religiosos multos « qui rem in ipso actu, tunc cum fiebat, viderunt et ante et post ». His verbis Wenck concludit, auctorem ipsum hoc miraculum vidisse. Reiiecto Nicolao et Franciscano Belga Wenck prologum et epilogum uni eidemque auctori attribuit et quaerit eum inter presbyteros Ord. domus Teut. Marburg (3) addens, fortasse ipsum priorem Ulricum de Dürn, cui Caesarius Heisterbacensis suam relationem de vita s. Elisabeth dedicaverit, esse auctorem, cui opinioni gravis probabilitas non est deneganda (4).

Prologus certe originem traxit ex concione, quod legenti illico patebit. Fortasse ipse Ulricus 19 Novemb. 1236 eam habuit in sollemnitate in honorem s. Elisabeth facta. Etsi ibi legatur: « fidelibus scripturarum apothecis duximus committendam », hoc facile explicatur ex eo, quod postea scripta fortasse et ampliata sit. In hac eleganti concione orator celebrat sanctam ut vitiorum exstirpatricem, virtutum plantatricem, scholam morum, exemplum poenitentiae, speculum innocentiae, quae singula breviter prosequitur (5).

Epilogi origo optime explicatur in hypothesi, quod Ulricus eum scripserit. Ille adfuit, cum aperiretur sarcophagus et reliquiae distribuerentur, et quidem ut prior. Unde valde probabile videtur, ipsum haec acta dictis addidisse et dicta sic ampliata edidisse (6). Finis huius epilogi aliquo modo rationem sermonis prae se fert: « Festinet omnis famelicus — amen ». Orator iuvenes, virgines, senes, afflictos, debiles, virtuosos, aegros corpore et mente invitat, ut cum fiducia invocent sanctam Elisabeth, ut ipsius suffragantibus meritis perveniant ad vitam. Fortasse habitus est hic brevis sermo in translatione corporis beatae Elisabeth.

Summam prolegomenorum breviter sic comprehendam: *Dicta* in *recensione longiore* exhibent probabiliter *protocollum Examinatorum* causae in processu. Hanc editionem adhibuit *auctor epilogi,* qui fortasse fuit Ulricus de Dürn, O. Theut. Ex criteriis internis evidenter *probatur, prologum* ab *eodem auctore* conscriptum esse ac *epilogum*. Prologus et epilogus cum *Dictis* coniuncti sunt et hic *Libellus de dictis IV ancillarum* summo in

---

(1) Vid. infra 487. (2) Wenck, 477-79. (3) Wenck, 467-476. Cfr. Caesarius, 56.
(4) Ita Poncelet, l. c. 335. (5) Wenck, 473-74. (6) Cfr. Wenck, 180.

honore semper habitus est. Notitia recensionis brevioris paene oblitterata erat, donec Huyskens eam iterum publicavit.

In sequentibus primus edam *textum* completum *Prologi* et *Epilogi*, sequens A, ubi alias lectiones praetuli, notis indicavi. Spero fore, ut doctis viris, circa Elisabeth historiam occupatis, hac editione maxima cura comparata, cum omnes notos codices contulerim ipse, vel ab aliis conferri fecerim, gratum servitium sim praestiturus. A et H ab aliis collati sunt; summa diligentia A per bibliothecarium Lipsiensem cl. Dr. B. Hilliger et H per PP. Van den Gheyn et Alb. Poncelet. Omnibus his etiam hic intimas refero grates, praesertim vero cl. Prof. Dr. Wenck, qui omni modo in comparanda critica hac editione auxilium et consilium libentissime mihi praestitit.

II.

Codices collati.

Cod. Lipsiensis n. 823 continet 128 folia; mensuras habet 32×24 cm; folia plerumque duas habent columnas, 30 lineas complectentes. Codex ille a variis conscriptus, pertinet ad saec. XIV-XV. Ligatus est codex in tegumento ligneo, superducto corio fusco; operimenta etc. sunt amota. F. 2 legitur: *Liber veteris Celle Sancte Marie;* item f. 124b et 125a. Continet 8 varia scripta; 3-8 vitam et diversa scripta s. Bernardi exhibent; Fol. 1a-3a *Incipit processus et ordo canonizationis beate Elisabeth.* 3b-7a invenitur Sermo: *Ad decus et honorem, quem Menckenius omisit;* 7a-23b habentur *Dicta IV ancillarum;* 23b-24a Epilogus a Menckenio suppressus. — Signatur A. — Cfr. Huyskens, 21.

Clm 14126 = Cod. Ms. Lat. Collectaneum Emmeramense asservatus in *Bibliothea regia* (Kgl. Hof- und Staatsbibliothek) *Monachii.* — *Signatur* B. — Codex hic membraneus scriptus est in monasterio St. Emmerami Saec. XIII exeunte et XIV ineunte. — Fol. 8 recentior manus scripsit: *Anno Domini MCCCXII.* — Codex eleganter scriptus habet longit. 32 ctm et lat. 27 ctm. Bullae et repagula sunt amota. Liber inclusus est carta glutinata membrana superducta. In anteriore tegumento reperiuntur fragmenta ex Missa IV Quadragesimae, in ulteriore ex Missa Feriae VI eiusdem hebdomadae. — In codice continentur varii sermones et plures vitae sanctorum, e. g. Colomanni, Adalberti, translatio Dionysii, Wolfgangi et Emeranni cum legenda eiusdem. Fol. 38a-49-b (192a-203b): — *Vita beate Elysabeth* secundum recensionem longiorem cum *Prologo* et *Epilogo.* Fol. 51c-52d (190c-191d) reperiuntur octo Lectiones in honorem beatae Elisabeth. Post notatam homiliam (ex Communi non Virginum) habetur *Sequentia* rescripta vocum sonis: *Gaude Syon quod egressus.* Cfr. Mone, *Lateinische Hymnen des Mittelalters,* III, Freiburg 1855, 285. Chevalier *Repertor. hymnolog.,* n. 6958.

Cod. Ms. bibliothecae *Universitatis Wratilaviensis* Q. I. 126; hic Codex olim pertinebat ad collegium cathedrale in Ober-Glogau (Cfr. Wenck, NA 34, (1909), 445, Pertz, *Archiv,* XI, 701). — *Nobis est* E. — Codex amplissimus magnitudinem habens 22×14 Ctm et grossitudinem 10 ctm, ligatus est in corio suino rubri coloris: tegumenta lignea

sunt, ex repagulis unum tantum superest. In dorso legitur: *Speculum humanae salvationis;* I. Q. 126. — In tegumento anteriore parvus index scriptus est, in ulteriore accuratus. Ms. continet 332 folia. Wenck Codicem attribuit saec. XV, saltem partem, quae exhibet vitam b. Elisabeth. Sed aliae partes certe antiquiores sunt, quod patet ex Fol. 306 c: « *Explicit questio de probacione per scripturas a Iudeis receptas, quod misterium christi predictum a lege et prophetis sit impletum, determinata a fratre Nicolao de lyra de ordine fratrum minorum* ». (Fol. 285a-306c). « *Scripta per henricum de vredelant studii pragensis baccalarium V. die mensis Augusti anno domini MCCCLXXXXVII* ». Fol. 225a-245a(b): « *Incipit vita et mors beate elyzabeth* ». Haec vita continet etiam *Processum* et *Ordinem canonizationis* b. Elyzabeth etc. (Cfr. Mencke, II, 2007-2011, et Huysk., 140-146). Pag. 20-30 demonstrat H., hunc processum separandum esse a Vita b. Elisabeth). — Fol. 227c-230b habetur *prologus,* fol. 230c sequitur *vita b. Elisabeth* sec. recensionem longiorem (Cfr. Mencke, II, 2011-2034), Fol. 243c *Epilogus.* Fol. 245c-252 sequitur « *alia pronunciatio de sancta elyzabeth* ». = Legendae Iacobi de Varagine in Legenda aurea (ed. Grässe p. 753). Praeter varios sermones et legendas e. g. Ottonis, Lazari, Matthiae, Katharinae, tractatur in reliquis partibus de quaestionibus exegeticis et asceticis.

Cod. N° 41 bibliothecae familiae de Hedemann nobilis Deutsch-Nienhof. = G. — (Cfr. H. 72). Hoc in Codice continetur *vita b. Elisabeth* sec. recensionem longiorem cum *Prologo* et *Epilogo.* Etiam *Processus* et *Ordo canonizationis* ibi habetur. Cod. magnitudinem habens 18×12 ctm. superductus est corio suino rubri coloris, tegumenta habet lignea, ex repagulis unum amotum, alterum aurichalco munitum. Codex membranaceus est, sed folia non sunt numerata. Post *additamentum* ab Huysk., 146-7 relatum sequitur in G: « *Incipit prologus vite beate elyzabeth: Ad decus et hororem etc.* Tunc ponitur divisio in 4 capita et *Libellus de dictis 4 ancillarum* sec. recensionem longiorem. Post conclusionem *vite* beate elyzabeth inveniuntur: *Epistola examinatorum miraculorum s. elyzabet ad dominum papam* (H. 155). *Epistola magistri C. de marburch ad papam de vita beate elyzabet* (H. 155). *Incipiunt miracula sancte elyzabet* (H. 166). Ultimum miraculum: De ydropica curata: Adelheidis canonica de buedeke. (H. 211).

Cod. Membraneus 25 codicum collegii cathedralis *Aschaffenburgensis* asservatorum *Monachii in Bibliotheca Regia,* a qua eum acquisivit Bibl. Regia et Nat. Monacensis, scriptus saec. XIII-XIV, ligatus est ligneo tegumento superducto corio suino; ex repagulis unum tantum superest aurichalco munitum. Codex habet magnitudinem 25×17 ctm. sed neque quoad formam, neque quoad argumentum sibi par est. — *Eum signamus* F. — Fol. 1a-3b exhibet 6 *Lectiones de beata Elisabeth* verbotenus fere desumptas Sermoni: *Ad decus et honorem.* Desinit verbis: « *cum gaudio sustinens (sustinebat* cfr. infra 3). — Fol. 2b: « *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Simile est regnum celorum tesauro abscondito in agro, quem qui invenit* etc. — Fol. 3a: *In lectulo meo per noctem quesivi, quem diligit anima mea, quesivi et non inveni illum.* V. *(M)ulierem fortem quis inveniet? procul et de ultimis finibus terre precium eius!* V. *(C)onsideravit agrum et emit illum, de fructu manuum suarum plantavit vineam.* V. *(N)on*

timebit domui sue a frigoribus nivis, omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. V. *(C)onsideravit semitas domus sue et panem otiosa non comedit. Dominus El. (M)ulte filie congregaverunt divitias, tu supergressa es universas.* (Responsoria). — Sequitur: Oratio: *(T)uorum corda fidelium Deus miserator illustra, et beate elizabet precibus gloriosis fac nos prospera mundi despicere et celesti semper consolatione gaudere. P. D.* — In fine legitur: *Libe mume gerderut alse du diz ane sihist, so gedenk min etdilende, alse dun ich din. Vale.*

Fol. 3b Hymnus: *(N)ovum sydus emicuit, error vetus* etc. Chevalier, *Rep. hymn.*, n. 12372. Fol. 4a: Hymnus: *(Y)mnum deo vox jocunda;* Chevalier, n. 8263. uterque rescriptus est cum vocum sonis. Fol. 4b: Hymnus etiam rescriptus: *(H)ec insignis hec beata;* Chevalier, n. 7624. Prima litera non est scripta, quia cum pluribus aliis litteris rubris pingenda erat, quod postea omissum est. Haec pars Elisabethica certe pertinet ad saec. XIV.

Fol. 5b-6b: *Passio sanctorum Martyrum X Milium pro Christo crucifixorum* ». Fol. 7a-33a: reperiuntur variae homiliae in ferias et festa. Fol. 34a-76b habetur Elucidarius; in prima parte Fol.1-77, unaquaeque pagina unam tantum habet columnam; ceteroquin duabus columnis Codicis folia scripta sunt. Fol. 77-98: « *interpretatio Apocalyseos* », sed truncata invenitur. Fol. 99a: « *Incipit tractatus dominice passionis (hec in VI fer.) ad collationes legantur* ». Est pars tractatus de *Vite mystica* S. Bonaventurae, *Opp.*, VIII, 1898, 159 sqq. Hac in parte agit auctor ignotus: *De fossionibus vitis* (99a). *De vinculis vitis* (100a); *de trunco vitis* (101d); *de foliis vitis* (103c-103d). Hec autem sunt septem verba. — *De floribus vitis* (106d); Fol. 108b: « *De septem effusionibus domini* ». Fol. 111a: « *Incipit dyalogus sancti Augustini Eppi.* ». Fol. 114b: « *Gestus lamentationis genitricis dei, qualiter planxit mortem unigeniti filii sui domini jesu christi, que excerpte sunt de revelatione sancti Anshelmi, quam revelavit sibi beata virgo Maria* » — 115b.

Clm. 22231. = Cod. membraneus olim monasterii Windberg O. Praem. saec. XII. (Cfr. H. 72). *Vita S. Elisabeth* in primo et ultimo folio a recentiore manu saec. XIII suppletum, a verbis: « *et tandem cepit ridere dulciter in magna vultus hilaritate.* — *Codex: C.* — *Epilogus* tantum habetur in hoc Ms. Cod. habet magnitudinem 37×27 ctm; tegumenta lignea corio suino superducta sunt; bullae et repagula sunt amota. Fol. 1b legitur: « *Iste liber pertinet ad sanctam Mariam in Windberg, quem iussit scribi secundus eiusdem ecclesiae venerabilis et digne memorie abbas Lebellardus pro obtentu gratie dei et beatae Marie semper virginis et tuarum, lector, orationum. Si quis eum quocumque modo ecclesie huic abalienaverit, anathema sit* ». Continentur in hoc magno Codice: « *De victoria verbi dei* ». (Fol. 2-120d). « *Epistola beati Bernhardi abbatis ad senonensem episcopum* » (— 130d); « *Passio s. Thome Cantuariorum archiepiscopi* », (— 136d) *Bibl. hag. lat.* n. 8178 ss.; Fol. 130d recentior manus addidit: *Ioh. Salisb[eriensis]*.

Clm. 9506. = Cod. membraneus saec. XI et XIII. — *Nobis est D.* — Mens. habet 39×28 ctm, bullae cum repagulo sunt amotae, ligatus tegumento ligneo, corio superducto suino. Hoc *passionale* scriptum est in monasterio Oberaltaich; continet praeter alias legendas etiam *vitam beatae Elisabeth* fol. 95a-98b. *Prologus* et *divisio* desunt in hoc antiquissimo Codice, sed *epilogus* habetur. Cfr. Wenck

NA XXXIV, 475. Hac in parte una tantum columna habetur, in reliquis partibus duae.

Cod. 1770-77 regiae bibliothecae Bruxellensis est Cod. membraneus s. XIV, mens. habens 2×820 ctm, unaquaeque pagina duas habet, columnas. (Cfr. *Cat. Cod. Hagiographicorum bibliothecae regiae Bruxellensis et Bollandianae*, I, 293-97 et J. van den Gheyn, *Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque royale de Belgique*, II, 396. — *Eum signamus* H. — Hoc in codice continetur praeter varias legendas e. g. Lutgardis monialis de Aquiria, Ide comitisse Bolonie, Gudule virginis et varios tractatus e. g. Innocentii III super: *Te igitur*, Henrici de Gandavo, *Catalogus scriptorum ecclesiasticorum; Qualis debeat esse confessor*, etiam *Vita beate Elisabeth Lantgravie Thuringie* (fol. 93-106b); (Cfr. *Bibl. Hagiographica latina edd. a Bolland.*, n. 2413, (= BHL). Praeterea invenitur hoc in Codice *Miraculum sancte Elisabeth* (Fol. 107-108. — Cfr. BHL n. 2511) et *Vita altera sancte Elisabeth* (Fol. 109-120b; Cfr. BHL n. 2508). Hunc codicem contulerunt benignissime Rev. PP. van den Gheyn et Alb. Poncelet.

III.

Divisiones Vitae in variis Codicibus.

Divisio in IV Capita invenitur in omnibus his codicibus, exceptis C, D, F, divisio in A, G, H litteris rubris est confecta in B et E litteris nigris (Cfr. NA XXXIV. 477).

Tituli in H ita sonant. Post divisionem allatam absolute incipitur: « *Goda virgo religiosa, que cum esset circiter quinque annorum, adiuncta fuit beate Elysabeth in quarto etatis sue anno. Hec requisita de conversatione* etc. *(I)sentrudis vidua religiosa de Ursilgowe* etc. — *(P)ost mortem vero mariti sui eiecta fuit* etc. — *(E)lysabeth ancilla quondam* etc. — *Licet autem veridica* etc. Nullae paragraphi distinguuntur in codice, sed tota pars priori continuo sequitur, iuxta quod nobis P. A. Poncelet scripsit.

Codex E sic habet: « *Inter testes itaque quamplurimos super his receptos testis status et cursus infantilis* ». Divisio: « *Hec vita distinguitur in quatuor partes.* Litteris maiusculis hic interpositum: « *Hic distinguitur vita* ». Post approbata prosequitur E: « *Sequitur de primo, Guoda virgo religiosa, que cum esset circiter quinque annorum adiuncta fuit beatae Elyzabeth in quarto etatis sue anno. Requisita de vita* etc. — *emiserat in manus magistri Chunradi.* — *De secunda ancilla. Isendrudis vidua religiosa de hursilgowe — fuerant in familia Elysabeth* ». — « *Quo se rexit post mortem viri. Post mortem vero mariti eiecta fuit — ipsi beate Elys. multis annis commorantes* ». — Tunc sequitur: « *Elyz. iurata et interrogata dixit* »; sed linea transversa deletum et inscriptum: « *De narratione ancille Elyzabeth. Elysabeth quondam beate Elys. — saepius ipsum deportabat* ». — « *De voluntaria pau(pertate). De pulcris visis* ». Post: « *aliqua de multis fecimus conscribi* », sequitur: « Conclusio vite beata Elysabeth. Licet autem etc. ».

Codex B sic habet: « *Inter testes itaque quam plurimos super hiis receptos testis est status et cursus infantilis* ». « *Hec vita distin-*

guitur — pro ipsa est operatus ». Tunc prosequitur: « *Guda virgo religiosa, que cum esset circiter quinque annos, adiuncta fuit beate elysabeth in quarto etatis sue anno. Hec requisita de conversacione* etc. — *in manus magistri C. de marburch* ». Immediate sequitur sine ullo titulo et distinctione: « *Syndrudis vidua religiosa, que fuit in familia beate elysabeth — quia tunc simul erant in familia beate elysabeth* ». Dein sequitur primo littera maiuscula rubro colore distincta: « *Post mortem vero mariti sui eiecta fuit — ipsi beate elysabeth multis annis commorantes.* Eodem modo continuatur: « *Elysabeth ancilla quondam beate elysabeth lantgravio — recepto autem puero, quem male dimiserat, recessit* ». — « *Irmengardis* (F littera maiore rubri coloris scriptum est) *religiosa habitu griseo — in eodem hospitali, aliqua de multis conscripsimus.* Immediate sine ullo titulo vel distinctione continuatur: « *Licet autem veridica* etc. — *in secula seculorum amen* ».

Cod. D divisionem quadripartitam non habet, sed absolute incipit: « *Guda virgo gloriosa, cum esset circiter annorum quinque, adiuncta fuit beate Elysabeth in IIII° etatis sue anno. Hec requisita* etc. — *emiserat in manus magistri chunradi. — Isendrudis vidua religiosa de urilgav, que fuit in familia beate elyz. — que simul tunc erant familia beate elizabeth. — Post mortem vero mariti sui eiecta fuit de castro et omnibus possessionibus — et viderunt ea, ipsi beate elizabeth multis annis commorantes. — Elizabeth quondam ancilla beate eliz. langravie thuringie — et ipsa erant gaudens cum gaudentibus* ». Quae Mencken, 2026A-2026A habet: « *Item Elyzabet iurata dixit, quod cum esset apud oppidum Werden — Recepto autem puero, quem male dimiserat, recessit* », desunt in D et C. Ambo Codices Monacenses post « *gaudentibus* » continuant: « *Irmgardis virgo religiosa habitu griseo induta et quondam ancilla beate elisabeth — prolixitatem vitantes aliqua de multis conscripsimus* ». Tunc prosequuntur: « *Licet autem veridica tam testium iuratorum quam aliorum fide dignorum — in secula seculorum amen* ». — Dein in D litteris rubris: « *Hic finitur vita beate Elysabeth* ».

Cod. C. absolute incipit Parte II (Dicta Isentrudis interrupta sunt capite: « *Post mortem* », hoc caput in C perficitur verbis: « *et tandem cepit ridere dulciter in magna vultus hilaritate — multis annis commorantes* ». Dicta Elisabeth ancillae in C eodem modo breviatae sunt ut in D. Desinit C verbis: « *in secula seculorum amen* ». C et D titulos non habent, sed directe incipiuntur capita littera maiore.

Cod. G sic habet: « *Inter testes itaque quamplurimos super hiis receptos testis et status et cursus infantilis — Hec vita distinguitur — et approbata — Guta virgo religiosa, que cum esset circiter quinque annos adiuncta fuit beate El. — in manus magistri Cunradi* ». Litteris rubris: « *Explicit prima pars huius libri, incipit secunda: Isendrudis vidua religiosa de urselgove.* Post « *clenodia* » directe sequitur in G: « *valedixit parentibus* (parietibus), quia unum folium est amotum, unde exciderunt, quae apud Mencke, 2018B-2019C leguntur. Relique partes in G gaudent titulis praeter conclusionem. Post: « *fecimus conscribi* », continuatur litteris rubris: « *Conclusio vite beate Elyzabeth. Licet autem* etc. ».

Codices cum Cod. Bibliothecae Universitatis Lipsiensis = A. collati:

B. = Clm. 14126, qui continet *recensionem longiorem cum prologo* et *epilogo*.

E. = Cod. Ms. Q. 126 bibliothecae universitatis Wratislaviensis; item cum *prologo* et *epilogo*.

G. = Cod. N. 41 bibliothecae nob. familiae de Hedemann Deutsch-Nienhof; item cum *prologo* et *epilogo*.

F. = Cod. Perg. 25 codicum Collegii cathedralis Aschaffenburgensis adservatorum in Bibl. Regia Monachii; exhibet partem *Prologi*.

C. = Clm. 22231; continet *Epilogum* tantum praeter *recensionem longiorem*. Prologus et initium dictorum deest usque Mencke 2020A.

D. = Clm. 9506; etiam *Epilogum* tantum exhibet cum recensione longiore.

H. = Cod. Ms. N. 1770-77 regiae Bibliothecae Bruxellensis; exhibet *Epilogum*.

IV.

Incipit prologus super vitam beate Elyzabeth. (*a*).

[Fol. 3b]. *Ad decus et honorem divine clemencie ampliandum perhennem notitiam laudabilis* (*b*) *vite beate Elysabeth presenti etati innotescendam, futureque posteritati transmittendam fidelibus scripturarum apothecis* (*c*) *duximus committendam et exinde in pectorum* (*d*) *scriniis recondendam, ne historia digna memoria et conversacio imitacione dignissima abusione aboleatur aut cum labente tempore labatur, iter* (*e*) *deleatur sequendum, exemplum pereat amplectendum per* (*f*) *neglectus incuriam abeat* (*g*) *in oblivionem, quod posteris est cessurum in edificationem; aut forsan invida* (*h*) *pestis heretica supprimat et strangulet novercaliter, quod pia* (*i*) *nutrivit ecclesie devotio maternaliter. Nostra enim* (*j*) *Elyzabet vitiorum extirpatrix, virtutum fuit* (*k*) *plantatrix, scola* (*l*) *morum, exemplum penitencie, speculum innocencie, que singula breviter prosequamur* (*m*).

Numquid (*n*) *vicia non extirpavit* (*o*), *que eciam in regio statu posita vanitates fugiebat aliosque ab omnibus ad viam* (*p*) *levitatis tendentibus dehortabatur, que a se incipiens oculum proprie* (*q*) *consciencie purgabat, educens festucam* [Fol. 4a] *de oculo suo, macula carebat* (*r*), *ut eiceret trabem de alieno* (1), *stipulam forsan super edificatam Christi fundamento* (2) *in se igne caritatis consumens, ut lapidem et ferrum in proximo igne penitentie consumeret* (*s*); *que non ait cum pylato:* quod scripsi, scripsi (3) *sed cum dulci Iesu: quod dixi, feci;* Cepit *enim* Iesus facere et do-

(*a*) B Vita beate Elysabeth. — (*b*) laudabilis *om.* FG. — (*c*) B apotecis; *om.* F. — (*d*) E et exinde peccatorum (*sed hoc postea deletum*) pectoribus scriniis. B scrineis *correct. in* scriniis. — (*e*) E iterum. — (*f*) E et neglectus. — (*g*) E aberat! — (*h*) E invidia. — (*i*) E quod ipsa nutr. — (*j*) *Post* maternaliter *finitur in* F *Lectio I.; II continuatur* — facere et docere; enim *om.* F. — (*k*) fuit *om.* E. — (*l*) E sola morum. — (*m*) F subsequatur. — (*n*) A *semper habet:* numquit, F *modo* numquid, *modo* numquid; BEG numquid. — (*o*) E *om.* non.; BG extirpabat. — (*p*) B vitam. — (*q*) proprie *om.* G. — (*r*) B educens de oculo suo, BF (G que) trabe carebat. — (*s*) FE consumerent.

(1) Cfr. Matth. 7, 5; Luc. 6, 42. (2) Cfr. I Cor. 3, 11, 12. (3) Ioh. 19, 22.

cere (1). *Nonne superbiam calcabat, que nobilibus sublimior* (*a*) *eciam ancillis fuit humilior? Nonne iram evacuabat* (*b*) *cui semper dulcis Iesus in ore, que irascentibus dicere consuevit: ubi nunc dominus? irascebatur quidem* (*c*), *peccato, non homini, iuxta illud:* irascimini et nolite peccare (2); *et alibi:* iratus (*d*) dominus populo (3), *id est, peccato* (*e*) *populi. Numquid cuiquam temporalia invidebat, que nihil eorum sibi retinebat? Sciebat enim, quia superbia quemque privat deo, invidia proximo, ira seipso. Numquid avariciam* (*f*) *sectabatur, que regnum mundi contempsit, que omnia reliquit* (*g*), *quam caminus* (*h*) *paupertatis decoxit* (*i*) (4)? *Numquid luxuriam non extinguebat, que propriis lumbis precinctis* (5) *plurimas matronas ad continentiam inducebat? Numquid gulam sectabatur* (*j*), *que in mensa divitis mariti sui siti et fame affligebatur? Putasne accidia eam laborasse, somno vacasse in viduitate, que regio mariti thalamo se subtrahens, multas noctes ducens* (*k*) *insomnes, pia furta orationum, genuflexionum* (*l*) *et flagellorum marito furabatur?*

Sic igitur de septem predictis viciis principalibus (*m*) *strennuo conflictu gloriose trihumphans in multis eadem exstirpavit et per consequens virtutes eisdem contrarias benigna exhortacione et felici exemplo in quamplurimis plantavit, quia, ut ait sapiens* (*n*): *Viciorum egressus virtutum operatur ingressum* (*o*); *unde et sequitur: virtutum plantatrix* (*p*). *Hec namque agri proprie carnis fida excultrix, mentisque colona sollicita de agro pigri proximi* (*q*) *tribulos evulsit et spinas, in vinea domini sabbaoh plantans veram* (*r*) *vitem religionis, que multitudine* (*s*) *conversarum eius exemplo* extendit palmites (*t*) usque ad mare et usque ad flumen (*u*) propagines eius (6). In omnem [Fol. 4b] *quippe* terram exivit sonus (7) *ipsius* (*v*) *exempli, que feminei sexus apostola* (*x*) *cum voce* clamantis in deserto (*y*) *direxit* vias domini, rectas *fecit* semitas eius, prava *dirigens* (*z*) in directa et aspera in vias planas (8).

Sequitur scola morum: Huic scole cathonis censorica (*a*) *cedunt dogmata* (*b*), *senece* (*c*) *superatur moralitas politica, ubi gratuita sancti spiritus operantur karismata, que tarda nesciunt molimina* (*d*), *ubi magistro-*

(*a*) A sublimiorum. — (*b*) BEFG enervabat. — (*c*) BEFG quidem non homini, sed peccato, iuxta etc. — (*d*) E iratus est. — (*e*) GF peccatis. — (*f*) E avaritia. — (*g*) que omnia reliquit *om.* FG. — (*h*) E cacilinus! — (*i*) que regnum mundi etc. *ex Breviario Romano de Communi non Virginum VIII Responsorium.* — (*j*) BGF .... que regnum mundi contempsit (B *a recentiore manu* respuebat), quam caminus paupertatis decoxit? Numquid gulam sequebatur (B sectabatur), que in mensa divitis mariti sui (sui *om.* G) siti (*om.* B) et fame affligebatur? Nonne luxuriam estinguebat, que propriis lumbis pre (B suc) cinctis plurimas matronas ad continenciam inducebat; Putasne accidia etc. *Post* inducebat *finitur in F. Lect. III et incipit IV.* — (*k*) E duxit. — (*l*) E genufleccionum. — (*m*) EFG... de septem viciis princ. predictis B *om.* Sic igitur — ingressum, unde et. — F strennue; G strennui. — (*n*) E ut agit vir sapiens. — (*o*) Sic igitur — ingressum *om.* B. — (*p*) In F hic incipit Lectio V. — (*q*) E pigri hominis. — (*r*) veram *om.* E; B vitam. — (*s*) GF; multitudini. — (*t*) BE palmitem. — (*u*) B flumina. — (*v*) BE sonus eius ex. — (*x*) E apostolica. — (*y*) in deserto deest in FGB. — E duxit vias domini. — (*z*) BFG redigens, E rediens. — (*a*) BG censorini; F censorini Cathonis; E Catonis censorum. — (*b*) E dogma. — (*c*) F senecte. — (*d*) ex BG; A. volumina! St. Ambr.

(1) Act. 1, 1. (2) Ps. 4, 5; Ephes. 4, 26.
(3) Cfr. Deut. 1, 34; Iudic. 2, 14; Ezech. 7, 14. (4) Is. 48, 10.
(5) Luc. 12, 35. (6) Ps. 79, 12.
(7) Ps. 18, 5; Rom. 10, 18. (8) Marc. 1, 3.

rum optimus fecit (*a*) de celo repente *sonum* (1), ubi vult *spirans* (2), *aspirando dans spiritales esse homines* (*b*). *In hac* (*c*) *scola dei digito* (*d*) *eciam* in tabulis cordis *lapidei precepta et lex vite calamo* scribe velociter scribentis (3) *exarantur* (*e*). *In hac scola nostra evangelica discipula beata Elyzabeth* optimam partem *contemplacionis eligens sic preposuit, quod activam non postposuit, Mariam induit, Martham non exuit, nec* solam reliquit (*f*) ministrare, *ymo* (*g*) *cum ipsa satagens,* circa frequens ministerium (4) manum suam aperuit inopi et (*h*) extendit ad pauperes, agrum consideravit et emit, *in quo* de fructu manuum (*i*) *dedit,* plantavit vineam (5); *hospitale videlicet in pauperum solacium sempiternum* (*j*). *Ad* pedes *namque* domini (*k*) sedens *cum beatis,* qui audiunt et custodiunt verbum dei (*l*) (6), *audiebat verbum illius semenque seminantis in* (*m*) *bone terre germine confovens fecit* fructum *maximum* in paciencia (7).

Huius scole leccionem audiens (*n*), *quia sapuit affectui, mancipavit effectui, videlicet:* qui vult venire post me, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me (8); *item et aliam:* si vis perfectus esse, vende omnia que habes, *dans* pauperibus et sequere me (*o*) (9). *Nudata enim omnibus temporalibus in multiplici* (*p*) *cruciatu nudum Christum sequebatur, non cum aliis mulieribus de longe* (*q*) *spectans* (10) *sed cominus* (*r*) gladius *tribulacionum* animam *eius pertransivit* (*s*) (11). *Ipsa eciam scole spiritualis alumna* (*t*) *carnem suam* cum (*u*) viciis et concupiscenciis *didicit* (*v*) *crucifigere* (12), *se mundo et sibi mundum crucifigens* (*x*).

In hac scola discat [Fol. 5a] *omnis ociosus cum Yeronimo* (*y*) *semper aliquid operis facere, ut eum* (*z*) *dyabolus inveniat occupatum; in desideriis est enim* (*a*) *omnis ociosus. Hec enim nostra* fortis mulier (*b*) (13) manum misit ad forcia et digiti eius apprehenderunt fusum, quesivit lanam et linum et operata est consilio manum suarum, *dans* cibaria ancillis suis (*c*) (14). *In hac scola qui hactenus* (*d*) *putruit tamquam iumen-*

(*a*) BGF facit. — (*b*) EBFG repente de celo. B aspirando dat. — (*c*) E in scola dei etc. — (*d*) digito deest in E. — (*e*) *Hic incipit in F. Lectio VI.* — (*f*) G reliquid. — (*g*) BEF, G immo. — (*h*) B immo satagens circa fr. min. G apperuit. E (om. et *ante* extendit). — (*i*) BEFG et emit (B eum), in quo de fr. man. (GF suarum) plantavit etc. — (*j*) B in sol. paup. semp. — (*k*) domini ex EBF; *om.* A. — (*l*) dei *om.* F. — (*m*) BG in gremio bone terre et optime conf. f. fr. (GF centesimum) in pacientia. — (*n*) Audiens BFG: *om.* A. B: audiens, quia aperuit affectum, mancipavit effectum. — (*o*) item et aliam — sequere me *om.* B. — (*p*) E *om.* in; BGF corporis cruciatu. — (*q*) B de longe veniens. — (*r*) E sed dominus! — (*s*) B eius animam pertr. — (*t*) BFG apostolice sc. CGF specialis, B spiritalis. F columpna. — (*u*) cum BFG; et *om.* A. — (*v*) BG deditam cruc., FG deditam. — (*x*) BFG *add.* et rapinam (FG rapinas) bonorum suorum cum gaudio sustinebat (F sustinens) Cfr. Hebr. 10-34. *Hic finitur in F sermo in sex lectiones divisus; quatuor priores tantum ornatae sunt rubris initialibus, sed scriba solummodo lectionem I et II perfecte exornavit.* — (*y*) EG iheronymo. B. Ieronimo. — (*z*) E ut enim dyab.; in A ut substitutum pro ne eum. — (*a*) enim ex BG; E quia in des. est etc. — B in desiderio. — (*b*) G nostra Elyz. mul. fortis. — (*c*) B ad forcia et apprehendit fusum etc. — (*d*) E actines; G actenus.

---

(1) Act. 2, 2. (2) Ioh. 3, 8. (3) Ps. 44, 2; 2 Cor. 3, 3. Cfr. Exod. 34, 1; Prov. 7, 3. (4) Luc. 10, 40. (5) Prov. 31, 16. (6) Luc. 10, 39. (7) Luc. 8, 15: Matth. 13, 3 sqq. (8) Matth. 16, 24. Luc. 9, 23. (9) Matth. 19, 21. (10) Luc. 23, 49. (11) Luc. 2, 35. (12) Gal. 5, 24; 6, 14. (13) Prov. 31, 10. (14) Prov. 31, 19, 13, 15.

tum (a) (1) in stercore suo, *discat* (b) *sophismati dyabolice fallacie* (c) *obviando concludere, perplexas eius obligaciones ammodo non admittat, hactenus incaute receptas caute solvat et casset, dicat: cedat tempus vetustatis; induat* novum hominem (2), *convolet* (d) *ad frugem vite melioris; dicat: ad loycam pergo, que mortis non timet, ergo. Huius scole pigmentarius non tantum colliria oculis lippientibus* (3), *verum et* (e) *aliis quatuor sensibus paraliticis sudet* (f) *contra morbos inveteratos antydota* (g) *efficacia preparare.*

Sequitur exemplum penitencie.

Huius exemplo discat peccator ab illicitis abstinere (4), *que cum Daniele* (h) *a licitis eciam cibis regiis novit abstinere* (i) (5), *carnis motus calcare,* parvulos *suggencium* (j) *cogitacionum* ad petram *Christum allidere* (k) (6), stigmata *passionis eius* in corpore *iugi meditacione portare* (7), *abscondi* in foraminibus petre (8), *lavare* lacrimis (l) per singulas noctes lectum *consciencie, commissa deflere, postea commissa defleta non committere* (m), corpus *castigare* et in servitutem *redigere* (n), ab omnibus *tanquam* in agone *contendens* se (o) *abstinere* (9), *mundum spernere, nullum spernere, se sperni gaudere* (p), *gaudere, cum* maledixerint homines *calumniose et* (q) exprobaverint (10), *timere a domino argui* (r) (11) in furore *vel* (s) in ira *corripi vana non sequi, quia in seculo* vanitas vanitatum et omnia vanitas (12). *Hic namque quicquid* (t) *verum* (u) *suadet vel consummat* (v) *penitenciam, reperis sollicite requisitum.*

Sequitur speculum innocencie.

Hic intueatur peccator, quid imitetur (x) *iustus in quo delectetur; discat.* [Fol. 5b] *hic prodigus opes* (y) *non stulte simul effundere, sed caute dispergere cum ea, que non iactavit, sed* dispersit dedit pauperi-

(a) G putruit corrupit in putrivit; E ut inventum! — (b) G discat paralogismo et sophismati dyabolice fallacie non elenco apparente, sed vero contradictionis concludere sillogismo, impossibiles ammodo obligationes non admittat, actenus incaute receptas caute solvens, reducat perplexitates, cesset per interpretationem, dicat: cedat tempus, ad loycam pergo, que mortis non timet, ergo. In hac scola prudens viator studeat methodum invenire, immo inventam sequi a qua possit nichil repugnans dicens: ex omni virtutum problemate sillogizare. Huius scole pigmentarius ut in A. — (c) In hac scola — praeparare *om.* B. — (d) E cum vellet vite melioris. — (e) G verum et iam. — (f) G; A suadet. — (g) EG antidota B *om.* In hac scola qui — efficacia preparare. — (h) E peccator ad illius (instar?) abstinere ab illicitis. E Danigele. — G que cum viro desideriorum Daniele. — (i) que cum Daniele — abstinere deest in B. — (j) EG surgentium cogi. — (k) parvulos — allidere *om.* B. — (l) lacrimis *om.* BG. — (m) E commissa deflere, postea flendo non committere. — (n) commissa — redigere om. BG. — (o) se *om.* E. — (p) BG lectum consc., stratum prave consuetudinis lacrimis rigare, ab omnibus tanquam in agone contendens se abst. B mundum spernere. B nullum spernere. E mundum sese spernere, se sperni spernere, gaudere, cum etc. sic et B. G *om.* se sp. gaud. — (q) et *om.* E. — (r) E affugi, BE timeri a domino. — (s) vel *om.* BG. — (t) G quidquid. — (u) BEG veram. — (v) E consumit; BG repperis. — (x) BG Seq. spec. inn. In hoc legat peccator, quid (G quod) imitetur. A quicquid. — (y) E opus.

(1) Ioel. 1, 17. (2) Col. 3, 10. (3) Gen. 29, 17. (4) Eccli. 3, 32. (5) Dan. 1, 13, 15. (6) Ps. 136, 9; Cf. I Cor. 10, 4. (7) Gal. 6, 17. (8) Cant. 2, 14. — Ps. 6, 7. (9) I Cor. 9, 25. (10) Matth. 5, 11; Luc. 6, 22. (11) Ps. 6, 2; 37, 2. (12) Eccle. 1, 2.

bus (*a*) (1). *Discat hic avarus caritativam largitatem, superbia humilitatem, lubricitas castitatem, gula sobrietatem, effrons modestiam, impaciens letam ferre* (*b*) *molestiam; consideret quilibet vultum sui status in hoc speculo, peccator* (*c*) *macularum mendas abstersurus, virtutum germina innocens adaucturus. Mireris in huius forma speculi non figuram exemplarem, verum ipsam sanctorum precedencium effigiem* (*d*)*; in hoc enim nostro speculo beata* (*e*) *videlicet Elizabeth suam contemplatur* (*f*) *Daniel abstinenciam, suam Susanna innocenciam, suam Iob pacienciam. Cum Daniele namque viro* desideriorum *ab omnibus mundi desiderabilibus abstinuit, sola celestia desideravit* (*g*)*; cum Susanna lapidibus probrorum et falsorum criminum lapidatur* (2); *cum Iob eam non Chaldei spoliarunt, sed noti et* proximi vim faciebant (3), querentes animam *eius* (4), qui *secum* dulces cibos *acceperant* (*h*) (5); *nec tantum tres amici Iob ei* onerosi *fuerant consolantes* (*i*) (6), *sed* omnes videntes *eam* deriserunt *eam* (7), *et fuit* obprobrium hominum (*j*) *et* abieccio plebis, *cum apostolo* peripsema *facta* (*k*) (8), *pacienter rapinam bonorum suorum equanimiter et cum gaudio sustinebat* (9).

Veteris quidem testamenti exempla fidelia nostram Elizabeth fideliter commendarunt; sed numquid novum deerit aut tacebit? Persiliat Petri fiducia (*l*) (10), *procedat Zachei iusticia* (11). *Retis et navicule relictor* (12) *gratulatur* (*m*) *sibi, parem tam gloriosam repperisse sociam, cum qua fiducialiter dicat: domine,* ecce nos (*n*) reliquimus omnia et secuti sumus te (13). *Zacheus suas vinci elemosinas miratur* (*o*), *quia non tantum cum ipso* dimidium bonorum (*p*) pauperibus *distribuit, sed nichil prorsus sibi de omnibus retinuit. Exurgat beati Laurencii larga et fidelis erogacio, cuius instar omnes* (*q*) *huius facultates* in celestes [Fol. 6a] thezauros

(*a*) BG delectetur; discat (BG discit) avarus opes pauperibus non simul effundere, sed caute dispergere (B dispargere) cum ea, que non iactavit, sed dispersit, (*om.* G) dedit (*om.* E) pauperibus; legat lubricitas castitatem, gula sobrietatem, efferus modestiam, consideret quilibet vultum sui status in hoc speculo. (G effrens modestiam, impatiens letam modestiam), consideret G cuilibet et. Caetera *om.* BG usque: Sed hec actenus. In hoc speculo diligenter intuito iuvenis quidquid conducit ad patriam vel producit etc. *Caetera desunt.* — (*b*) E letam ferre molestiam. — (*c*) peccator deest in E. — G macularum mendas abstersurus peccator, virtutum aucturus pigmenta comtemplator. Mireris in etc. E virtutum adaucturus! — (*d*) G verum ipsam effigiem Iob, quam non Chaldei etc.; reliqua *om.* G. — (*e*) E beate. — (*f*) E contemplatus. — (*i*) G nec tres amici Iob ei tantum onerosi fuerunt consolatores, (*etiam in* E consolatores) *sed omnes videntes eam deriserunt, locuti sunt labiis* et cetera. In hoc (*g*) E sola des. celestia. — (*h*) E acceperunt. — speculo precipuam contemplare humilitatem. Hec enim humilis et digna est pedissequa eius, que virginitatis etiam tacito privilegio humilitatem, sine qua nec virginitas placuisset tamquam precipuam prerogativam allegavit aiens: quia respexit humilitatem ancille sue. In hoc speculo diligenter intuito iuvenis quidquid conducit ad patriam vel perducit. Set hec actenus breviter tetigisse sufficiat etc.; *reliqua om.* G. — (*j*) E omnium. — (*k*) E omnium peripsema A peripsima. — (*l*) E prosiliat. — (*m*) E gratulatus. — (*n*) nos *om.* E. — (*o*) E ammiratur. — (*p*) E bonorum elemosinas. — (*q*) E cuius omnis huius etc.

(1) Ps. 111, 9; 2 Cor. 9, 9. (2) Dan. 1, 1 sqq. 9, 23; 13, 1sqq. Iob. 1, 15. (3) Ps. 37, 12, 13. (4) Ps. 34, 4. (5) Ps. 54, 15. (6) Iob. 16, 2. (7) Ps. 21, 8, 7. (8) I, Cor. 4, 13. (9) Hebr. 10, 34. (10) Ioh. 21. (11) Luc. 19, 8. (12) Matth. 4, 20. (13) Matth. 19, 27.

manus pauperum deportaverant (*a*). *Prodeat in medium illius evangelice vidue devota oblacio* (1), *quam ipsius veritatis commendat approbatum* (*b*), *cum qua hec nostra beata vidua non tantum duo minuta, sed et totum victum suum misit* in gazophilacium *pauperum alendorum* (c), *in hoc illius superans devotionem, quod non tantum omnia sua, ymmo* (*d*) *et se ipsam egenorum ministeriis impendebat. Que etenim quondam sericis et auratis* (*e*) *procedere consueverat indumetis* (*f*) *in abiecto habitu et pannoso semet negligens, se nesciens, se abnegans, ipsa pauperrima pauperibus serviebat et eosdem mortuos cum Thobya sepeliebat* (*g*) (2).

O humilis (*h*) *huius regine nobilitas, o nobilis huius dei famule ancillaris humilitas! In huius itaque speculi libro sancti coniugii regulam lineariter exemplante legant; legant, inquam, et discant nostri temporis coniugate carnis petulanciam edomare, superflui cultus luxuriam amputare, preciosi habitus superbiam resecare, morum levitatem declinare, gestuum lasciviam refrenare, matronali gratuitate pudicicie constantiam declarare, scientes* (*i*), *ut dicit sapiens, impudicus oculus impudici cordis est nuncius. Studeant eciam humili subieccione et affectuosa devocione maritalem reverenciam honorare, casta generacione sancti tantum matrimonii adornare, fidelis thori prolem in omnibus, que bonis moribus conveniunt educare, fructum sui ventris* (3) *bona indole imbutum in hiis que religionem catholicam sapiunt informare.*

Speculentur et vidue in huius sui speculi exemplari, legant et discant desideratam continenciam, discretam abstinenciam, sui depressionem, superbie repressionem, corporis humiliacionem vidualem, mentis letitiam (*j*) *spiritualem, delectabilium parsymoniam, pauperum alimoniam, mirificam visitacionem infirmorum, beneficam consolacionem oppressorum, benignam matrem* [Fol. 6b] *egencium parvulorum, indefessam* (*l*) *tractatricem pauperum sordidorum. Studeant ergo continentes, de sola continencia non presumentes, huius nostri felicis vidue dignum exemplum imitari, de bene gestis non gloriari, humani favoris applausum non captare, cum omnia bene fecerint, se inutiles reputare* (4), *ferventer misericordie operibus insudare, ut ab omnium* (*m*) *bonorum retributore mercedem debitam valeant merito exspectare* (5).

Sed quid de virginibus dicam? Possunt et hee hic contemplari, quod ipsas deceat (*n*) *imitari. Conservent virginitatem* (*o*) *corporalem, caveant corrupcionem mentalem* (*p*), cum lampadibus *ardentibus* oleum *sumant in vasis cum prudentibus, cum fatuis non querant gloriam foris; intus sperent mercedem servati pudoris* (6). *Sic caute custodiant preciosum thesaurum virginei floris, ut iungantur cum novo cantico angelicis choris* (7), *observent castitatem, sectentur super omnia humilitatem, ut digne mereantur fieri* (*q*)

(*a*) E deportaverunt. — Cfr. *Brev. Rom.* 10 Aug. Ant. ad Mag. in II Vesperis *S. Laurentii.* — (*b*) E approbacio, *et antea* qua. — (*c*) E allendorum. — (*d*) E omnia, imo et se. — (*e*) E et annectis procedere. — (*f*) E indumiis, *quod etiam in A continebatur, sed postea mutatum in:* indumetis. — E *pergit:* post in ab. — (*g*) E tobia. — (*h*) E *om.* humilis *postea:* O nob. huius famule dei anc. — (*i*) E declinare, scientes *deletum* scientes, ut dicit sapiens. Studeant *(sic)* Cf. Marc. 7, 22. — E pergit: Studeat eciam humilis. — (*j*) E *om.* leticiam. — (*l*) E *om.* indefessam. — (*m*) E ut ab hominum bonorum. — (*n*) E doceat. — (*o*) E integritatem. — (*p*) *Ex* E. A maritalem. — (*q*) E figeri.

(1) Luc. 21, 2, 3. (2) Tob. 1, 19; 12, 12. (3) Luc. 1, 42. (4) Luc. 17, 10. (5) Eccli. 51, 38. (6) Matth. 25, 1 cum Homilia S. Gregorii Papae; cf. supra p. 466, n. 3. (7) Apoc. 14, 3.

pedisseque illius virginis gloriose, que virginitatis privilegium non ignoravit, et tamen humilitatis prerogativam allegavit, dicens: quod dominus sue ancille humilitatem *respexisset* (1), *sine qua nec virginitas placuisset.*

Triplex igitur ordo salvandorum, virginum, continencium, coniugatorum (*a*), *extra quos nemo salvatur, sicut per Danielem, Noe* (*b*) *et Iob* (2) *figuratur; hic invenit, quod sequatur, in quo uterque sexus ad paria iudicatur. Noverint itaque, quod si vigiles et humiles sponso venienti* (*c*) *obvie invenientur* (3), *cum leticia* regi virgines adducentur (4). *In hoc utique* (*d*) *nostro speculo beata videlicet Elyzabeth* (*e*) *diligenter* (*f*) *intuito reperies quicquid ab hoc exilio ducit, conducit ad patriam vel producit* (*g*).

Sed hec (*h*) *hactenus breviter tetigisse sufficiat, quia de hiis disserere non est presentis negocii, a quo sumus aliquantisper digressi. Nunc restat seriem historie* (*i*) *sepefate et semper dulciter nominande beate* (*j*) *Elyzabeth verbis simplicibus testium, ruditatem* (*k*) *cum rei veritate sapientibus* [Fol. 7a] *explicare. Pura enim et simplex debet esse fides testimonii, nichil habens adieccionis extrinsece, cui si testis vel examinator inconcinne quid adicit, eius fidei derogat, modicoque fermento* totam massam corrumpit (5) *et potest non immerito argui falsitatis; non enim rithmico, metrico vel prosayco alti stili est hic locus dictamini, sed nude attestacioni et districto examini. Veritatis namque amica simplicitas* (*l*) *verborum folia aspernatur, troporum faleras* (*m*) *dedignatur, proprio confisa presidio non nititur alieno subsidio, non recipit* (*n*) *suffragiorum aminicula* (*o*), *tergiversacionum non querit diverticula, rethorico refugit* (*p*) *colore fucari, nativo gaudens adornari, tullianam calcans eloquenciam, virtutum prefert affluenciam* (*q*), *effrenatam castigans intemperiem moderate, verbi redimit pauperiem morum venustate. Inter testes itaque quamplurimos super hiis receptos testis* (*r*) *status et cursus infantilis*

Hec vita distinguitur in quatuor partes:

Prima continet statum (*s*) *infancie et puericie usque ad annos nubiles.* Mencke, 2012 B — 2014 A.

Secunda statum matrimonii. Mencke, 2014 A — 2019 A.

Tercia statum soluti matrimonii post mortem mariti usque ad religiosi habitus suscepcionem (*t*). Mencke, 2019 A — 2024 A.

Quarta usque ad mortem ipsius. Mencke, 2024 A — 2032 B (*u*).

(*a*) E *om.* coniugatorum. — (*b*) E Noe Noe. — (*c*) E advenienti. — (*d*) E In hoc igitur. — (*e*) E *om.* Elyzabeth. — (*f*) Ex BEG; A diligenti, et *postea* repperies. — (*g*) BEG perducit. — (*h*) G Set. BEG actenus. — (*i*) G. *om.* historie; B sepe fari. — (*j*) G *om* beate: B dulciter semper. — (*k*) Ex BEG; A inclitatem; *Boerner putabat legendum:* indicatam, *Mencke* indigitatam (Cfr. NA XXXIV, 483). B *om.* cum rei veritate, *et postea:* nichil habens — argui falsitatis; B altu stili. — (*l*) E simplicitatis. — (*m*) G phaleras. — (*n*) EG nec recipit. — (*o*) E adminicula, G amminicula. — (*p*) F refugia. — (*q*) Ex EG. — A effluenciam, *Mencke legit* profert. B *om.* veritatis namque — morum venustate. — (*r*) G et status, B et mutavit in est (status). — (*s*) *Vide supra divisionem singulorum codicum.* (Cfr. NA XXXIV, 478). H: Hec vita beate Elysabeth quondam lantgravie Thuringie distinguitur in quatuor partes. E continet infancie etc. — (*t*) B usque ad religionem habitus assumptionem; GH assumptionem. — (*u*) H Ex tunc usque etc.; BEGH *post* ipsius: Ultimo annexa (E annexsa) sunt miracula, que post mortem dominus ad tumbam eius per ipsam (BG pre ipsa, H per ipsa operatus est circiter CL per testes ydoneos

---

(1) Luc. 1, 48. (2) Dan. 1, 1 sqq. Gen. 9, 1 sqq. Iob. 1, 1 sqq. (3) Matth. 25, 6. (4) Ps. 44, 15. (5) I. Cor. 5, 6; Gal. 5, 9.

Conclusio vite beate Elyzabeth.

[Fol. 22 b]. *Licet autem veridica* (*a*) *tam testium iuratorum quam aliorum fide dignorum* (*b*) *certissime constet et indubitate* (*c*) *de multis revelacionibus* (1) *ipsius* (*d*), *de angelicis visionibus et allocucionibus nec non quod ipse dulcis paraclitus* (*e*) *Ihesus Christus* facie (*f*) ad faciem ei *apparens* (2) *confortabat ipsam et consolabatur multitudine sanctorum et celestis milicie concomitatus* (*g*), *sicut serenissimus vultus eius ingens* (*h*) *gaudium, sepe cum iam iaceret* (*i*), *in extasim rapta, representabat et ipsa quibusdam religiosis* (*j*) *postmodum recognovit; tamen quoniam, ut* (*k*) *supra dictum est, ipsa hoc occultans supprimebat, metuens ab hominibus ob hoc* (*l*) *venerari et forsan extolli adulacionis vento, que* in domo *domini* (*m*) *elegerat esse abiecta pocius,* quam habitare *in palaciis* (*n*) peccatorum (3): *nos hec* (*o*) *pocius censuimus, quantumlibet vera, reticenda* (*p*) *quam presumptuose asserenda. Figmentorum quippe aspernatur adminicula* (*q*) *quam vita predicat laudabilis, conversacio commendat admirabilis, commemoracione quidem digna, imitacione vero dignissima, cuius meritis testimonium perhibet testis omni excepcione maior, qui nec fallit nec fallitur, cuius sanctitatem* (*r*) *multiplicata miraculorum clamat copia sic notoria et indubitata, quod et si* (*s*) *tacerent homines, lapides clamarent* (4); *quorum diversitates, tytulos et* (*t*) *distincciones suo loco et tempori* (*u*) *relinquentes preterimus. Inter que innumera* (*v*) *hec breviter duximus tangenda* (*x*), *quod cum multorum, puta sedecim* (*y*) *ad minus, mortuorum sit potens suscitatrix; hanc graciam cum pluribus sanctis* (*z*) *habens comunem, quibus id concessum a domino reperitur, eam in illuminacione ceci nati specialis muneris privilegio tamquam ex milibus electam* (*a*) *decoravit, quod raro preter salvatoris personam cuiquam datum legitur, ante quem* a seculo non *fuit* auditum (5), *qui nulla* [Fol. 23 a] *prorsus habuit* (*b*) *instrumenta visus, sed super locum oculis naturaliter deputatum* (*c*) *plenam* (*d*) *et integram pellem sicut* (*e*) *in genis et in fronte, religiosis te-*

---

sollemniter etc.) est operatus; ex infinitis quedam (E que electa loco quedam) circiter centum quinquaginta per testes idoneos solemniter et sufficienter probata, que in curia romana examinata sunt et approbata. (E. approbata et recta). — (*a*) B Et licet plurima — H veridicatam. — (*b*) E dignissimorum; H digorum. — (*c*) *Sic* BCDEG. A indubietate. H *postea ex* indubitate *fecit* indubietate. — (*d*) H ipsius beate Elysabeth. — (*e*) BD paraclytus. — (*f*) BCD facie ei apparens. — (*g*) CG comitatus. — (*h*) C iuge, D vigens. — (*i*) iam *om. reliqui codd.* C cum iacebat. C representabit *correxit in* representabat. — (*j*) quib. religiosis *om.* G. — (*k*) H quomodo et supra; G *om.* quoniam. E quomodo supra dictum est. B subprimebat. — (*l*) E ab hoc venerari. — DB ab omnibus D ob hoc ven. — (*m*) BCD Dei. — (*n*) C. tabernaculis; habitare — pocius *in* H *a recentiore manu in margine additum.* — (*o*) C Nos ergo. — (*p*) BCD caute recitare; GH caute recitanda. — (*q*) BCEG amminicula et postea ammirabilis. B imitacione dignissima. — (*r*) CD cuius sanctitate. — (*s*) BCD quod si. — (*t*) CDEG titulos; E *postea om.* et. — (*u*) BCD loco suo et tempore. — (*v*) H Itemque innumera. BCD Inter que hic numerata B breviter duximus tangenda, quod. — (*x*) E tangendo. — (*y*) BCDEG XVI. — (*z*) E *om.* sanctis. — (*a*) E electa. — (*b*) C habuit *ponit post* integram (h. pellem). — (*c*) C deputavit *correxit in* deputatum. — (*d*) BCDEGH planam — B pellere. — (*e*) E sicud, *rel. codd.* sicut.

---

(1) II Cor. 12, 1. (2) I Cor. 13, 12. (3) Ps. 83, 11.
(4) Luc. 19, 40. (5) Ioh. 9, 32.

stibus multis (a), *qui rem in ipso actu, tunc cum fiebat, viderunt et ante et post. Cuius rei processum et seriem alias credimus prosequendum* (b).

Item et duximus annectendum, quod in die translacionis eiusdem *sanctissimi corporis, postquam in capsa* (c) *plumbea fuit repositum, sublatum de terra sub* (d) *testimonio religiosorum, sarcofago* (e) *proximo die post aperto pro reliquiarum distribucione, repertum est oleum mirifici odoris de ossibus eius in bona quantitate manasse, quod et hodie inspicientibus patet et fide nobis constat oculata* (f), *quod* gutte *tamquam* roris super *gramen vel* herbam *decidentis* (g) *stant et distillant* (1), *illisque decidentibus* (h) *vel abstersis, alie paulatim renascuntur subtilissime quasi sudor de poris evaporans.*

Hec autem reverenda dei famula (i) *carnis iura natureque* (j) *debitum exsolvens* tredecimo (k) kalendas decembris decessit *migrans ad Christum, carnis soluta ergastulo, cuius* (l) *materiam terre, spiritum deo reddidit, terreno* cesari (m) que sunt cesaris, et que sunt dei deo (2). Et factus est in pace locus eius (3) *et livor emulorum post fata* (n) *quievit et* obstructum est os (o) loquencium iniqua (4). *Honorificeque sepulta est in capella hospitalis* (p) *in Marpurch quam plurimis* (q) *abbatibus et religiosis, nullo vocante* (r), *divina providentia ibidem coadunatis. Ad cuius tumbam, ipsius meritis suffragantibus, cecis lumen, surdis auditus redditur, claudus graditur, mutus loquitur, captivi compedes et carceres evadunt, paralitici, epilentici* (s) *et frenetici curantur, demoniaci liberantur,* mortui resurgunt, leprosi mundantur (5), *et catervatim ruens populus, in variis morbis subsidium consequitur optatum* (t). *Item quod quisque cum debita humilitate petit, accipit, quod cum vera* (u) *alacri-* [23 b] *tate querit, invenit, cum instancia devocionis pulsanti ianua gratie aperitur* (6). *Non solum autem corporalis morbus hic remedium invenit et medelam, ymmo et spiritalis* (v).

Quidam enim clari (x) *sanguinis et sublimis prelacionis horrendis viciis intricatus lubrico* (y) *carnis miserabiliter et detestabiliter laborabat, qui sepe confessus post multiplex recidivum* (z) *fere desperavit; tandem veniens ad sepulcrum beate* (a) *Elyzabeth in multa devocione, lacrimarum*

(a) G testibus multis et ante et post. Cuius rei etc. — (b) BCD Cuius rei proc. et ordinem (B alias credimus prosequendum) duximus annectendum. Item et hoc *sic et* BG; H Cuius rei processum et ordinem al. (die) credimus persequendum; sed rubra linea iterum deletum. — (c) D cabsa. — (d) BCDGH de terra sigillatim (B sigillarum) episcoporum et prelatorum sigillis sub test. — (e) BDEG sarcophago. — (f) C occulata, G occulta, B occultata. — (g) CDG descendentis. — (h) C illis decid.; E. de-scillentibus; *sed deletum et in sequenti linea* cidentibus *legitur*. — (i) E Hec aut. dei famula reverenda. — (j) C iuraque nature D iuraque natureque. A nature; BDEGH natureque; sudor *om.* B. — B persolvens. — (k) BC DEG XIII. — (l) HCDEGH cuius. A eius. B spiritum reddidit deo. C. terreno (bis)! — (m) BCD Cesari que sua sunt et que etc. — (n) C post facta. — (o) os *om.* C. — (p) hospitalis *om.* A; *sed est in* BCDEGH; E in Marburg. *Alii.* — (q) *Codd. om.* in; C *hic et deinceps* Marchpurc; D Marhpurch; BH Marburch; AB quampluribus; CDEGH quamplurimis. — (r) CD vacante. — (s) E epilemptici; G *postea om.* et. — (t) E obtatum. — (u) vera *om.* C. — (v) BCD hic invenit medelam, immo et spiritalis. (EG immo). — (x) E cleri. — (y) lubrico *om.* G. *Scriba reliquit hic spatium vacuum fortasse, quia originale legere non poterat.* — (z) G remedium; E residium! — (a) CD beatissime Domine Elisabeth; G. Elisabet.

(1) Deut. 32, 2. (2) Marc. 12, 17; Luc. 20, 25. (3) Ps. 75, 3. (4) Ps. 62, 12. (5) Luc. 7, 22. (6) Matth. 7, 8; Luc. 11, 10.

fluvios cum intima cordis fundens contricione, oracioni non perfunctorie, sed diutissime ferventer insistebat, quousque ibidem quandam spiritalem consolacionem accepit (a), *magistro Conrado de Marpurch, confessori suo, diu* (b) *postmodum cum magna significans attestacione, quod stimulus carnalis* (c) *lubricitatis sic in ipso erat extinctus, quod postea* (d) *non apprehendit eum, ut prius temptacio vehemens, sed vel nulla vel tam levis, cui facillime* (e) *resistebat.*

Idem et (f) *in aliis, spiritu superbie inflatis et quibuscumque aliis viciis* (g) *spiritalibus et mentalibus* (h) *laborabant, evenisse compertum est. Cum igitur tuba clamet* (i) *evangelica:* beati qui esuriunt (j) et siciunt iustitiam (1), *ad nostram patronam, nostram dominam, nostrarum culparum transferamus* (k) *advocatam, illam gloriosam Elyzabeth. Elizabeth* (l) *quippe dei mei saturitas interpretatur. Saturavit autem Christum in membris suis ipso* (m) *attestante qui ait:* Quod (n) uni ex minimis meis fecistis, michi fecistis (2).

Festinet (o) *omnis famelicus, festinet omnis sitibundus reficiendus* (p); *ament eam* (q) *pueri filialiter, quos ipsa* (r) *pavit maternaliter, venerentur in ea puernli suam nutricem, iuvenes iuvenum mortuorum suscitatricem, virgines castitatis amatricem* (s), *senes suam sustentatricem, infirmi suam visitatricem* (t), *merentes suam* (u) *consolatricem. Invocet eam* (v) *afflictus subvenientem, crimino-* [Fol. 24 a] *sus restaurantem vel reformantem, virtuosus confortantem* (x), *debilis medicam sanantem* (y), *egenus saciantem.* Dispersit *namque,* dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum (z) (3) et elemosinas illius *narret* omnis ecclesia (4). *Invocet eam omnis in quacumque tribulacione opis* (a) *indigus* (b). *Invocet eam presentis vel future salutis cupidus. Ipsa namque cum Iob et in* (c) *regio statu fuit merencium consolatrix, egencium saciatrix, allisorum reparatrix. Apud* (d) *eam attenta supplex* (e) *fervens condita lacrimis* (f) *oracio nescit repulsam,*

(a) CD quandam spiritalem accepit consolacionem. — (b) CD a magistro Chunrado de (C) Marchpurc; (D) Marhpurch. G confessori suo de Marpurch diu. — (c) G carnis lubricitatis. — (d) G postmodum. — (e) E facilime. — (f) C Idem etiam. — (g) E vicibus. — (h) E spiritualibus. H vel mentalibus; CD *om.* et mentalibus. — (i) CD clamaret. — (j) H essueriunt *correxit in* esuriunt. — (k) A transferamus; CDEGH confugiamus; EGH *in loco, ubi in* A transf. *legitur,* CD *habent* ad nostram dominam, nostrarum culparum advocatam illam gloriosam Elyzabeth (D Elisabeth) confugiamus. — Quidam enim clari sanguinis — gloriosam Elyzabeth *om.* B. — *K. Wenck* (NA 466 et 501) *retinendum putat* transferamus, *quamvis omnes alii Codices* confugiamus *scribant. Retinui lectionem Cod.* A, *quia vix praesumi potest scribam postea mutasse* confugiamus *in* transferamus, *cum talis versio sit inusitata.* — (l) H. Elysabet; Elyzabeth quippe; B Elysabeth vero. — (m) E suis ipsa ipso; H atestante. — (n) H. Que uni ex. — (o) E Festines. — (p) D refficiendus — reficiendus *om.* B. — (q) E eum. — (r) ipsa *om.* A; sed est *in* BCDGH — BCD materialiter. — (s) GE *om.* virgines castitatis am. G *om. etiam* senes suam sust. — (t) BCD *om.* infirmi suam vis. — (u) suam ex CD; *om.* AB. — (v) C Invocet autem. B *om.* vel reformantem. — (x) Virt. conf. *om.* A; est in CDEH. — (y) CD debilis medicina sanantem. Dispersit etc.; B namque *om.* — (z) BCDE *add.* seculi. — (a) BE operis. — (b) *Ex* D. ABH indignus, C indiguis. — (c) H et *delevit substituens* in (reg. statu); B *om.* egencium saciatrix, *et pergit:* O dita oracio nesc. rep., moram. — (d) ACDG aput. — (e) C supplens *correxit in* supplex. — (f) CDEGH lacrimis condita oratio.

---

(1) Matth. 5, 6. (2) Matth. 25, 40.
(3) Ps. 111, 9; II Cor. 9, 9. (4) Eccli. 31, 11.

moram non patitur, que in propriis passionibus compati, in propriis miseriis quondam didicit misereri, que larga, ymo (*a*) *prodiga operum misericordie pauperum preces* (*b*) *exaudire, ymo* (*a*) *precum affectus novit prevenire. Ad ipsam tamquam singulare refugium cum fiducia gracie humiliter confugiamus singuli, suppliciter recurramus universi. Currat eger corpore, currat eger mente* (*c*), odore unguentorum (1) *eius sanandus* (*d*).

Laudet in ea gloriam creatoris omnis etas, omnis sexus, laudent in ea (*e*) *ut supra dictum est* (*f*), pueri dominum (2). Iuvenes, virgines (*g*), senes cum iunioribus laudent, *in ea* nomen (*h*) domini (3). Laudent *in ea* omnes gentes dominum et collaudent (*i*) *omnes populi* (4), *et quia laudant* eam in portis opera eius, omnis spiritus *in ea* laudet dominum (5) (*j*). *Laudemus in ipsa* (*k*) *divinam clemenciam, singuli singulariter, universi universaliter* (*l*). *Laudemus in specie, laudemus in genere, quatinus ipsius patrociniis suffragantibus aperto pessulo ostii* (*m*) *misericordie nos* (*n*) ad cenam agni *is, qui multos vocavit, paucos* (*o*) *elegit* (6), *cum electis introducat et ad suas nuptias amictos veste nuptiali, accensis lampadibus* (7) *sumptoque in vasis oleo* (*p*) *perducat ipse sponsus ipsius* (8), *propter quem regnum mundi et omnem ornatum seculi contempsit, quem utique vidit, quem vere* (*q*) *dilexit, in quem firmiter credidit, Iesus Christus dominus* (*r*) *noster, cui est* gloria in secula seculorum amen (*s*).

Wiedenbrück, (Westfalen). P. Diodorus Henniges, O. F. M.

(*a*) BCDEGH immo. — (*b*) E preces ad pauperes. — (*c*) E currat eger mente, currat e. corp. B currat mente; A ungentorum. — (*d*) BCD saturandus. — (*e*) C Laudent in ea gl. conditoris et postea *om.* in ea; B Laudent. — (*f*) CDEGH prout supradictum est. H supra tactum est. — (*g*) virgines *om.* H. — (*h*) C nomen delevit. B *om.* laudent in ea, ut — domini. — (*i*) C eam; B et quia laudent. — (*j*) G omnis in ea spiritus laudet dominum. — (*k*) BCD in ea divinam. C universi, (*bis, sed semel deletum*). — (*l*) E *om.* Laudemus — universaliter; — B quatenus ipsius suffr. patr. — (*m*) CG hostii. — (*n*) nos *om.* hic H *a recentiore manu additum ante introducat;* B hic qui. — (*o*) C pauperes paucos elegit; pauperes *deletum est linea transversa.* — (*p*) BCD sumptoque oleo in vasis. — (*q*) vere *om.* BCD. (Cfr. *Brev. Rom. Commune non Virginum,* VIII Responsorium). — (*r*) E dominus (*bis*). — (*s*) H Ego Nycholaus scripsi hanc vitam in nomine domini nostri Ihesu Christi. Amen. Valete.

His verbis Huyskens permotus est, ut Nicolao monacho vitam sic ampliatam tribueret non solum ut scribae, sed etiam ut scriptori, quam opinionem Wenck (NA, 459) *refellit.*

E *haec addit:* amen. Hic finitur vita Ely. Conradus de marburch verbi dei predicator universis presentem paginam inspecturis salutem in eo qui est salus omnium et salvator; inspeccione presencium instruantur et audiant universi de conversacione beate memorie elysabeth lantgravie et de vita eius summam vobis vobis scribo. Duobus annis antequam mihi commendaretur vivente marito suo confessor eius extiti et ipsam querulosam reperiens, quod aliquando fuerat coniugio copulata, quod in virginali flore non poterat presentem vitam terminare eodem tempore marito suo in apuliam ad imperatorem proficiscente per universam alemanniam caristia gravis est exorta ita ut multi fame morerentur. Iam soror eius cepit pollere virtutibus, quoniam sicut in omni vita sua fuerat consolatrix, ita cepit esse famelicorum reparatrix, precipiens sibi iuxta quoddam castrum suum hospitale fieri, in quo plurimos et debiles recollegit.

Hac exhortatione ad universum populum ex epistola Conradi (Huysk. 156) *desumpta finitur in* Cod. E. *vita haec b. Elisabeth.*

---

(1) Cant. 1, 3. (2) Ps. 112, 1. (3) Ps. 148, 12. (4) Ps. 116, 1. (5) 150, 6; Prov. 31, 31. (6) Matth. 20, 16; Marc. 10, 31, Luc. 13, 30. (7) Matth. 22, 11; 25, 10. (8) Apoc. 19, 9.

„ DIFFINITIONES "

CAPITULI GENERALIS O. F. M. NARBONENSIS (1260).

Praeter editionem novi legum seu Constitutionum codicis, quo veteres Romae (1239) promulgatas addendo, minuendo, mutando taxandoque reformavit, iuris etiam publici certa fecit capitulum generale Narbonae decreta, sicut in ceteris eveniebat Minorum capitulis. Haec quidem decreta communiter illa aetate « Diffinitiones » vocabantur ex « Diffinitorum » nomine, quod « ministris et uno subdito de qualibet provincia in provinciali capitulo ad generale electo (1) » tribuebatur.

Quae fuerunt Narbonae sic edita, pluries typis expressa sunt. Iam leguntur in libro *Firmamenta trium ordinum*, Parisiis 1512, p. I, fol. XXIIIIv-XXVv, et Venetiis 1513, p. I, fol. 29v-30r. Ea denuo ediderunt cl. P. Fr. Ehrle, s. i., in *Archiv für Litteratur- und Kirchengeschichte* (ALKG), VI, p. 33-35, iuxta Cod. 7339 bibliothecae Vaticanae (2) et tandem cl. G. Little in *English historical Review*, XIII, p. 703 sq., iuxta Cod. 207 olim bibliothecae D. Phillipps in Anglia.

Verum, sincere fatemur, his non evulgari textum ex omni parte genuinum aut absolute integrum. Quem praebent *Firmamenta* non est authenticus in tota parte secunda ab illis verbis *Item sollicite servetur* ad finem: ex variis enim articulis dicta pars constat hinc inde sumptis, sive prius habeantur in Constitutionibus generalibus vel in ipsamet prima parte « Diffinitionum » Narbonensium legantur; porro omnia, quae infra computantur a num. 15 ad num. 28, penitus in eo deficiunt. Uti fuit editus a P. Fr. Ehrle, pariter absque dubio mutilus est, cum subito cesset post num. 21. Neque videntur genuini tres articuli, qui iuxta Cod. 207 Phillipps immediate sequuntur eumdem num. 21, cum S. Hilario et S. Christina iam officio IX lectionum secundum *Ordinationes divini officii* (3) colerentur et ordo Minoriticus temporibus Alexandri papae IV (1254-1261) cardinali protectore careret (4).

---

(1) Verba sunt Constit. general. cap. XI, apud S. Bonav. *Op. omnia*, VIII, 462. Ehrle, ALKG VI, 184.

(2) Usi sunt novi editores S. Bonav. *Opera*, VIII, 464 sq., codice 7339 Biblioth. Vaticanae, post cuius textum posuerunt additamentum apocryphum, quod praebet liber *Firmamenta*.

(3) § 22, ap. AFH III, 67.

(4) Philippus de Perusio, *Epist. de Card. protect.: Quamvis requisitus, nullum cardinalem dare voluit ordini.* Item, *Catalogus Gen. Min.: Regimen ordinis, quod episcopus Hostiensis existens prius habuerat, noluit alteri committere.* AF III, 710, 698; MG SS XXXII, 681, 663.

Novus econtra, qui in lucem profertur, sic se habet « Diffinitionum » Narbonensium textus, quod appareat integer et ex toto genuinus. Tanti etiam pretii est, ut nullus sit, qui non ea miretur, quae continet sua pars inedita. Omnes indubiae authenticitatis notas prae se fert. Invenitur in Cod. 106 bibliothecae fratrum Minorum Conventualium Friburgi in Helvetia, qui ex documentis miscellaneis per diversas manus saec. XIII et XIV scriptis constat, nostro potius ad saec. XIII ascendente.

Antequam vero « Diffinitiones » iuxta istum Cod. iterum praelo subiiciantur, rem forsan haud inutilem operabimur, si pauca praemittamus ad lucem in huiusmodi spargendam articulis, qui brevi commentario videntur egere. Cum autem ibi capitulorum Metensis et Romani (1257) mentio fiat, occasio oblata est bona profundius inquirendi, quo anno Metense celebratum fuerit, et consequenter, utrum supradictae *Ordinationes divini officii*, quas erudito recenter illustrans apparatu publicavit (1) d. P. H. Golubovich, O. F. M., non potuerint post annum 1254 emanasse. Tales quaestiones et notas eo magis ad rem esse, sicque iudicari speramus, quod erunt per ordinem textus distributae et clariore quo poterit modo tractatae.

§ 1. *Et, istis publicatis, veteres destruantur.* Illi mandato fuisse ad litteram ubique obtemperatum censemus, cum nullum hucusque primitivarum Constitutionum generalium exemplar, nec fragmentum inventum sit. Tam rigorosae ordinationis ratio aliqualiter dabitur, si putemus capitulum generale noluisse coexistentiam duplicis Constitutionum codicis, quorum posterior priorem supponendus est in pluribus modificare vel in nonnullis gravioribus ei contraire. Quidquid sit, alteri simili ordinationi merito comparatur, qua, sex post annos, capitulum generale Parisiense (1266) decrevit *omnes legendas de beato Francisco olim factas deleri* (2).

§ 2a. *Usque ad sequens capitulum generale littera breviariorum et missalium corrigatur.* Iam binos in *Ordinationibus divini officii* capitulum Romanum (1257) (3) inseruerat articulos, qui sic sonant: « Provideatur, quod antiphonaria uniformiter corrigantur; item ordinetur de legenda beati Francisci, ut de omnibus una bona compiletur ». Audacter incepta per encyclicam *Quia sicut indubitanter* (4) capituli Metensis (1255), resumpta per *Ordinationes* capituli Romani, praesenti prosecuta decreto Narbonensi, ad finem deducta in subsequentibus capitulis, reformatio liturgica paulatim his elaborabatur conditionibus, quod officium fieret uniforme mediantibus libris correctis.

§ 2b. *Secundum ordinis approbatam consuetudinem.* Verbo *consuetudinem* similiter utitur regula S. Clarae, ubi legimus: « Sorores

(1) In AFH III, 55-81. Clarus editor pro anno 1254 militat. Inferius ut veriorem defendemus sententiam, iuxta quam *Ordinationes* redactae sunt circa a. 1257.

(2) Sunt ipsamet verba decreti, apud Rinaldi, *Seraph. viri Francisci Assisiatis vitae duae*, Romae 1806, p. XI; *English hist. Review* (EHR), XIII, 1898, 704; Ed. Alenconiensis, *S. Francisci Assisiensis vita et miracula*, Romae 1906, p. XLII.

(3) Bini art. citati numerantur respective §§ 73 et 74 AFH III, 76.

(4) Wadding, ad a. 1249, n. 2.

litteratae faciant divinum officium secundum consuetudinem fratrum Minorum »; item eo utuntur bullae *Inter alia* (6 oct. 1255) et *Virtute conspicuos* (2 aug. 1258) (1), in quibus scribit Alexander papa IV: « Iuxta eiusdem ordinis consuetudinem observatam hactenus ». Lectio igitur « secundum ordinis constitutiones approbatas », quam dant *Firmamenta trium ordinum,* prorsus relinquenda est, utpote quae non MSS. codicibus et documentis parallelis opponatur tantum, sed nec cohaereat cum articulis 1 et 17 nostrarum « Diffinitionum », quibus Constitutiones ordinis antiquae, necnon praecedentium generalium ministrorum abrogantur decreta.

§ 4. *De cetero nullus capiatur locus, ubi fratres absque congregatione bladi....* Inter abusus, quos vehementer optat corrigendos, contra illum, de quo in praesentiarum agitur, denuo invehit capitulum generale Assisii (2) (1269): « Adhuc » inquit « ad extirpationem malorum in nostro ordine pullulantium, ne succrescant, iniungimus visitatoribus universis, ut, si quas inveniant provincias viciosas in congregatione bladi.... tam ministros quam provincias teneantur accusare capitulo generali ».

§ 10. *Generalis non vult, quod minister provincialis....* Articulus iste ministris indicit conditiones pro receptione noviciorum, quando postulans non est in territorio sibi subdito, ius insimul eis agnoscendo strictum, licet restringibile, alium delegandi ad huiusmodi effectum. Huius quidem iuris bulla *Quo elongati* (28 sept. 1230) (3) contrarium fortiter statuerat hisce verbis: « Cum iuxta eamdem regulam aliis quam ministris provincialibus fratrum receptio committi non valeat, multo minus potestatem habeant provinciales ministri hoc aliis committendi, quibusmet et non aliis est commissum ». Quo non obstante decreto, per bullam *Gloriantibus vobis* (19 iun. 1241) (4) idem pontifex postea indulsit, ut sub certis conditionibus suas aliis vices committere valeant ministri provinciales. Similia omnino repetit bulla *Ordinem vestrum* (14 nov. 1245) (5) Innocentii IV, quam renovavit Alexander IV 20 febr. 1257. Iuri ergo vigenti « diffinitio » Narbonensis plene concordat.

§ 13a. .... *sicut fuit in capitulo Methensi.* Quo anno celebratum sit generale Metense capitulum, sententiae circumferebantur hactenus variae. Tossinianensem et Waddingum imitando, PP. Ehrle et Holzapfel cum turba scriptorum illud anno 1249 assignarunt, aliis paucioribus interim a. 1251, seu 1253, aut 1254, vel etiam 1255 eligentibus (6). Ex eo tanta solet apud auctores diversitas prove-

(1) Sbaralea, *Bull. Franc.*, II, 109, 436; Eubel, *Epit. Bull.*, 814, 1004, XXXV.
(2) Little, EHR XIII, 706. (3) Sbaralea, BF I, 56; Eubel, *Epit.*, IV.
(4) Sbaralea, BF I, 345; Eubel, 311. (5) Sbaralea, BF I, 114; Eubel, XI.
(6) Pro 1249 stabant Wadding, ad a. 1249, n. 1; Ehrle, ALKG VI, 30 sq.; Holzapfel, *Manuale,* 28 et 623; P. Rodulph. Tossinianensis, *Historiarum seraphicae religionis libri tres,* Venetiis 1587, f. 238 r.; pro 1251 Golubovich, AFH III, 60; pro 1253 Affò, *Vita del B. Giovanni da Parma,* Parma 1777, p. 49; pro 1254 G. Little, *Tractatus Fr. Thomae,* Paris 1909, 127; pro 1255 Ubaldus Alenconiensis, *Etudes Franciscaines,* XXIII, 1910, 97 sq.

nire mentium, quod argumenta quisque profert parum cogentia. Sic in praesenti casu fieri potuit. Hinc eorum, qui pro a. 1249 stabant, prorsus improbabilis evasit opinio, cum nullatenus inventa sit notitiis cohaerere historicis melius perscrutatis, quae leguntur in Fr. Adae de Marisco litteris atque chronica Fr. Thomae de Eccleston (1). Sed et hac eadem ratione nequit amplius seu 1251 seu 1253 annus proponi pro dicti celebratione capituli. Probabilis ergo maneret illa tantum sententia, quae sustinet ipsum a. 1254 locum habuisse, si nuperrime nova non fuisset, quae pro a. 1255 militat, excogitata. Candide fatemur istam videri multo probabiliorem, ne dicam unice veram, ut sequentibus probare conabimur.

In primis, simul cum addito: *Metis in capitulo generali*, iam annus habetur in quodam a paucis edito mensibus documento (2). Sunt autem litterae B. Ioannis Parmensis, quibus monasterii S. Vincentii Metensis Benedictinos reddit ad ordinis beneficia participes. Ipsis cum omnino similibus, quae a Fratre Salimbene servatae sunt, collatis, quatenus utriusque affinitas dictorumque Parmensis historici veracitas (3) plene appareant, ita se offerunt in apographo.

In Christo *sibi* dilectis *abbati et conventui monasterii sancti Vincentii* frater Iohannes, ordinis fratrum Minorum generalis minister et servus, salutem et pacem in Domino sempiternam. Devotionem, quam vos ad ordinem nostrum habere pia fratrum relatione cognovi, affectu sincere caritatis acceptans ac dilectioni vestre vicissitudinem cupiens rependere salutarem, vos ad universa et singula nostre religionis suffragia tam in vita quam in morte recipio, plenam vobis omnium bonorum participationem presentium tenore concedens, que per fratres nostros ubique terrarum morantes operari dignabitur clementia Salvatoris. *Datum Metis in capitulo generali anno Domini M.CC.L quinto.*

Dilectis in Christo *amicis fratrum Minorum atque devotis domno Iacobo de Buxolis et domine Mabilie, uxori eiusdem, necnon et Anselixe predictorum dilecte filie,* frater Iohannes, ordinis fratrum Minorum generalis minister et servus, salutem et pacem in Domino sempiternam. Devotionem, quam ad ordinem nostrum vos habere pia fratrum relatione cognovi, affectu sincere caritatis acceptans ac dilectioni vestre vicissitudinem rependere cupiens salutarem, vos ad universa et singula nostre religionis suffragia tam in vita quam in morte recipio, plenam vobis bonorum omnium tenore presentium participationem concedens, que per fratres nostros ubicumque terrarum morantes operari dignabitur clementia Salvatoris. *Valete in Domino bene semper. Datum Ferrarie VIII idus sept. anno Domini millesimo CC.LIIII.*

---

(1) G. Little, *Tractatus*, 127, nota.

(2) Ed. Ub. Alenc., *Et. Francisc.*, l. c. non quidem sine mendis. Ibi enim legitur *affecte* pro *affectu*, *universe* pro *universa*, et omittitur *habere*. Notandum insuper P. U. Alenconiensem nullo modo perspexisse litteras, quas edebat, esse simillimas illis de eodem argumento tractantibus a Fr. Salimbene servatis, ut docebunt notula sequens et litterarum collatio.

(3) Scripserat Fr. Salimbene, MG SS XXXII, 298: *Iste frater Iohannes de Parma fuit primus generalis minister, qui recepit devotos et devotas fr. Min. ad ordinis beneficia, dando eis litteras sigillatas suo generali sigillo.... Forma autem litterarum, quam dabat, erat huiusmodi, mutatis vocabulis personarum, ut congruum erat:* Dilectis in Christo.... *Et nota quod has litteras nisi petentibus dare nolebat, et nisi essent qui petebant Deo et ordini vere devoti et benefactores precipui, aut esse disponerent.* Ed. Parm. 128 s.

Ut dictum est, istae litterae non in forma originali adservantur, sed in apographo saec. XVII ineuntis, quod exscripsit ex originali documento P. Anselmus Metivier, Recollectus Metensis coenobii, pro suo libro *Registrum bullarum et brevium contentorum in archivio conventus nostri Metensis* (1). Quanti sint momenti, bene cognovit dictus P. Anselmus, cuius oculos temporis annotatio non aufugit et qui de sua ad illas transcribendum cura nos certiores facit dicens: « Cuius tenorem de verbo ad verbum iisdem quoad fieri potuit characteribus sic ponendum habui ». Non ignoramus equidem eum qui transsumptum dicti registri scripsit, primo posuisse *quinto,* quod postea delevit ponendo *quarto,* ita ut nunc in hoc secundo apographo legatur: *Datum Metis in capitulo generali anno Domini M.CC.L quarto.* Verum is non fuit ipse P. Anselmus, cuius verba retulimus omni digna fide, sed potius alius scriba. Authenticum ergo maneat simul cum anni 1255 annotatione documentum, cui tanta praesumptio favet.

Metense capitulum eo magis sub anno 1255 celebratum fuisse censemus, quod nonnullae saec. XIII notitiae historicae plenam inde lucem accipiant. Inde cognoscitur, ex. gratia, quem signent annum verba Fr. Thomae de Eccleston (2), dicentis in fine Collationis II: « 2° anno administrationis fratris Petri, quinti ministri in Anglia, anno scilicet ab adventu fratrum in Angliam XXXII, numerati sunt viventes fratres in Anglia in XLIX locis mille ducenti XLII ». Levi inspecta mora, quae cassam Fr. Wilhelmi de Nottingham per capitulum absoluti electionem secuta est (3), illa Fr. Petri in ministrum Angliae fiebat iulio seu augusto 1255, ideoque *secundus* administrationis suae annus incipiebat iulio seu augusto 1256; dato autem, quod capitulum Metense anno 1254 assignaretur, inciperet *tertius* annus eius. Caeterum annus XXXII ab adventu Fratrum currit a sept. 1255 ad sept. 1256, cum fuerint Angliam ingressi die 10 sept. 1224 (4). Unde, omnia stricte computando, *initium* secundi anni Fr. Petri incidebat in *finem* anni XXXII ab adventu Fratrum. Si quaeratur, quare dinumeratio, de qua fatur Fr. Thomas, illo anno et illo tempore, non vero anno 1255, facta fuerit, ratio est, quia Constitutiones generales talem provinciae statum exigebant (5) intuitu proximi capituli Romae convocati (2 febr. 1257) (6), qui quidem status debuit certe institui sex in antea mensibus.

Collatione XV, iterum Fr. Thomas (7) de praedicto Wilhelmo scribit: « Igitur postquam circiter 14 annos provinciam Angliae rexerat, in capitulo Metensi absolutus est ». Quae verba, semel admisso

(1) Servatur *Registrum* in Archivio publico civitatis « *Versailles, dép. Seine-et-Oise, H, Récollets de Saint-Germain, liasse 9* ».

(2) AF I, 222; G. Little, l. c. 14.

(3) AF I, 255 sq.; G. Little, 128.

(4) AF I, 217; G. Little, 8.

(5) Apud S. Bonav. *Op. Omnia,* VIII, 462: *Teneantur autem capitula provincialia per obedientiam scribere capitulo generali.... de statu.... provinciae.* Ehrle, ALKG VI, 133.

(6) Tunc locum habuit revera, cf. Iordanus, n. 77, AFH III, 52; Böhmer, *Chronica,* pag. 62.

(7) AF I, 255; G. Little, 126.

anno 1255 pro celebratione capituli Metensis, nequeunt difficultatem creare: verbum enim *circiter* admittit quamdam latitudinem. Revera, Wilhelmus post circiter 14 annos Metis absolutus, regimen Angliae suscepit exeunte anno 1240 vel ineunte anno 1241, quippe qui successerit Fr. Haymoni in ministrum generalem die prima novembris 1240 electo (1). Porro, 14 anni cum 4 vel 5 mensibus effluxerunt ab illo tempore, si ponatur capitulum Metense fuisse anno 1255 celebratum.

Collatione IX, narratur (2) de Fr. Ioanne de Kethene, ab anno 1239 Hiberniae ministro, qui prius per plures annos Scotiam gubernaverat: « Cum igitur circiter XX[ti] annos minister extitisset, in capitulo Metensi, in quo et frater Willelmus minister Angliae absolvebatur, absolutus est ». Occurrit hic denuo verbum *circiter*. Circiter 20 anni ante a. 1255 ponunt circiter a. 1234. Revera, circa a. 1234 Fr. Ioannes de Kethene successit Fr. Henrico de Reresby, ad Scotiae ministeriatum a. 1233 vocato, sed ante ingressum provinciae defuncto (3). Sic igitur nulla exsistit contrarietas nostram inter sententiam de celebratione capituli Metensis sub a. 1255 et Ecclestonii verba, quin potius ex ipsa maiorem claritatem acquirant.

Fons alius, ex quo nullus hucusque argumentum traxit, suo modo probabit, Metense capitulum celebratum esse anno 1255, non 1254. Quaestio scilicet est de diplomatibus pontificiis in Bullario Franciscano contentis. Anno 1254, a die 30 aprilis ad 7 decembris, qua obiit Innocentius papa IV, nulla occurrit bulla toti ordini concessa, vel tractans negotia Ordinis generalia. Anno vero 1255, sic inundant privilegia, ad petitionem ordinis non semel concessa, ut saltem 26 numeraverimus totam Fratrum generalitatem spectantia. Primum bulla *Quia ordinem vestrum* (30 april.) (4) privilegia per Gregorium IX data denuo confirmat Alexander papa IV qua pontifex noviter electus: quae bulla non iam prius celebratum capitulum, sed potius celebrandum, in quo publici iuris fieret, supponit evidenter, si quid supponere habeat. Aliae sequuntur ordine chronologico quatuor sub 13, 21 et 22 maii, tres sub 22 et 26 iunii, sex sub 15, 22, 26, 27 et 30 iulii, una sub 18 augusti, octo sub 4, 9, 12, 15, 16 et 21 octobris, una sub 4 novembris, duae denique sub 1 et 5 decembris diebus datae.

Notentur autem tria. 1º Ex his bullis multae ad ipsum Ordinem immediate diriguntur cum illa inscriptione saepe repetita: *generali et provincialibus ministris,* aut similibus; 2º omnes, non exceptis quatuor ad alios quam ad ordinem directis, intimiorem eius vitam tangunt, ut illa ad episcopum Parisiensem (4 nov.) (5) eidem vigilem curam praecipiens, ne fratrum nomen et fama

(1) Cat. Gen. Min.: *Vocavit coram se in festo omnium Sanctorum capitulum generale; in hoc capitulo... fr. Aymo Anglicus.... in ministrum fuit generalem electus.* MG SS XXXII, 660; AF III, 696. G. Little, 108: *Successit autem ei vicarius suus fr. W. de Notingham.* AF I, 249. (2) AF I, 236; G. Little, 58.

(3) AF I, 235, Little, 51-2. (4) Sbaralea, BF II, 51; Eubel, *Epit.*, 777.

(5) Flam. Annibali de Latera, *Suppl. ad Bull. Franc.*, Romae 1780, 69; Denifle, *Chartul. Univ. Paris.*, I, p. 297.

laedantur occasione damnationis *Introductorii in Evangelium aeternum;* 3° plus quam duodecim dicuntur ad petitionem Fratrum concessae, inter quas eminet illa diei 21 oct. (1), ubi scribitur: *Cum sicut ex parte dilectorum filiorum generalis et provincialium ministrorum O. F. M. fuit propositum coram nobis.*

Tot privilegia, quae de rebus ordinis gravioribus tractant, talibusque formulis ampliantur, aegre supponemus non fuisse concessa pro maiori parte ad preces ministrorum insimul congregatorum. Credimus ad veritatem propius accedere, si dicatur: septem ultimis a. 1255 mensibus multum laborasse Procuratorem ordinis ad curiam romanam, quatenus negotia per capitulum generale discussa finalem sortirentur effectum.

Eo vero libentius sic opinamur, quod ex negotiis in curia romana, tunc apud Anagniam degenti (2), tractatis, finaliterque decisis, illud pro ordine Minorum molestissimum de *Evangelio aeterno* suam post repetitos congressus obtinuerit conclusionem, currente iulio anni 1255 (3). Aliunde scimus ex Ecclestonio (4) capitulum Metense delegationem misisse quorumdam patrum, ipso ministro generali non excluso, ad papam in Italia tunc morantem: « In capitulo Metensi », inquit « absolutus est [fr. Willelmus], et ex parte capituli generalis missus ad papam, sed cum pervenisset cum ministro generali Ianuam.... fugientibus aliis etc. ». Quaestio gravissima sine dubio versabatur, ut deputarentur, qui agerent causam ordinis summo coram pontifice. Quae vero gravior illis temporibus quam illa de *Evangelio aeterno,* cum altera circa Gulielmum de Sancto Amore sit posterior spectetque ad annum 1256 (5)?

Sic igitur, omnibus perpensis, verius censemus capitulum Metense parum ante sententiam Anagniae latam celebratum fuisse, i. e. *16 Maii 1255,* quo die occurrebat festum Pentecostes.

§ 13 b. *In quibus declarationi domini Gregorii contradicit.* — Hac « diffinitione », pontificias inter declarationes vim canonicam habentes aequalem unam eligere prudens atque opportunum iudicarunt patres capituli generalis quoad materias, in quibus sibi adversabantur.

Iam Gregorius IX plura circa regulam statuerat. Nota est eius declaratio *Quo elongati* (28 sept. 1230); qua non obstante, quaedam

(1) Eubel, *Epit.*, n. XXXII, 262.

(2) Curia Pontificia Anagniam venit 2 iun. 1254, Potthast, n. 15419, ibique remansit usque 8 oct. 1254, n. 15540, Neapolim tunc profecta, quo advenit 27 oct. 1254, n. 15547; ibi remansit usque 1 iun. 1255, n. 15893, rediitque Anagniam 17 iun. 1255, n. 15896, ubi morabatur usque 4 nov. 1255, quo die Romam abiit, n. 16080.

(3) Denifle, ALKG I, 49-142.

(4) AF I, 255; G. Little, l. c., 127. Si mittuntur delegati ad papam in Italia morantem. evidentissime sequitur capitulum Metense non potuisse celebrari anno 1249, cum a dec. 1244 usque april. 1251 curia papae Lugduni moraretur, unde tunc in Italiam rediit. Potthast, *Reg. Pontif.* n. 11467, 14297, 14410. Quod non advertit R. P. Hilarinus Felder, O. M. Cap. *Geschichte der wiss. Studien*, Freiburg 1904, 309, *Hist. des études,* Paris 1908, 320.

(5) Wadding, ad a. 1256, n. 81; Sbaralea, BF II, 241; Denifle, *Chartul. Univ. Paris* I, 331.

aliter ordinavit successu temporis, ut patet bullis (1) *Prohibente regula vestra* (12 dec. 1240), *Licet ad hoc* (6 iun. 1241), *Pio vestro collegio* (6 iun. 1241), et *Gloriantibus vobis* (19 iun. 1241).

Aeque nota est celebris Innocentii IV declaratio *Ordinem vestrum* (14 nov. 1245) (2), quae privilegia ultimis Gregorii IX concessa annis innovat, quae etiam nonnulla clarius determinat ac bulla *Quo elongati*, istius insuper certa loca de verbo ad verbum inserendo. Verum haud semel aliquid ei contrarium Innocentii IV videtur statuere Constitutio.

Gregorius enim, caput regulae *Quod fratres non recipiant pecuniam* commentans, non declarat licitum nuntium nisi pro necessitatis casibus, his utendo verbis: *Rem necessariam velint; pro aliis imminentibus necessitatibus; pro huiusmodi necessitatibus; necessitate.* Innocentius vero casibus necessitatis illos utilitatis seu commoditatis ex intentione addit, ut patet ex suo modo loquendi: *Rem necessariam aut utilem, pro suis necessitatibus vel commodis, pro aliis fratrum necessitatibus aut commodis, pro ipsorum necessitatibus vel commodis, pro huiusmodi necessitatibus seu commodis, necessitates aut incommoda, pro necessitate vel commodo,* tali addito pluries repetito ambiguitatis scrupulum de Fratrum cordibus plenioris expositionis certitudine penitus amputare volens. Item, relate ad praeceptum *Quod fratres non ingrediantur monasteria monacharum,* Gregorius sic statuit: *Nos itaque generaliter esse prohibitum de quarumlibet coenobiis monialium respondemus,* dum Innocentius declarat aliter: *Dicimus ingressum in monasteria tantummodo monialium inclusarum ordinis S. Damiani prohibitum fore.* In hac saltem ultima solutione contrarias esse responsiones cuique apparet.

Notetur tandem, ambas singulares Innocentii IV responsiones neglexisse Nicolaum III, solemnem edendo Constitutionem *Exiit qui seminat* (14 aug. 1279) (3), qua praedecessorum declarata suorum novo multoties subiicit examini. Similibus in utroque casu formulis utuntur Nicolaus et Gregorius IX, licet Innocentii IV de ingressu in monasteria monacharum sententiam expresse renovaverit Gregorius X bulla (4) *Voluntariae paupertati* (5 nov. 1274).

§ 17. *Revocat minister generalis....* — Inter ordinationes ab uno seu altero ministrorum S. Bonaventura antiquiorum factas celebris est illa B. Ioannis Parmensis de officio divino (5). Bene cum iis collata, quae de ipsa referunt *Catalogus generalium ministrorum* praesertimque Fr. Salimbene (6), dubitari nequit an, penes Waddingum, integritate polleat perfecta. Ad ipsam probabiliter respiciunt, quas alias edemus, *Determinationes* in duobus codicibus S. Bonaventurae tributae (7), ubi dicitur: « Item queritur, si littera Fratris Iohannis,

(1) Sbaralea, BF I, 56, 325, 341, 342, 344; Eubel, *Epit.*, n. IV, 295, 308, 309, 311.

(2) Sbaralea, BF I, 114; Eubel, *Epit.*, n. XI.

(3) Sbaralea, BF III, 404; Eubel, *Epit.*, n. XLVII.

(4) Wadding, ad a. 1274, *suppl.* n. 2; Sbaralea BF III, n. 58; Eubel, *Epit.*, n. 1363.

(5) Wadding, ad a. 1249, n. 2.

(6) AF III, 275, 697; MG XXXII, 662, 801.

(7) Sic. v. g. in Cod. 106 Bibl. Fr. Min. Conv. Friburgi in Helvetia, cuius descriptio paratur pro AFH, et ex quo trahuntur sequentes « Diffinitiones ».

quondam generalis ministri, adhuc obliget: respondeo, quod non, quia revocata fuit in capitulo generali ».

In suis encyclicis litteris, sub die 23 aprilis 1257 datis, idem Seraphicus doctor aliam immediati sui praedecessoris ordinationem memorat (1), dicendo: « Locorum vero mutationem nullatenus concedatis alicui ante capitulum generale, nam de consilio discretorum, propter scandala vitanda, iuxta praedecessoris mei mandatum hoc mihi reservo ». Forsan eidem Ioanni Parmensi tribuendae sunt anonymae litterae apud *Firmamenta trium ordinum* vulgatae, p. I, fol. XXIIII r, quibus agnoscitur magna antiquitas, quin de earum auctore aliquid statuatur.

§ 18 a. *Fiat duplex officium maius....* — Capitulum generale Assisiense (1279) ordinationem isti contrariam omnino tulit. In una quippe suarum Diffinitionum sic decrevit (2): « Item, cum ordo teneatur facere officium secundum ordinem romane ecclesie et ipsa romana ecclesia officium de Trinitate non faciat, non teneantur [*fratres*] illud facere ».

§ 18 b. *De sancta Clara fiat officium duplex, sicut papa mandavit.* — Nicolaus Glassberger (3), de capitulo Romano (1257) loquens: « In quo capitulo ordinatum fuit », inquit, « quod de beata Clara fiet de cetero festum duplex ». Similia leguntur apud *Chronicam XXIV Min. generalium* (4), unde priora sumpsit ille Nurembergensis: « In quo capitulo fuit ordinatum, quod de beata Clara fuerit de cetero festum duplex ». Nullus est, qui sic dicta cogitaret in dubium revocare. Et revera quid eo aequius, primum videlicet generale post S. Clarae canonizationem convocatum capitulum de eius officio tractasse? Attamen praesens « diffinitio » Narbonensis probat decretum a chronistis recensitum non fuisse anno 1257 latum, sed anno 1260. Capitulares insuper, papae mandatum invocando, manifeste significant se non intendere renovationem legis a praecedenti capitulo emanatae. Hinc concludimus omissionem nominis S. Clarae apud *Ordinationes divinii officii* non esse argumentum, quo possit earum compilatio determinari ad annum 1254.

§ 22...... *quod sibi in Romano capitulo est concessum* — His evidenter concluditur Romae, sicut et Narbonae, « Diffinitiones » fuisse factas, quae latent adhuc. Multa probabilitate dicendum est aliquid aliud ibi decretum fuisse. Stabilito enim Metense capitulum, post quod certo sunt *Ordinationes divini officii* compilatae, anno 1255, imo concesso ipsum anno 1254 (quod tamen nequaquam historiae conforme supra iudicavimus) celebratum fuisse, necessario sequitur illas non esse anno 1254, sed posteriore tempore publicatas. Si statuamus igitur, eas esse post bullam *Pressi gravi orbis sarcina* (1 iunii 1256) editas, nihil amplius obstare videtur, quin potuerint in capitulo Romano (1257) promulgari. Quod nunc probandum assumimus.

In citatis *Ordinationibus* tres sub §§ 29, 37 et 49 interseruntur articuli, qui sic se habent: *Item, littera ministri generalis de officii*

(1) S. Bonav. *Opp. omnia*, VIII, 469.
(2) ALKG VI, 49.
(3) AF II, 74.
(4) AF III, 324.

uniformitate servanda, que incipit: Quia sicut indubitanter (1) *etc. ubique servetur,* EXCEPTO QUOD *sequentie taxate in quibusdam festis possint dici* (2); — *Similiter se habeant in missis peculiaribus de Spiritu sancto, de beata Virgine et de beato Francisco, in quibus dicatur* Kirieleison, Prefationes, Sanctus *et* Agnus *in cantu solemni; non tamen in missis huiusmodi dicatur* Gloria in excelsis, PRETERQUAM *in missa de beata Virgine et de Spiritu sancto;* — *Item, ad missas votivas non dicatur* Gloria in excelsis Deo, *nec in conventu nec extra,* PRETERQUAM *in missis beate Virginis et de Spiritu sancto, ut supra dictum est.*

Ni fallimur, verbis *excepto quod* primi articuli significatur, quod in locum dictae epistolae generalis ministri nova quaedam supervenerit ordinatio illam ita modificans, ut censeatur ex hoc ipso caduca, quoad omnia de novo ordinata.

Ex aliis duobus articulis idem elucet. Quidnam statuunt? Quod ad omnes missas votivas a Fratribus omittatur *Gloria in excelsis,* praeterquam ad missas de Beata et de Spiritu sancto. Bis repetitur verbum *praeterquam* magna certe dignum attentione. Patet ipsum habere sensum ex se exclusivum, eaque positum esse intentione, ut introducatur duplex ad regulam exceptio. Porro duplicem hanc exceptionem primitus non exstitisse, bulla *Pressi gravi orbis sarcina* (1 iunii 1256) (3) peremptorie nos certos reddit: ab ipsa quippe bulla praecipitur statuenda duplex illa exceptio et insimul manifestatur tempus, ante quod edicto generali nondum fuit introducta.

(1) Wadding, ad an. 1249, n. 2, (III³, 208-9).

(2) Istum rescripsimus articulum ex dicto Friburgensi Cod. 106 (saec. XIV). Ut edebatur AFH III, 68 iuxta Londinensem Cod. 21155 (saec. XV), ita legitur: *Item, littera generalis ministri de officii uniformitate est servanda, que incipit sic:* Indubitanter, *usque servetur.* Sic sonantem quis illum esse corruptum non videat?

(3) Sbaralea, BF II, 192; Eubel, *Epit.*, n. 861; Potthast, n. 16398. Sic se habet: « Dilectis filiis generali et provincialibus ministris ac fratribus universis ordinis fratrum Minorum salutem et apostolicam benedictionem. Pressi gravi orbis sarcina sub imposita necessitate pastoralis officii, dum pro communi salute fidelium et commisso nobis ministerio satagimus, cum Marthae sollicitudine circa plurima forinsecus conturbamur, ita ut nobis vix diei horam possimus subripere, qua intrinsecus beatae quietis vacemus otio ad pedes Domini cum Maria: propter quod iuvari piis devotarum orationum suffragiis plurimum indigemus. Hoc siquidem dilecti filii Parisienses et quamplurimi locorum fratres vestri ordinis tanquam filii de patris vestri salute solliciti attendentes *statuerunt,* ut qualibet hebdomada singuli eorum sacerdotes unam missam de Spiritu sancto vel beata Virgine in privato, et conventus totus solemniter pro nostra salute ac nostro et ecclesiae bono statu celebrent, et alias certarum orationum sacrificiis apud Patrem luminum interpellent. Unde nos in hac parte ipsorum devotum studium dignis in Domino laudibus commendantes, eis, quod in praedictis missis solemnibus angelicum hymnum, videlicet *Gloria in excelsis Deo,* et sequentias seu prosas missis competentes huiusmodi, statuto contrario et praesertim Metis a vobis in generali capitulo edito non obstante, licite valeant decantare, ac etiam dicere in privatis, per nostras litteras duximus concedendum. Quocirca *universitatem* vestram attente *requirimus* et per Dominum obsecramus, quatenus frequens negotium nostrum, quo premimur, sollicito pacis vestrae otio adiuvantes, illud idem in *singulis* locis vestris *statuere* ac servare *curetis.* Nos autem, ut id liberius exequi valeatis, licentiam huiusmodi vobis auctoritate praesentium duximus concedendam. Datum Anagniae kalendis iunii, pontificatus nostri anno secundo ». AF III, 279.

Ad rem nostram quatuor in citata bulla faciunt. Ibi dicitur: 1° quod Parisius et in pluribus locis aliis peculiare statutum emanaverit circa missas privatas et solemnes; 2° quod hoc statutum sit contrarium decreto generali Metis edito; 3° quod, decreto Metensi non obstante, illud papa per certas litteras approbaverit; 4° quod mandaverit idcirco, ut illud idem in toto ordine statui et servari curetur.

Hinc arguendo concludimus. Si litteris suis Alexander IV requirit, ut generaliter statuatur ordinatio, licet Metensi repugnet legi, evidens est *Ordinationes divini officii,* quas nemo dubitat vim habuisse pro toto ordine, et quae sunt absolute pontificio conformes decreto, non adhuc viguisse die 1 iunii 1256. Ut quid enim statuendum mandasset papa, quod iam ubique servatum et pro omnibus decreto anteriore fuisset sancitum? Caeterum, capitulo generali competebat revocatio statuti per praecedens capitulum generale editi seu lex ei contraria; sed post Capitulum Metense non fuit aliud nisi Romanum (1257). Censendum ergo capitulum Romanum potius saepe dictas *Ordinationes* elaborasse, cum venerit immediate post praetactam bullam *Pressi gravi orbis sarcina* (1).

§ 23. *Tercia pro ordine Cisterciensi.* A civitate Narbonensi per circiter quindecim milliaria distat abbatia Cisterciensis Fontis Frigidi, vulgo *Fontfroide,* praeterito saeculo restaurata (2).

§ 24. *Pro fratre Wilhelmo......* Ignoratur praecise, quo anno mortuus fuerit Frater Gulielmus. Saltem ex his actibus capituli Narbonensis certum est ipsum a tempore capituli Romani (1257) decessisse (3). De eo Thom. Cantipratanus, *De apibus,* c. I, n. 16, ap. Waddingum, ad a. 1257, n. 8: *Hic cum die quadam Parisius praedicaret, per horam obmutuit, et verbum vitae resumens omnibus cum vultu serenissimo valedixit, et sic in pace quievit.* — Fr. Adam de Marisco obiisse putatur circa 18 nov. 1258 (4). — Fr. Berchtramus forsan non est alius ac Fr. Bertrandus de Baiona, de quo loquitur Chronica XXIV Gen. Mm. (5). — Circa Fr. Romeum de Llivia, cf. H. M. Cormier, *Le B. Romée de Livia, O. P., mort à Carcassonne en 1261,* Toulouse 1884, in-8°, p. 68; Quetif-Echard, *Script. O. Praed.,* I, Parisiis 1719, 161. Douais, *Les Frères Prêcheurs en Gascogne,* Paris 1885, 479-81. Quod citius obierit quam hucusque credebatur, ex textu nostro manifeste patet.

§ 26. *Numerus defunctorum.....* Articulus iste quanti sit momenti notabunt rei statisticae periti ratione illius novi numeri, quo melius supputare poterunt. 2126 obitus durantibus tribus annis vere mirabilem

(1) B. Ioannis Parmensis abdicationem circa iunium 1256 iam fuisse decretam supponamus oportet, si possibilem dicere velimus ad diem 2 febr. 1257 capituli convocationem Romani, quod « acceleravit, quia penitus nolebat esse minister ». Sic igitur universitatem fratrum requirendo, quod statuant in singulis locis, videtur pontifex innuere capitulum generale esse convocatum seu de proximo convocandum. Certo saltem coaeva sunt bulla pontificia convocatioque dicti capituli.

(2) Cf. Cauvet, *Etude historique sur Fontfroide,* Montpellier-Paris 1875.

(3) Sbaralea, *Suppl. SS.,* 324. (4) G. Little, *Grey Friars in Oxford,* 138.

(5) AF III, 278; Wadding, ad a. 1256, n. 31.

supponunt ordinis ab eius fundatione progressum. Iam scimus ex Ecclestonio (1) solam Angliae provinciam, instante capitulo Romano (1257), 1242 Fratres numerasse. Similem supponentes caeterarum 31 provinciarum explicationem, inter quas Anglia una e maioribus erat, non excederemus dicendo, fratres Minores saltem ad numerum 30 000 — 35 000 pervenisse circa annum 1260.

Finitis commentis praeviis, iam « Diffinitiones » in textu authentico legendae sunt. Quoad notas advertendum est: A = Cod. 106 Bibl. Fr. Min. Conv. Friburgi in Helvetia, p. 412-414, tamquam fundamentum nostrae editionis; B = eumdem Cod. 106, ratione alterius textus recentioris quidem et incompleti, qui ibi legitur p. 248-249; E = editionem a P. F. Ehrle factam ap. ALKG, VI, p. 33-35, iuxta Cod. 7339 Bibl. Vaticanae; P = editionem ap. A. G. Little, *English historical Review,* XIII, 1898, p. 703 sq. iuxta Cod. olim 207 Bibl. Phillipps in Anglia, nunc vero ipsius D. Little.

[P. 412] **Hec sunt diffinitiones facte in capitulo Narbonensi** (*a*).

1. Quilibet gardianus studeat sollicite (*b*) in domo sua constitutiones generales habere, quas sub custodia sua (*c*) reservet; et caveat, quod extraneis nullatenus communicet (*d*); ipsas etiam constitutiones faciat semel in mense legi (*e*), ubi et quando sibi videbitur expedire, maxime VII prima capitula (*f*), que omnem tangunt communitatem. Et, istis publicatis, veteres destruantur.

2. Studeant ministri, quod usque ad sequens capitulum generale littera breviariorum et missalium corrigatur secundum (*g*) exemplar verius, quod habere poterunt, secundum ordinis approbatam consuetudinem (*h*).

3. Obsecrat generalis minister cum generali capitulo universo omnes fratres voluntarie in XL[a] beati (*i*) Francisci in conventu una refectione esse contentos ad amovendas (*j*) multas deordinationes et optinendam (*k*) benedictionem paternam, exceptis minutis (*l*), hospitibus, debilibus et infirmis.

4. Interdicimus, quod de cetero nullus (*m*) capiatur locus, ubi (*n*) fratres absque congregatione bladi et vini vivere non possint; et ubique locorum abusio huiusmodi (*o*) pro viribus exstirpetur.

5. Studeant ministri fratrum loquacitates restringere et fratres inducere in suis capitulis ad silencium in mensis extra refectorium (*p*), cum capitulum generale in hoc concordaverit.

(*a*) B hec s. d. f. i. c. N.; P diffinitiones capituli Narbonensis; E h. s. d. f. i. c. generali N. predicto, quamvis in aliquo renovate et modificate sint. — (*b*) E sollicita diligentia. — (*c*) E ipse sub custodia; B *om.* sua. — (*d*) E *falso* ab extraneis nullatenus communicentur. — (*e*) E suis fratribus legi; B fratribus legi. — (*f*) E 7 capitula prima; B prima VII capitula. — (*g*) E ad. — (*h*) E c. o. a.; *in* A *manus posterior posuit ad marg. istius num. 2* vacat; P *om. totum num.* 2; B *om.* et istis publicatis ..... approbatam consuetudinem. — (*i*) E sancti. — (*j*) AB ammovendas. — (*k*) E ad obtinendam. — (*l*) E *om.* minutis. — (*m*) E nullus de cetero. — (*n*) E unde. — (*o*) E huiusmodi abusio. — (*p*) E *falso* fratres ad silentium inducere in suis capitulis, in mensis et extra refectorium.

(1) AF I, 221; G. Little, *Tractatus Fr. Thomae,* p. 14.

6. Pueri fratrum non servent peccuniam datam pro fratribus.

7. Collecciones pecuniarum pro fratribus in fratrum predicationibus fieri nullatenus (*a*) permittantur.

8. Thuribula, cruces et ampulle de argento omnino removeantur (*b*); et de cetero callices simplices fiant in opere (*c*) et pondus duarum marcarum et dimidie non excedant; nec plures calices quam altaria habeantur, excepto uno [P. 413] pro conventu (*d*).

9. Diffinimus, quod custodes et gardiani habeantur pro prelatis, et generalis eis curam animarum committat (*e*). Et gardiani in omnibus obediant custodibus; caveant tamen, ne in suis officiis invicem (*f*) se perturbent.

10. Generalis non vult, quod minister provincialis committat alii (*g*) receptionem fratrum extra suam provinciam, nisi in studiis generalibus; et quodministri transeuntes alienas (*h*) provincias stricte se habeant in recipiendo (*i*); et quos receperint (*j*) secum ducant cum firmo proposito nullatenus remittendi.

11. Amodo (*k*) non fiant testudinate (*l*) ecclesie, nisi super altare, absque licentia generalis ministri.

12. Quelibet domus in terminis provinciarum habebit loca viciniora (*m*) sive sit in (*n*) suo episcopatu sive (*o*) regno sive non, nisi ex causa speciali generalis aliter duxerit (*p*) ordinandum.

13. Declaratio domini Innocentii (*q*) maneat suspensa, sicut fuit in capitulo Methensi; et inhibemus districte, ne aliquis utatur ea (*r*) in hiis, in quibus declarationi (*s*) domini Gregorii (*t*) contradicit.

14. Nullus confessor possit absolvere de tactibus impudicis, nisi qui licentiam habent absolvendi (*u*) de lapsu carnis; et, si qui consuetudinarii (*v*) fuerint deprehensi, puniantur sicut de lapsu carnis. Idem dicimus de certa scientia sollicitantibus (*x*) ad peccatum.

15. Capitulum generale punit capitula provincialia, que non scripserunt de statu provinciarum suarum secundum generalem constitutionem positam sub precepto (1), pena unius psalterii quemlibet de capitulo et unius diei in pane et aqua et trium disciplinarum; et sciant, si amplius neglexerint, gravius (*y*) punientur.

16. Inhibeant ministri provinciales fratribus cingula cum cutellis (*z*) et bursis, et bursas inferius laterales (*a*) in tunica [P. 414] habitus.

17. Revocat minister generalis (*b*) omnia edicta et precepta (*c*)

(*a*) E nullatenus fieri. — (*b*) E amoveantur. — (*c*) E in opere plano. — (*d*) B *om.* et de cetero..... pro conventu; P excepto uno pro communione ubi opus fuerit. — (*e*) E committit. — (*f*) BE ad invicem; *in* A invicem *est ad marg.* — (*g*) E *melius* generalis vult, quod m. p. non committat alicui. — (*h*) E per alienas. — (*i*) E in recipiendo stricte se habeant. — (*j*) E recipiunt. — (*k*) AB ammodo; E ad modum *falso.* — (*l*) E testudinate non fiant. — (*m*) E sibi viciniora. — (*n*) BE sint de. — (*o*) BE vel. — (*p*) B duxerit aliter. — (*q*) E pape Innocentii 4ⁱ. — (*r*) B *om.* ea. — (*s*) BE expositioni. — (*t*) E Gregorii 9ⁱ — (*u*) B absolvendi habuerit — (*v*) E consuetudinarie. — (*x*) E de sollicitationibus ex certa scientia. — (*y*) E sciant quod amplius, si neglesserint; *in* A *manus posterior posuit ad marg. istius num. 15* vacat; BP *om. totum num. 15.* — (*z*) EBP cultellis. — (*a*) E latentes *falso.* — (*b*) *in* A *supra lineam* generalis; E generalis minister. — (*c*) BE precepta et edicta.

---

(1) *Constit. gen. Narbon.* ap. S. Bonav. *Opp. omnia,* VIII, 462: *Teneantur autem capitula provincialia per obedientiam scribere capitulo generali..... de statu et communi pace provinciae.* Ehrle, ALKG VI, 138.

precedencium generalium ministrorum, sive lata fuerint litteris sive verbis (*a*).

18. Fiat duplex officium maius (*b*) de sancta (*c*) Trinitate in octava Penthecostes; de IIII doctoribus, scilicet Augustino, Gregorio, Ieronimo et Ambrosio, fiat officium semiduplex; de sancto Bernardo fiat officium die suo (*d*); de sancta Clara fiat officium duplex, sicut papa mandavit, et nomen eius ponatur in letania.

19. Antiphona de sancta Maria post completorium semper dicatur (*e*), nisi in (*f*) triduo ante pasca.

20. Nomen beati Francisci addatur in confessione (*g*).

21. Cantetur interdum hec antiphona, que sic incipit: *Celorum candor splenduit,* in commemorationem (*h*) beati Francisci; in illa autem (*i*), que sic incipit: *Hic vir in vanitatibus nutritus indecenter,* fiat talis mutacio: *Divinis carismatibus preventus est clementer* (1).

22. Dicatur 1 missa pro domino papa de sancta Trinitate a quolibet sacerdote preter illud, quod sibi in Romano capitulo est concessum.

23. Tres misse de beata Virgine dicantur a quolibet sacerdote: una pro domino rege Francie et domo ipsius, alia pro domino Narbonensi archiepiscopo, tercia pro ordine Cisterciensi, quia hii per speciales nuncios petiverunt.

24. Pro fratre Wilhelmo de Militona, pro fratre Berchtramo (*j*), pro fratre Adam de Marisco, adiunctis eis aliis fratribus in capitulo nominatis, fiat semel officium sicut pro uno fratre; pro fratre Romeo, de ordine Predicatorum, fiat similiter, cui concessum fuit a Heymone et fratre Iohanne, ministris generalibus, propter suorum exigenciam meritorum.

25. Pro principibus et prelatis et omnibus recommendatis et specialiter pro hiis, quibus concesse sunt littere generalis ministri, a quolibet sacerdote dicatur una missa pro vivis, alia pro defunctis, a quolibet clerico (*k*) quinquaginta psalmi, a quolibet laico C *Pater*.

26. Numerus defunctorum (2): duo milia 100 XXVI.

27. Pro duobus ministris mortuis in via veniendo ad capitulum fiat, sicut in constitutionibus (3) est ordinatum.

28. Sequens capitulum (4) celebrabitur Pisis (*l*).

Burdigalae, 9 febr. 1910.

P. Ferdinandus Mª Delorme, O. F. M.

(*a*) E in litteris sive in verbis. — (*b*) EP *melius* fiat officium duplex maius. — (*c*) E beatissima. — (*d*) E *add.* scilicet 18 kalendas septembris. — (*e*) E semper dicatur post completorium. — (*f*) E *om.* in. — (*g*) E in confessione ponatur. — (*h*) E cantetur interdum in vesperis *Celorum candor* in commemoratione. — (*i*) E in illa antiphona beati Francisci. — (*j*) *manus posterior erasit* ch, *ita ut legatur nunc* Bertramo. — (*k*) A *om.* clerico. — (*l*) A *solus habet num.* 22-28; B *om. num.* 18-28.

(1) Cf. AFH I, 45-9.

(2) *Const. gen. Narbon.* ibid. 463: *Recitetur numerus fratrum defunctorum a tempore generalis capituli proximo praeteriti.* Ehrle, l. c. 136.

(3) Ibid. 464: *Pro illis, qui vadunt ad capitulum generale, si tunc contigerit eos mori, una missa dicatur a quolibet sacerdote.* Ehrle, l. c. 137.

(4) Ibid. 464: *In fine assignetur locus, in quo sequens capitulum celebretur.* Ehrle, l. c. 137. 462: *Ordinamus, quod generale capitulum alternatim citra montes et ultra de caetero celebretur.* Ehrle, l. c. 134.

DOCUMENTA INEDITA
AD HISTORIAM FRATICELLORUM
SPECTANTIA

Tractatus Fr. Andreae Richi de Florentia, O. F. M. contra Fraticellos.

(*Continuatio*) (1).

Secunda conclusio est hec: Pertinaciter contradicens decretali pape *Nicolai*, que incipit *Exiit* in hiis punctis in quibus videtur discordare decretalibus pape Iohannis, non est ex aliquo tali precise hereticus iudicandus. Probatur hec conclusio quia contradicens huic decretali, si poneretur hereticus, hoc esset uel quia ex materia huius decretalis esset hereticus uel ex forma. Set neutro istorum modorum, ergo stat conclusio. Consequentia patet, quia non aliter sunt heretica que dicuntur heretica, quam ex materia uel ex forma, ergo stat conclusio. Set antecedens probatur. Et primo prima pars assumpti, quoniam licet propositiones prefate contracte (2) ad aliquem intellectum videantur sic pertinere ad fidem, quod opposite in tali sensu contradicant sacre scripture, uel approbatissimis sententiis patrum, quod est esse hereticum ex materia, tamen accepte in se simpliciter, sicut inveniuntur proposite in sacra scriptura, non censentur heretice, nisi negentur esse vere, uel non esse de sacra scriptura. Set simpliciter accipiendo non sunt heretice, eum etiam propositiones eis contrarie inueniantur ibidem. Sic etiam admictuntur a patribus, sumptis simpliciter, quod opposite non excluduntur, quod esse non posset, si essent heretice ex materia. Invenitur enim in euangelio xpm babuisse *loculos* (3) et non habuisse (4), habuisse quid proprium (5) et non habuisse (6), habuisse rerum dominium (7) et precipere non haberi (8), sicut etiam invenitur [f. 6v] suam doctrinam esse suam (9) et non esse suam (10). Et sic patet, quod isto modo propositiones contradicentes non sunt heretice, nec per consequens asserentes eas pertinaciter.

2ª pars assumpti probatur, scilicet quod pertinaciter contradicentes decretalibus pape *Nicolai* non sint censendi heretici ex forma particularis decretalis huius, quia decretalis pape *Nicolai* non habet infigere heresym in pertinaciter contradicentes, set excommunicationem et maledictionem.

---

(1) Cf. AFH III, 253-267-79.
(2) Codex habet *contratracte*.
(3) Cf. Ioh. XII 6; XIII 29.
(4) Cf. Matth. X 9; Marc. VI 8; Luc. IX 3 ss.
(5) Cf. Matth. XXVII 31, 35.
(6) Cf. Matth. VIII 20; Luc. IX 58 ss.
(7) Luc. IX 13; Ioh. VI 9 ubi narratur quod Christus *praecepit* apostolis *dare manducare* turbis, quod dominium ciborum supponit.
(8) Cf. Matth. XIX 21; Marc. X 21; Luc. XVIII 22 ss.
(9) Cf. Marc. IV 2; XII 38;
(10) Cf. Ioh. VII 16.

Pene enim non sunt ampliande (1). — Non ergo infertur heresis ex forma in pertinaciter contradicentes, nec ex materia, ut est probatum, ergo stat conclusio quod pertinaciter contradicens decretali pape *Nicolai* in hiis, que videntur repugnare decretalibus pape *Iohannis*, non est ex hoc censendus hereticus.

2° probatur quod non ex forma communi quia decretalis, nam tunc esset pena communis omni contradicenti pertinaciter cuilibet decretali, quod non est verum, nam varie sunt pene inflicte uel fulminate in decretalibus et alique arbitrarie, pene etiam sunt restringende ad suum casum, non dilatande, *libro 6° de regulis iuris* (2). Pauce autem infigunt heresim. Inuenitur tamen quod *anathema sit, qui decreta contempnit* pontificum, 25ª q. 2ª. *Si quis* (3). Set anathema non est heresis, set maledictio; et sic maledictio est communis contempnenti decretalem quamcumque, non heresis; minor enim pena est maledictio quam heresis. Licet enim hereticus sit censendus negans auctoritatem pape, uel pertinaciter tenens quod non possit condere decretales, uel asserens quod non tenemur sibi obedire, non tamen conuincitur hereticus, qui contradicit quantumcunque pertinaciter alicui decretali, que de se non inferat in contradicentem heresim ex materia uel ex forma, alias nimis graue esset et animarum ingens periculum, si hereticus haberetur qui alicui decretali indifferenter contradiceret. Item si contradictio cuicumque decretali inferret heresym, sequeretur quod nulla decretalis posset cassari, immutari uel suspendi, quia hoc esset heresym commictere simpliciter uel ad tempus uel tergiuersari hereses, quod non est de sancta ecclesia concedendum, que sepe decretales cassat, corrigit, suspendit et immutat, vt patet in 6° et in *Clementinis* frequenter. 3° dico quod nec conuincitur hereticus qui contradicit alicui decretali per consilium quantumcunque solempne approbate, nisi ibidem hoc exprimatur, uel decretalis talis sit materie, que inferat heresym in pertinaciter contradicentem. Inueniuntur autem decretales per concilia generalia approbate, que nullam determinant penam inobedientibus, alique etiam decretales sunt, que penam pecuniariam infigunt transgressoribus, uel penam ieiuniorum, uel alterius speciei ab heresy, vt excommunicationis, priuationis, et multe sine taxata pena etc. Solempnitas enim concilii, que decretales roborat et solempnizat, non ex hoc penam aliam, quam ibidem taxata sit, irrogat. 4° et vltimo quod non conuincitur hereticus contradicens pertinaciter alicui decretali ex hoc (4) [f. 7r] solum, quod sit in corpore iuris canonici inserta et per concilium approbata uel aliqua pluribus summis pontificibus confirmata auctoritate et solempniter publicata. Non enim per hoc augetur pena, que ante fuit taxata. Set stante eadem pena in nullo ex hiis debet intundi. Iniuriose enim agit et sine lege, qui judex ultra taxatam in lege penam pro tali crimine irrogat transgressori. Non enim sequitur tunc legem, set propriam voluntatem. Patet igitur assumpta maior propositio. Set minor propositio, videlicet quod omnis propositio heretica est heretica ex materia uel ex forma. Hoc patet, quia omnis pena si justa, fertur a jure uel judice. Nullus enim potest ferre sententiam nisi jurisdi-

(1) Cf. Regul. iuris. n. 49. (2) Cfr. Regul. 15. (3) Cap. 18.

(4) In margine inferiore f. 6v haec additio habetur, eadem manu conscripta : « Et nota quod licet heresis sit error circa Scripturam uel circa articulos fidei etc., tamen quia, vt talis error dicatur heresis, adduntur alique circumstantie et inferuntur multe pene incidenti in heresim, et ideo aliquando, vt notem penas sibi illatas et adnexas, sepe loquar de heresi sub appellatione pene inflicte ex errore et ex sententia iudicis, vt distinguam heresym ab errore, qui non est heresis ».

ctionem habeat, quod fit uel ymitando jura condita et penas ibi taxatas, uel ex auctoritate commissa penas arbitrarias inferat, si pena est a jure, est ex materia, si a iudice, est ex forma. Patet ergo ista minor et per consequens tota 2ª conclusio.

Correlarium huius 2ᵉ conclusionis annexum est hoc: Licet dicta decretalis *exiit* non hereticet contradicentem, posset tamen quilibet papa sequens nouiter hereticare pertinaciter contradicentem, et sic inferret in contradicentem heresym ex forma a judice inductam. Patet hoc correlarium. Quia decretalis supponitur vera et de materia fidei, in qua potest errari (1) et ex qua potest in ecclesia propter varios intellectus scisma suscitari, ad que sum[m]us pontifex debet prouidere et ex officio remediis et penis occurrere opportunis. Sic enim fecit papa *Iohannes* prefatus in decretali *Cum inter nonnullos* (2), vt patet ibidem. Similiter papa *Benedictus* (3) eius immediatus successor, qui hereticauit opinionem quod anime corpore exute quantumcunque purgate et sancte, ante resurrectionem nudam deitatem beatifice non viderent, et similiter de multis aliis decretalibus, que primo non erant heretice et nunc sunt heretice, quia primo fuerunt false, patet in *6º et 7º decretalium*. Sicut etiam patet cum canonizat sanctos.

Tertia conclusio sit hec: Contradicens pertinaciter decretali pape Iohannis, que incipit *Cum inter nonnullos* hereticus expresse conuincitur tam ex materia quam ex forma (4). Hec conclusio probatur. Quoniam papa *Iohannes* ibi duos dampnat herrores reducens aperte contra dicta euangelica. Patet de primo; dicit enim quod *pertinaciter asserere redemptorem nostrum dominum yᵐ xpm eiusque apostolos in speciali* non habuisse aliqua nec in communi *hereticum* iudicamus, *cum scripture que in pluribus locis ipsos nonnulla habuisse asserant, contradicant expresse.*

2ᵘˢ error ibidem per eundem dampnatus est iste: *Rursusque in posterum pertinaciter asserere quod redemptori prefato eiusque apostolis in hiis que ipsos habuisse scriptura sacra testatur nequaquam jus ipsis vtendi competierit, nec illa tenendi, donandi, vendendi et ex ipsis alia adquirendi, que tamen ipsos fecisse scriptura sacra testatur, seu ipsos potuisse*

(1) Utique ab homine privato, non vero ab Ecclesia vel a Papa « ex cathedra » loquente, ideo argumentatio auctoris hic claudicat.

(2) Eubel, *BF* V, 256-9, n. 518.

(3) Denifle, *ChUP* II, 453-4. Bulla « Benedictus Deus », *Bull. Rom.*, Taurini 1859, IV, 345-7; Mussi, Al. *De Ioannis XXII opinione circa visionem beatificam*, Modoëtiae 1906, 10 ss. (in-12º, pp. 19).

(4) Fere contrarium tenet et defendit Alvarus Pelagius, *De Planctu Ecclesiae* II 60: « Quod non est hereticum asserere quod christus et apostoli habuerunt aliquid in speciali vel in communi per modum dominii vel proprietatis », ed. Lugd. f. 199 ra, ed. Ven. f. 145 rb. Cf. etiam ib. Cap. 59. Nihilominus tum Andreas Richi (cfr. supra pp. 270 ss.) tum Alvarus Pelagius substantialiter idem sentiunt, quatenus uterque concordiam inter Bullas *Cum inter nonnullos* et *Exiit* astruunt. Eubel, *BF* V, 256-59 in nota edidit ex Archivo Vaticano, Armario XXX, 42, fol. 89-93 scriptum aliquod hac de concordia post 1326 compositum. Nuper *P. Alexander Amaro Diaz* O. F. M., in Collegio S. Antonii de Urbe disciplinae historicae alumnus dissertationem de Alvaro Pelagio instituens, invenit tractatum illum a P. Eubel editum non esse nisi Cap. 59 libri II *De Planctu Ecclesiae*, ubi tamen hinc inde pauca adiecta sunt, esse proinde tractatum, quem Alvarus Pelagius inter 1326 et 1330 composuit, forsitam occasione calumniarum apud Iohannem XXII contra ipsum sparsarum, de quibus cfr. Bullam *Licet dudum* (23 mart. 1329) *BF* V, 378; Wadd. ad a. 1329 nº 8 et 9. Cum demum inde ab anno 1330 scripsit Alvarus *De Planctu Ecclesiae*, tractatum illum integre, paucis tamen adiectis, inseruit.

facere supponit expresse cum scripture sit contrarium de fratrum nostrorum consilio deinceps erroneum fore censendum hereticum declaramus. Patet ergo conclusio hec, quia isti errores reducuntur contra sacram scripturam, quod est esse erroneum ex materia, et quia infert heresym ex sententia, dicuntur heretici ex forma. Fuerunt autem hereticati a papa *Iohanne* volente ponere silentium disputationibus, litibus et accusationibus, que crescebant *inter scolasticos viros* (1) religiosos et alios, qui se diffamabant et incusabant de heresy. Quidam etiam de opinantibus dicebant xpm habuisse ea, que in euangelio referuntur habuisse, habitione abusiua, ita quod habusiue dicitur talia habuisse. Dominus ergo papa *Iohannes* ex hiis coactus supradictam decretalem condere et questionibus et [f. 7v] litibus *finem* perpetuo *imponere* (2); et sic patet 3ª conclusio.

Correlarium. Possibile videtur quod duo asserentes eandem numero propositionem et equali pertinacia, vnus conuincatur hereticus et alter catholicus. Hoc correlarium patet, quia vna et eadem propositio potest habere diuersos sensus et in vno sensu erit heretica et in alio fidelis et catholica, vt patet in hac propositione: *Ego et pater vnum sumus* (3); hanc asserit Sabellius veram, quia vt hereticus confundit personas, eandem asserit catholicus veram, quia dictam a xpo et scriptam in euangelio, et eam intelligit veram per essentie ydemptitatem et vnitatem. Et similiter eamdem dicet Arrius falsam quia essentialiter distinguit personas et dicit: aliud pater, aliud filius. Similiter est de hac propositione *Pater maior me est* (4); hanc concedunt catholici et Arriani, set sub diuerso sensu, quia catholici intelligunt maioritatem deitatis ad humanitatem, et Arriani intelligunt maioritatem etiam essentialem in deitate. Potest etiam hoc correlarium aliter declarari sic: Vna et eadem propositio poterit videri alicui quod repugnet dicti[s] sacre scripture vno tempore, set alio tempore, cum erit magis doctus, cognoscet non contradicere, set concordare. et sic tempore quo putauit discordare, putauit hereticam, et tempore quo putabit conuenire, putabit catholicam. Et si hoc in vno et eodem homine, multo facilius invenietur hec diuersitas in duobus simul diuersa opinantibus in eodem tempore uel diuerso. Et ex hoc nascuntur contentiones et *brige* (5), et in ecclesia scismata et discordie et hereses. Et sic puto fuisse in proposita questione inter *Michelistas* et papam *Iohannem* prefatum, inter quos puto multiplicitatem sensuum fuisse discordie causam, et non repugnantiam oppositionis intellectuum.

Quarta conclusio sit hec: Posito quod decretalis pape *Nicolai* et decretales pape *Iohannis* contradicerent, vt putant *Micheliste,* decretales pape *Iohannis* sunt censende auctoritate validiores. Probatur hec conclusio, primo quia decretales pape *Iohannis* inveniuntur condite cum solempniori consilio cardinalium, prelatorum et doctorum vtriusque juris et multorum magistrorum in sacra pagina (6). Sed in decretali pape

(1) Sunt verba bullae: *Cum inter nonnullos, BF* V, 256.

(2) Ibidem. (3) Ioh. XVII, 22. (4) Ioh. XIV, 28.

(5) Briga = lis, rixa; Ducange-Henschel s. v.

(6) In Bulla *Cum inter nonnullos* dicitur bis « de fratrum nostrorum consilio » *BF* V, 257, 259. Maxima et, uti videtur, officialis collectio sententiarum cardinalium, episcoporum, praelatorum, magistrorum, in quaestione paupertatis Christi et Apostolorum datarum, habetur in Codice *Vaticano latino 3740,* membr. saec. XIV, dum transscriptum huius codicis extat Venetiis in Bibliotheca S. Marci: *Zanetti, latini 142* chart. saec. XV, ex quo Felice Tocco quaedam edidit, *La Questione della povertà nel secolo XIV secondo nuovi documenti,* Napoli, 1910, p. 10 ss.

Nicolai non dicitur quod fuerint de consilio alicuius alterius ab ipso papa edite (1), sicut patere potest prefatas decretales percurrendo. 2º probatur eadem conclusio. Quia decretales pape *Iohannis* fuerunt facte ex proposito directe ad supra dicta dubia, que agitabuntur per mundum, ymo que perturbabant multipliciter ecclesiam, terminanda, vt patet in dicta decretali; dicitur enim ibidem: *Cum inter nonnullos scolasticos viros vertatur in dubium, vtrum asserere xpm* etc. *Nos ergo tante concertationi silentium perpetuum imponere volentes* etc. Set decretalis pape *Nicolai* prefata fuit edita, non vt determinatiua questionum et discordantiarum supradicte materie, set solum fuit introducta vt commendatiua et declaratiua regule fratrum Minorum. Appellatur enim declaratio regule fratrum Minorum, vt patet in dicta decretali. Et sic ex directo non terminat has, de quibus loquimur, questiones (2), et ideo largius in huiusmodi est loquendum quam si diffiniendo loqueretur (3). 3º probatur idem quia decretalis pape *Nicolai* non curat hanc questionem finem statuendo dubiis, que oriri inde possent et disputationibus, que fiebant in mundo ex parte qualibet ex aduerso. Set permictit dubia dicens (4): *Si quid autem penes aliquem in supradictis dubietatis emerserit, hoc ad culmen apostolice Sedis deducatur, vt auctoritote apostolica sua in hiis manifestetur intentio, cui soli concessum est statuta condere et condita declarare*. Set decretalis pape *Ioannis* precidit dubia et que possunt oriri et dispu-[f. 8r]tationes et discordias, inponens perpetuum silentium super hiis, dicens in prefata decretali *Cum inter nonnullos: Nos perpetuum silentium inponentes... Deinceps erroneum declaramus* etc. 4º patet hec conclusio, quia grauior pena inponitur transgressori decretalis pape *Iohannis,* quia infligitur heresis, efficit enim contradicentem sibi pertinaciter hereticum. Set decretalis pape Nicolai solum infligit in contradicentem *excommunicationem et omnipotentis dei indignationem*. Que autem decretalis maiorem infligit penam solicitius est seruanda, transgressio magis timenda et intacta magis conseruanda. Heresis enim excommunicationem et maledictionem includit et non e contrario; ergo maior pena etc. 5º probatur idem sic: Vltimiori decretali in editione amplius est fauendum et immobilius inherendum, eo quod posterior cogitanda est emendatior, eruditior et solidior, eo quod per tempora ecclesia magis eruditur, magis digerit dubia, et que vera sunt roborat, et corripit que neglecta. Non enim hoc potest conuenire prioribus respectu sequentium, vt priora corrigant que futura; correptio enim presupponit errorem, non preuenit, priora inmaturiora sunt, que vero sequuntur putantur digesta per amplius.

Correlarium 4ᵉ conclusionis sit hoc: Si decretalis pape *Iohannis* opponitur in aliquo decretalibus pape *Nicolai,* vt predicant *Micheliste,* sequitur quod decretalis pape *Nicolai,* de qua questio hic agitur, sit irrita, reuocata et nullius vigoris putanda. Si autem realiter non sibi opponitur [sic] uel in sensu non contradicunt, vt dicunt *Iohanniste* et cum eis omnes catholici, sequitur quod quilibet successor in papatu prefato pape *Nicolao* potuerit istam decretalem anullare, cassare, corrigere et vigore omni nudare, et quod decretalis pape *Iohannis Cum inter nonnullos* per nullum eius successorem potuerit uel poterit irritari.

(1) De magna cura et consilio quibuscum Decretalis *Exiit* composita est, cfr. *Anal. Franc.*, III, 369.

(2) Observatio iustissima auctoris, scl. Papam Nicolaum III nullam decisionem dogmaticam decretali *Exiit* voluisse dare.

(3) Cod.: *loquerentur*.

(4) In decretali *Exiit; BF* III, 416.

Horum contrarium asserunt *Micheliste*. Probatur prima pars correlarii, que est quod si decretalis pape *Iohannis* opponitur etc. hoc sequitur, quia ex quo sunt opposite, simul stare non possunt. Nec aliquis intendit subditos ad opposita obligare, nec potest etiam si vellet. Ergo altera uel ambe sunt irrite et nullate. Si altera non potest esse posterior, eo quod non habet vnde reuocata dicatur ex aliqua posteriori, ut supponitur; nec ex aliqua anteriori, quia prior in posteriorem non habet anullandi vigorem. Non enim antecessor ligat uel impedit potentiam succedentis, set magis qui sequitur acta irritat precedentis, nisi forte in prima esset heresis interclusa, quod in proposito non supponitur. De hoc videbitur in correlario sequentis conclusionis, et iam ostensum est quod decretalis pape *Nicolai* prefata in pertinaciter contradicentem non infert heresim nec ex materia nec ex forma, ergo sequitur quod posterior potuit reuocare statutum editum a predecessore. Frustra enim 2um statutum fieret, si non intenderet omne precedens oppositum irritare. Et quod successor possit priora statuta, exceptis statutis que pertinent ad heresym, reuocare, patet 15^a d. *sicut* (1) et 25^a, q. prima *Sunt quidam* (2), vbi dicitur quod papa mutat statuta conciliorum et secundum totum et secundum partem irritat et anullat, et patet in libris decretalium sepius de facto, et in materia proposita papa *Nicolaus* prefatus multa reuocauit in declaratione regule fratrum Minorum, que per *Gregorium* (3) et *Innocentium* (4) eius predecessores in papatu fuerant ordinata. Illi enim determinauerunt, quod fratres Minores habeant jus ad vsum rerum eis necessariarum (5), scilicet ad victum et vestitum et ad sapientiale studium et dei cultum. [f. 8v] Et tamen *Nicolaus* horum successor declarauit, quod non habebant nisi simplicem vsum facti sine omni jure et reuocat omnem decretalem, que huic sue contradiceret; ergo et equa ratione successor pape *Nicolai*, puta papa *Iohannes*, potuit precedentis *Nicolai* pape reuocare decreta. Si autem non opponuntur, sicut tangit 2^a pars correlarii, nec prima est in materia que spectet ad heresym, patet per dicta, quod papa *Iohannes* successor sicut et alius pape *Nicolai* successor potuit, sicut et iste poterit illam reuocare, licet si non contradicant, expedire non videatur immutari. 3^a pars correlarii est, quod decretalis pape *Iohannis*, que incipit: [*Cum*] ***inter nonnullos*** non potest anullari uel suspendi. Patet quia hec decretalis hereticat contradicentem, et anullare ipsam esset fauere heresy, et suspendere esset pro tempore licentiare teneri heresym. Hoc autem non potest papa, patet 24^a, q. 2^a *Sane* (6) et 9, q. 5 *Nemo* (7). Hec enim ligant auctoritatem pape, quia hoc facere esset fidem ecclesie destruere, non construere. Potest enim papa nouas leges condere, veteres destruere et omnes immutare, dummodo non sint contra sacram scripturam, contra apostolorum simbolum, uel contra approbata concilia patrum, ***extra, de electione, significasti*** (8); et sic correlarium patet.

Quinta conclusio sit hec: Dato quod decretalis pape *Nicolai*, que incipit *Exiit*, sic sit catholica quod conuincat omnem hominem et omnem decretalem repugnantem sibi, hereticum uel hereticam esse. Et sic papa *Iohannes*, qui, vt putant *Micheliste*, dicte decretali pape

(1) Cap. 2. (2) Cap. 6.
(3) Greg. IX: *Quo elongati*, 28 sept. 1230, *BF* I, 68.
(4) Innoc. IV: *Ordinem vestrum*, 14 nov. 1246, *BF* I, 400.
(5) De *iure (civili)* ad usum hi pontifices non loquuntur, sicut auctor praetendit.
(6) Cap. 3 *Sane quod.* (7) Cap. 13 *Nemo iudicabit*, quaestio 3, et non 5.
(8) Cap. 4. (I 6).

Nicolai in multis repugnauit decretalibus, conuincatur hereticus, non tamen sequitur absolute et simpliciter, quod dicte decretales sint heretice uel tenentes eas, uel defensantes, uel non delentes si possunt, sint heretici, vt inferunt *Micheliste*. Probatur conclusio, quia potuerunt iste decretales pape *Iohannis* habere plures sensus et in vno esse heretice, in quo sensu tenuit eas papa *Iohannes,* et sic incurrit heresym, et in alio potuerunt esse catholice, in quo sensu non hereticant tenentes uel defensantes, uel non delentes et delere potentes; exemplum in proposito: Si ista *Ego et pater vnum sumus* (1), uel ista propositio *pater maior me est* (2), sic sit catholica, quod inferat omnem repugnantem hominem uel decretalem hereticum uel hereticam, et sic Sabellius qui in diuinis confundit personas, esset inferendus hereticus, quia intendit istam propositionem: *Ego et pater vnum sumus,* idest vnum suppositum et vna persona et sic infertur hereticus. Similiter Arrius contradicens *Ego et pater vnum sumus* et concedens *pater maior me est,* quia intelligit in essentia, quia distinguit essentiam, ex hiis conuinceretur hereticus; et tamen nec propositiones dicerentur heretice, cum sint propositiones xpi et sententie euangelice, nec nos qui concedimus eas, possumus concludi heretici, eo quod in alio sensu admictimus quam prefati. Videte quantum in hac consequentia decepti sunt *Micheliste* arguendo: Qui contradicit huic propositioni in tali sensu, arguitur hereticus, et propositio contradicens est heretica in illo sensu, ergo qui tenet illam propositionem, uel etiam illa propositio est heretica; non enim sequitur nisi sub sensu repugnante, non simpliciter. Patet ergo principalis quinta conclusio.

[f. 9r] *Correlarium* 5ᵉ conclusionis est hoc: Si ponantur 2ᵉ decretales fieri ab eodem papa, uel a duobus sibi inuicem succedentibus, et ambe sint inuicem repugnantes et quelibet hereticet omnem aliam sibi repugnantem, et sint cetera alia concurrentia paria, puta quod ambe sint facte eque solempni consilio uel concilio videndum est, quid agendum ei, qui sit in ancipiti dubio perplexo. Hoc primo dico, saluo fideliori responso, quod huic preualere volo. Primo quod casus est possibilis de lege data, quia de potentia dei non est dubium, quin possit poni in esse. 2º dico, quod credo quod nunquam euenerit, nec quod sit in futuro venturus. 3º dico, quod si dictus casus ex quo est possibilis ponatur in esse, sic quod, sicut *Micheliste* putant, decretales pape *Nicolai* opponi et hereticare decretales pape *Iohannis*, quas putant sibi opponi, que decretales pape *Iohannis* hereticant omnem sibi oppositam, et per consequens hereticarent decretalem pape *Nicolai* prefatam, tunc apud sic opinantem esset casus in forma, puta 2ᵉ decretales quarum vna aliam hereticaret et e contrario. Ponatur etiam quod auctoritate et solempnitate et ceteris aliis sint pares, et tunc est casus datus, et queritur, quid agendum a perplexo. Respondeo premictendo primo quamdam distinctionem de differentia heresum. Dico ergo quod heresum 3ˣ est species. Alique enim sunt hereses dicte fundamentales, eo quod super veritates eis oppositas est fundata ecclesie fides, et sunt iste, scilicet hereses contra sacram scripturam, contra apostolorum simbola, et contra statuta et concilia approbata patrum. Super hiis tanquam super quedam fundamenta fundatur ecclesia, super hec insidet papa, nec habet posse aliquid inmutare, eo quod hec sunt super que fundatur et erigitur ecclesie constructura. Non enim datur pape

(1) Ioh. X 30.

(2) Ioh. XIV 28.

auctoritas in destructionem ecclesie constructure, set in hedificationem (1) sicut dicit apostolus ad Ga. primo (2) *Licet* uel *angelus euangelizaret vobis aliter, anathema sit,* et iterum hoc verbum confirmans replicat dicens: (3) *Nunc iterum dico* vobis: *Si quis vobis euangelizauerit preter illud, quod accepistis* a nobis, *anathema sit* et sequitur vnde habuit confidenter hoc dicere (4). *Notum enim facio vobis euangelium, quod euangelizatum est a me, quod non est secundum hominem, nec ego ab homine accepi illud uel didici, set per reuelationem yhu xpi.* Idem habetur 25, q. prima *sunt* (5) et capitulo sequenti (6) et in ista specie heresum non potest accidere ista perplexio, quia statim contra hoc statuens est sententiatus hereticus et ab omni auctoritate et dignitate priuandus, ymo priuatus, 15 di. *Sicut* (7).

2ª species heresis est cum aliqua propositio conceditur uel negatur ex qua euidenter sequitur repugnantia ad scripturam sacram uel ad articulos fidei uel ad sententias probatissimas patrum; et accipitur hec euidentia large, non solum per naturam terminorum, set etiam per credibilia dicta et auctentica sanctorum, et de hac specie est hec: Corpus xpi in triduo non fuit vnitum deitati, et hec: xps debet iterum crucifigi et similes que sunt istius speciei. In hiis dominus papa potestatem non habet, sicut nec super ea que sunt in prima specie ex [f. 9v] quo ista 2ª species reducitur patenter ad primam et ideo idem iudicandum. Et in hac specie non habet locum casus eo quod papa conuinceretur hereticus et sic non valeret condere 2am vt patet.

3ª species est earum heresum, quarum dubia est opinio vtrum possit reduci contra sacram scripturam aperte, uel consonet sacre scripture, simbolis apostolorum uel determinationibus conciliorum, aprobatissimis sententiis patrum, et ad partes sunt rationes, et vni homini apparet vnum et alteri aliud. Et super hiis dominus papa est principalis determinator, ymo generalis determinatio solum ad ipsum spectat cum viuit, set concilio dum vacat ecclesia. Et in ista specie heresum potest habere locum perplexio, quia potest vni pape (8) apparere quod talis propositio sequatur ex sacra scriptura uel ex apostolorum simbolis uel ex conciliis uel ex approbatis sententiis patrum, et alteri apparebit contrarium, ymo etiam eidem pape vno tempore apparebit quod sit reducibilis ad prefata fundamenta et alio tempore quod non sit reducibilis, et pro tempore quo opinatur quod possit reduci, determinare potest sub heresy quod sit a fidelibus tenenda, et tempore quo sibi apparet inreducibilis et magis suum oppositum videtur reducibile ad prefata, poterit sub heresy prohibere, ne sit pro fideli te-

---

(1) Alv. Pelag. II 61, ed. Lugd. f. 203rb, ed. Ven. f. 150ra: « Non enim vicarius Dei destruet sed construet, confirmabit et approbabit, quod sui predecessores sancte et premature fecerunt ». (2) v. 8. (3) v. 9. (4) v. 11.

(5) Cap. 6. *Sunt quidam.* (6) Cap. 7. *Contra statuta.* (7) Cap. 2.

(8) Doctrina quam hic et in sequentibus auctor exponit est « in sensu composito », uti scholastici dicunt, falsa et reprobanda, repugnat enim infallibilitati papae in rebus fidei et moralis. Insuper fundamentum eius doctrinae est falsum, cum Gregorius IX, Innocentius IV, Nicolaus III et Iohannes XXII in rebus dogmaticis minime sibi contradixerint in exponenda regula Fratrum Minorum. Bene ad rem scribit Nicolaus Palmerius, O. S. A. episcopus Ortanus tempore Pauli II, in tractatu inedito contra Fraticellos conscripto, Cod. *Vat. lat. 4158* f. 37r: « Non est insuper tanti ponderis regulam beati Francisci declarare, ut ab aliquibus extimatur. Nam declarare regulam beati Francisci non est articulus fidei, nec ad bonos mores uniuersalis ecclesiae spectare uidetur... ».

nenda. Sic est de iure vtendi rebus vsu consumptibilibus a xpo et apostolis et fratribus Minoribus. Apparuit enim aliquando aliquibus summis pontificibus, quod xps et prefati non haberent jus ad vsum, set solum vsum nudatum omni jure, vt pape *Nicolao* predicto et aliis sequacibus vsque ad prefatum papam *Iohannem*. Aliquibus autem aliis, vt puta pape *Gregorio* et pape *Innocentio*, predecessoribus prefati pape *Nicolai*, appaparuit quod xps et prefati haberent jus ad vsum rerum necessariarum ad victum, vestitum, ad studium sapientiale et ad dei cultum, vt patet in declarationibus regule fratrum Minorum per eos factis, vbi pretendu[n]t, quod fratres Minores habent jus etiam ciuile (1) ad vsum necessariorum in predictis et ad predicta concessum, tamen ab alio, qui potest hoc reuocare, cum vult. Pape *Iohanni* vero et aliis apparuit quod vsus in rebus vsu consumptibilibus, si sit justus, aliquo jure sit justus, a quo jure non possit separari, et loquitur de jure, quod est necessarium (2) ad justum vsum. Differentia istorum opinantium est ex vario intellectu, et intellectibus declarandis habet dominus papa liberam potestatem vt patet, et in hiis potest euenire talis perplexio; si igitur ponatur in actu, erit casus in forma.

Ad casum ergo respondeo, quod talis perplexus nullam decretalem putet esse dampnandam, set singulam per se venerandam sub condicione tamen. Tutius enim est inhonorabilem honorare, quam dignissimam honore hereticam putare, et ideo, ne contingat catholicam sub ignoto contempni et hereticam putare, preheligendum est ambas singillatim et simul honorare. Exemplum de hostia consecrata, que si casu contingat taliter cum non sacrata misceri, quod dignosci non valeat, non tamen [f. 10r] propter non sacratam contempnentur ambe, set quia ibi est consecrata, honorabuntur ambe et in tabernaculo simul condentur adorande uel a sacerdote simul sumentur in communione ambe; sic qui perplexus inter decretales illas nullam determinate contempnet, set magis ambas simul sub condicione honorabit, sperando tamen quod deus cito declarabit veritatem soluendo perplexitatem et in isto intermedio seruabit ordinem, qui dicetur statim. In *Michelistis* autem et in illis qui dubitant inter decretales, que sit catholica queue heretica, est ista perplexitas, si ponant has decretales esse eque dubias: in nobis autem non habet locum hec perplexitas, quia tenemus ambas non discordare in hiis, que sunt fidei; potest tamen esse in nobis perplexitas inter concordias, que sit concedenda, queue contempnenda. Set si sic eueniat, quid perplexis agendum?

Primo dico quod credere debet fidelis quisque, quod deus non permicteret illas decretales fieri, si inter eas non vidisset concordiam, licet forte sit nobis ignota. Institutoribus tamen putandum est fuisse agnitam uel alicui alteri pontifici reuelatam, cui fides in hiis erit exhibenda, et sic faciliter erit credendum astruenti concordiam, quia hec opinio magis est in fauorem fidei et extinctiua perplexionis.

2º dico quod si non constat, quod alicui talis vera pars que tenenda sit, est reuelata sufficienter, et adhuc perplexio occupet animum opinantis, credat quod deus hanc permictat vt penam iuxta [sic] (3) nostrorum scelerum et culparum; sepe enim propter peccata commissa dat in penam deus peccatori cordis duritiam et incredulitatem et conscientiarum perplexionem. Sic enim *indurauit cor Pharao-*

(1) Hoc Greg. IX et Innoc. IV minime dicunt.
(2) Codex habet: *de jure, qui est necessarius.*
(3) Lege *iustam.*

nis (1) *sic excecauit oculos* peccatorum et *obscuratum est insipiens cor eorum* (2), vt videntes non videant et audientes non intelligant. Vnde Io. 9º (3) dicit xps *in judicio: ego ueni in mundum, vt non videntes videant et qui viderint ceci fiant et dixerunt ei pharisei: nunquid et nos ceci sumus?* Respondit xps: *si ceci essetis, non haberetis peccatum.* In tali ergo casu penitendum est de peccatis et rogandum est deum deuote ut remictat sibi etiam hanc inductam perplexitatem etiam culpam. Sic enim videtur dicere Gregorius *Mor.* 32º (4) super illo verbo Iob (5). *Nerui testiculorum eius* etc. *Ex peccato enim male subgestionis prouenit aliquaudo neruorum perplexio, et testes sunt subgestiones praue, que ita ligant homines quatenus si ex vna parte fugere appetant sine peccato alio non euadant; confitenda sunt ergo peccata et pro remissione orandum, vt perplexio inducta soluatur.* Et 25º (6) *Mor.: Prioris peccati merito peccatorum subsequentium fouea tegitur, vt quo malum sciens perpetrat, deinceps juste in aliis etiam nesciens cadat. Hoc quippe agitur, vt culpis culpa feriatur quatenus supplicia fiant peccantium ipsa incrementa vitiorum.* Horum vinculorum solutor est de quo in Psalmo (7) *Dominus soluit compeditos, dominus illuminat cecos.* Deus ergo rogandus, dicatque orans deum illud primi Machabeorum 3º: *Ignoramus quid agere debeamus domine deus, a te sunt oculi nostri ne pereamus* (8).

[f. 10v] 3º dico quod si adhuc non appareat signum solutiuum perplexionis, est adhuc cum patientia expectandum, et in isto intermedio expectationis nullam huiusmodi decretalem contempnere uel dampnare audeat ille perplexus. Set quamlibet vereatur, commendet et juste factam putet et vtrumque vt secretum misterium veneretur. Sic enim dignum est propter reuerenciam condentium, qui vice dei sunt nobis in terra et reuerentiam Spiritus sancti, qui maxime in prelatis et superioribus agit misteria, que ab inferioribus sunt abscondita; non enim turba ascendit ad deum in monte, set solus Moyses per turbinem ascendit ad deum in monte (9).

4º dico quod si in dicto intermedio necesse habeat ad partem aliquam harum decretalium declinare uel secundum aliquam judicare uel predicare, declinet ad quam vult, alteram tamen non dampnet, nec sic aliam confirmet quod libere regressum ad aliam si opporteat non reseruet, semperque addat saluo judicio meliori, uel hec determinatio valeat donec aliquid magis tenendum appareat, quin etiam si alter secundum alteram oppositam sententiet, alterius sententiam non condempnet uel inficiat.

5º dico quod si expectando per aliquod tempus percipiat quod vltima decretalis imperturbata permaneat et quiete et tam seculares quam clerus concordiam in ea habeant, nichilque auersi contra eam sit ortum, hoc pro signo diuini beneplaciti est accipiendum et deinceps in posterum secundum decretalem ultimam, prima dimissa, erit judicandum. Nam prima decretalis perturbata est per secundam. Set 2ª non est per aliquam posteriorem perturbata, set quiete se habuit clerus et populus, relicta priore, quod factum non est credendum fuisse a deo permissum, nisi quia vult statum secunde decretalis ra-

(1) Exodus IX 12, XI 10. (2) Rom. I 21. (3) v. 39-41.
(4) Cap. 18, P. L. 76, 653. (5) XL 12. (6) Cap. 9. P. L. 76, 335. (7) Ps. CXV 7.
(8) Haec verba revera habentur 2 Paral. XX, 12, non autem in lib. Machab.
(9) Cf. Ex. XXIV 2.

tum fieri et fixum. Exemplum ad hoc habemus primo *Machabeorum* 3°: (1) Fuit enim perplexus Mathathias qui et cum eo erant si deberent die sabbati pugnare uel obstruere aditus vnde inimici possident (2) ad eos intrare, que videbatur lex prohibere. Ex alia parte [h]ortabatur lex, vt pro lege dei saluanda et ceremoniis et salute populi vsque ad mortem viriliter certarent. Hec enim sunt bella domini. Inter hanc perplexionem elegerunt magis seruare legem sabbati, nolentes bellare nec aditus obstruere, vt sabbatum non violarent, qua ex causa interfecti sunt plurimi. Videntes autem quod hoc erat dare victoriam inimicis et perdere dei populum, inmutato consilio statuerunt nouiter, vt qui aggrederentur eos in die sabbatorum ad bellandum, bellarent contra eos et non dimicterent gratis se interfici sicut fratres eorum dimiserunt se interfici sine resistentia in occultis, et sic deinceps seruauerunt repercutientes in die sabbatorum invadentes; et sub ista lege nihil auersi passi sunt, set potius preualuerunt contra inimicos. Ideo pro lege determinatiua habitum est, vt liceat etiam in sabbato expugnare inuadentes; vnde et ubi supra capitulo 2° dicitur, quod invadentibus infidelibus Iudeos ad Iordanem in die sabbatorum insiluerunt Iudei in inuadentes, 2ª statuta sequentes et prima reiacentes, et dixerunt non est hodie sicut heri et nudiustertius, set pugnamus pro animabus nostris etiam in die sabbatorum et quia sub ista lege invaluerunt, confirmata est lex ista, prima dimissa, et expu-[f. 11r]gnantur, qui aggrediuntur, licite, et non contra dei legem in die sabbatorum. Et sic seruatur hodie a fidelibus vt illa prosperitas sub nouo statuto sit pro signo, interpretatio diuine voluntatis in tali casu.

E x d i c t i s a d j u d i c i u m a c c e r s i o *Michaelistas* (3), q u i c a s u m i n f o r m a a s s e r u n t, l i c e t d i c a n t q u o d d e c r e t a l e s p a p e *Iohannis* n o n v a l e a n t, q u i a s u n t s u p e r m a t e r i a i a m h e r e t i c a d a m p n a t a. Nos tamen dicimus eas cum aliis pape *Nicolai* valere, tamen ipsi quantum a prescripto ordine obseruantie deuiauerint aduertant; mox enim precipitantes Micheliste apprehensa iuxta suas extimationes oppositione decretalium, alteram partem uulgauerunt hereticam, non inquisierunt de concordia, nec astruentes inter huiusmodi decretales esse realem concordiam, amatores discordie, in papam *Iohannem* intorserunt culpam, non ex sua posse prouenire nossa (4) putauerunt, set presumentes de sua superba justitia de decretalibus a summis pontificibus cum tam sacro concilio celebratis inania sunt locuti, quibus debuerunt ex dignitate summam reuerènciam exibere. Noluerunt si deus aliunde reuelaret inter has controuersias concordiam uel sui beneplaciti signa expectare, set sine mora in partem se precipitauerunt alteram, puta decretalem pape *Nicolai* catholicam (asserendo) (5) et decretales pape *Iohannis* hereticas, cum illa decretalis pape *Nicolai* esset vera, set ab aliquibus perturbata. Set velint nolint, vident decretales pape *Iohannis* in suo robore permansisse et a cunctis sapientibus approbatas esse et concordiam ad illam pape *Nicolai* ratam habitam esse, quod debet nobis esse signum diuini beneplaciti ad credendum, quod *Nicolaitarum* seditiosa opinio abiecta elanguat, et illa, que concordiam inter prefatas decretales predicat, ditata multitudine cunctorum sapientium et omnium ecclesie prelatorum, gloriosa persistat, et sic patet correlarium.

---

(1) *Quae sequuntur* narrantur I Mach. Cap. II, (et non III) 32ss. (2) Lege: *possent*.
(3) Que sequuntur bene describunt actionem praecipitem Michaelistarum in nota quaestione habita cum Iohanne XXII. (4) Lege *noxa*. (5) In margine.

Sexta conclusio sit hec: In dubiis fidei Ecclesie romane determinatio ab omnibus est tenenda et omnibus determinationibus preferenda (1). Hec conclusio patet di. 2ª *quis* (2) in fine, vbi dicitur quod romana ecclesia est omnium magistra et ab omnibus in doctrina sequenda. Et 3ª, q. VI *multum* (3), vbi dicitur quod romana ecclesia habet *plenitudinem potestatis* et omnes alie ecclesie sunt sibi subiecte et vocate per eam in *partem sollicitudinis*. Et dist. 12ma *Preceptum* (4) et 24ª, q. prima *Quotiens* (5), vbi dicitur quod in dubiis arduis ad eam est recurrendum et sue determinationi standum. Et probatur hec conclusio rationabili conuenientia: Quoniam inter multas particulares ecclesias, puta orientalem, occidentalem, gallicanam, cismontanam, vltramontanam et multas huiusmodi, oportet vt preferatur vna ad quam respiciant et ad quam ordinentur vt ad caput cetere alie subseruientes, ut cum oritur dubium, sit judicium in quo vltimate standum, ac etiam ad quam, vbi particulares ecclesie dissiderent, pro concordia recurratur ad ipsam, alias scismata et dissentiones orirentur, et non erit dare remedium sedatiuum uel judicium vltimate diffinitiuum, cui pre omnibus assentiendum (6).

(2º *Dubia*) (7). Set hic duo oriuntur dubia. Primum in quibus consistit ista romana ecclesia, 2um cur dicitur romana ecclesia. Ad primum [f. 11r] dubium quod est: que ista romana ecclesia? idest in quibus consistit? Dicunt aliqui quod est congregatio omnium fidelium, qui quasi membra in vno corpore sunt vnita vni capiti, puta romano pontifici, vicario yhu xpi. Et de hac ecclesia loquitur apostolus Act. 20 (8) d. episcopis Grecie: *Actendite vobis et vniuerso greci* (9) *in quo vos spiritus posuit episcopos regere ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo,* et sic includuntur tam peccatores quam justi omnes potestatibus ecclesiasticis subiecti. Et licet hec tanta multitudo et varietas hominum miro modo venustet ecclesiam, quantum tamen ad intellectum eius quod dicitur, quod ad ecclesiam romanam spectat determinare dubia et ferre vltimata judicia et ad quam pro necessariis, animabus expedit quod habeatur recursus, non opportet tam diffuse ecclesiam accipi. Non enim faciliter posset tota multitudo fidelium congregari, ei colloqui et responsa recolligi, quin etiam si non simul sentirent, set inuicem dissentirent, non posset per tale medium concordia reuocari et ideo patet, quod non accipitur ecclesia hic, cum dicitur ad ecclesiam sunt dubia fidei vltimate referenda, pro congregatione fidelium.

Alii dicunt, quod ecclesia proprius dicitur totus clerus, hinc enim dicuntur ecclesiastici viri. Set hec acceptio ecclesie quantum est ad determinare dubia fidei, est nimis larga, eo quod difficile foret nimis congregare omnem clerum, cum sint a remotis multi et ad impedimentum populi et mora posset esse periculi. Verum est tamen quod dubia subiecti populi in materia fidei prelatis particularis ecclesie sunt referenda; ipsi enim vocantur in partem sollicitudinis et ministerii secundum suas determinatas jurisdictiones. Patet hoc d. 93ª *Legiptimus* (10). Et non est dubium quin isto modo accipiendi ecclesiam accipitur strictius quam accipiendo pro ecclesia totam congregationem fidelium. Set tamen hii particulares ec-

(1) Cf. Alv. Pelag., I, 27, Lugd. f. 3vb, Ven. f. 5ra.

(2) Hoc Cap. in Dist. 2 non invenitur. Cfr. tamen Dist. XII, Cap. 2 *Praeceptis apostolicis*. (3) Cap. 8. (4) Cap. 2 *Praeceptis*. (5) Cap. 12 *Quoties*.

(6) Cf. Alv. Pelag. I, 54, Lugd. f. 38rb ss., Ven. f. 47va ss.

(7) In margine. (8) v. 28. (9) Lege *gregi*.

(10) Hoc Cap. non invenitur. Est verisimiliter. Cap. 24 *Legimus*. Dist. 93.

clesiastici non habent dubia fidei determinare, set iam determinata publicare, et populo sibi subiecto predicare et declarare. Est enim eorum terminata et limitata potestas tam extensiue ad subditos, quam intensiue ad actus jerarchicos. Et ideo dubia fidei generalia pro omni ecclesia non sunt per eos determinanda.

Alii vero dicunt, quod ecclesia, ad quam pro declarandis dubiis fidei est adeundum, est dominus papa cum suo ordinario consilio, uel etiam cum generali concilio. Et non est dubium (1) quod vbi possit haberi generale concilium, tutissimum foret expectare eius determinationem. Set tamen non est necessarium expectare quod celebretur concilium, quia dominus papa potest ipse cum suo consilio et sine aliquo consilio dubia fidei determinare (2). — Hoc sic probatur. Si generale concilium, uel suum familiare consilium, puta consilium cardinalium et prelatorum et magistrorum et doctorum, qui sunt actualiter in curia, dissiderent, ad quam partem pertinet determinatio et quam partem debet populus communis sequi et vnde scietur quod vna pars fideliorem sententiam dicat? Similiter dico de consilio familiari pape, quod non est necessarium ad determinationem dubii in fide, quia possunt dissidere et tunc per consilium non poterit determinari et maxime cum dissidet per equales partes. Si etiam concilium non posset congregari, uel qui de jure requisiti accedere ad concilium uel ad consilium nollent [f. 12r] uel impedirentur uel non permicterentur, starent fideles sine determinatione dubii pertinentis ad fidem; hoc enim nimis posset esse periculosum, et esset dare hereticis habilitatem ad posse in heresi contaminare fideles, si non sit qui simplices fideles in credendis doceat et confirmet; si etiam dominus esset in loco quo accedere non possent qui vocandi essent ad concilium uel etiam ad familiare consilium, staret ecclesia sine determinatione necessarii tanto tempore. Concilia etiam rarissimo celebrarentur non de centum annis semel. Opporteret ergo expectare tanto tempore determinationem fidei, non est verisimile quin Spiritus sanctus sollicitius de opportunioribus remediis sue sancte ecclesie prouidisset. Videtur ergo dicendum, quod nomine ecclesie, ad quam pro determinatione ultimata est recurrendum, est dominus papa, etiam solus, vbi alii ab eo uel inter se dissentirent. Ipse vt papa, non vt talis uel talis persona, est xpi vicarius, cui apud deum nullus in mundo immediatior officio, auctoritate et gradu; sibi sunt date primitus et inmediatius claues (in terris) (3) ligandi uel soluendi, conformiter sicut deus ligat uel soluit in celo. Harum clauium vna est clauis scientie ad discernendum, alia auctoritas ad seruandum. Patent hec in magistro sententiarum in 4° dist. (4) et in decreto 24, q. vltima (5) et 2ª, q. 9 (6). Ipse judex omnium est 9, q. 3 (7) *conquestus* et dist. 19 (8). *sic omnis*. Et omnium dictorum ratio est, quia oportet vt auctoritas determinationis dubiorum fidei sit reducta in vnum, vt non possit oriri scisma in determinando; si enim pluribus esset indistincte commissa auctoritas, faciliter dissentirent, nec esset qui sua auctoritate remediare posset, nec sciri posset, cui magis herendum. Dicamus ergo quod sicut est vnus solus papa, generalis in tota ecclesia mili-

(1) *Et non est dubium* in textu repetitur.
(2) Cf. Alv. Pelag. I, 17 Lugd. f. 3rb, Ven. f. 4va.
(3) In margine.
(4) Dist. 24. Cap. 9 et 12; P. L. 192, 904-5.
(5) Idest 3. Cap. 13 *Apostolicae auctoritatis*.
(6) Haec causa 2 habet 8 tantum quaestiones. Posset esse q. 1, Cap. 5 et 6 vel q. 6, Cap. 11, 12, 13, 17, 34.
(7) Cap. 8.
(8) Cap. 2 *Sic omnes*

tanti yhu xpi vicarius, sic vnus solus, ad quem spectat integra auctoritas determinandi, soluendi, ligandi et sententiandi. Aliis autem competit secundum distributionem per partes vt coadiutoribus in ministerio. Set quis ad hec magis ydoneus quam papa, in ecclesia catholica primus monarcha. Solus ergo papa intelligitur nomine ecclesie, cum dicitur quod ad ecclesiam sunt dubia fidei pro vltimata determinatione referenda, quod autem papa nomine ecclesie intelligatur patet dist. 41ª (1) et sequenti in textu et glossa, vbi dicitur quod in papa est tota auctoritas ecclesie plena, aliis in parte, et cum dicitur auctoritas ecclesie est auctoritas domini pape, vnde dicitur ecclesia ordinauit hoc uel illud, intelligitur quod papa fecerit uel ordinauerit illud.

Aliquando nomine ecclesie dicitur quilibet prelatus ordinarius respectu alteritatis [!] domini pape principalis prelati. Patet hoc Mt. 18 (2) vbi dicitur: *Si frater tuus peccat in te et te non audierit*, seruata reprensionis forma *dic ecclesie*, idest dic pape, uel ordinario prelato vice pape.

Set quare ecclesia nominetur romana? Respondeo hoc non est quia debeat esse natione romanus, uel debeat residere Rome, set quia papa est episcopus romanus. Et eo ipso quo episcopus romanus, est electus episcopus episcoporum et sic papa; patet per Ieronimum ad Donadium (3) presbiterum et ponitur [f. 12v] in *Manipulo florum* vocabulo *ecclesia* sub *E*. Et hoc etiam patet 24, q. prima *a recta* (4), et in glossa et c° (5) *quicunque* et 7, q. prima *Scire debes* (6). Et patet hec conclusio.

Correlarium. Meritis domini nostri yhu xpi donec finiatur seculum fides ecclesie non deficiet.

Ad declarandum hoc 3ª faciam:
Primo probabo correlarium,
2° Instabo ad oppositum,
3° declarabo propositum.

Quantum ad primum, probatur correlarium per dictum xpi Luc. 22°: (7) *Ego pro te rogaui*, Petre, *vt non deficiat fides tua* etc., que oratio ostenditur exaudita Io. XI° (8). *Scio pater*, ait xps, *quod semper audis me*. Hoc etiam correlarium habetur 24ª, q. prima (9), ubi dicitur quod *ecclesia a recta fide* nunquam defecit, nec deficiet in hoc seculo. Et in decretali pape Nicolai sepe allegata (10) dicitur: Profecto si *iuxta xpi promissa fides in ecclesia nunquam deficiet*, sic nec opera misericordie delebuntur. Patet ergo correlarium.

2° Instandum ad oppositum. Et primo quia videtur fides defecisse in Petro. Nam post hoc dictum *Ego pro te rogaui*, Petre, *vt non deficiat fides tua*, statim subdidit xps *Petro: antequam gallus cantet bis, ter me negabis* (11), quod sic inpletum est. Similiter et omnes apostoli et discipuli in fide defecerunt, excepta beata virgine, et hec est

(1) In hac distinctione nihil simile invenitur, agitur potius de Cap. 6, *Quodcumque* Causa 24, q. 1. ubi dicitur: *Petrus quando claves accepit, ecclesiam sanctam significavit*. (2) V. 15.

(3) Sic clare legitur. Hoc nomen tamen non invenitur inter destinatarios epistolarum notarum S. Hieronymi. Invenitur vero *Dardanus* ep. 129, P. L. 22, 1099 ss et iterum inter epistolas spurias ep. 23, P. L. 30, 211 ss. Sed argumentum cum re nostra non convenit. Neque textus S. Hieronymi ap. *Manipul. Florum* seu *Flores Doctorum Fr. Thomae de Hibernia*, (ed. J. Th. Ghilardi), Monteregali 1858, s. v. E, p. 238 isti concordat. (4) Cap. 9. (5) Cap. 27. (6) Cap. 7. (7) V. 32. (8) V. 42. (9) Cap. 9. *A recta*. (10) *Exiit*.

(11) Luc. XXII 32, 34; cfr. Matth. XXVI 34, Marc. XIV 30.

communis omnium doctorum sententia. 2° dico quod non videtur hoc xpi dictum, quod fides in hoc seculo non deficiat, habere veritatem pro sum[m]is pontificibus significatis in Petro, cui in officio sunt successores, eo quia iam de facto multi sum[m]i pontifices ceciderunt a fide et in heresi sunt defuncti (1), vt patet de papa Anastasio et multis aliis et *Micheliste* putant quod omnes pape a *Iohanne 22°* successiue vsque nunc ad *Urbanum 6um* fuerunt heretici. Patet etiam hoc, quia in decretis ponitur forma correctionis pape cum cadit in heresim.

3° Insto contra hoc: si dicatur quod intelligitur, quod fides non deficiat in consilio ordinario domini pape uel etiam in generali concilio. Set contra, quia generale concilium potest errare et vt patet in decretis allegatis datur ad corrigendum pape. Potest etiam scindi in partes et nescietur, que pars catholica; quelibet enim pars dicet opinionem suam esse catholicam et oppositam esse hereticam et sic nil certum. Nec constabit que assertio sit fidelis. Si etiam concilium generale nunquam congregaretur, quod potest propter multas impediri causas, nihil approbationis fidei afferret hoc dictum, quod fides ideo non deficiet, eo quod remaneret in generali concilio. Idem dici potest de pape ordinario consilio.

4° Insto contra hoc, videlicet si dicatur quod dictum xpi intelligit, quod fides nunquam deficiet, eo quod semper erit aliquis fidelis, quicunque sit ille, itaque intellectus dicti xpi sit iste, quod nunquam hec proposito sit vera: nunc non est in mundo aliquis fidelis, nec vnquam erit vera et semper hec erit vera: nunc est aliquis fidelis et semper erit aliquis fidelis. Set contra hoc dico, quod licet hec positio habeat ueritatem, non videtur esse hec positio precise intentio xpi. Plus videtur intellexisse xps quam quod fides reseruetur in aliqua quacunque persona; que enim vtilitas, si fides seruetur in vna persona indocta, que nec sciat docere fidem nec defendere? quid etiam vtilitatis, si seruetur in muliercula ignota [f. 13r] insufficiente ad docendum uel in puero (nutrito) (2) ab hereticis nuper in forma ecclesie batizato, qui vere fidem habet in habitu, non in actu? Quid etiam vtilitatis, si fides reseruetur in persona, que sit in extremis terre, ad quam non est accessus et que est ignota, nec scitur quod veram fidem habeat, quin etiam, si talis esset etiam inter nos, quis non crederet plus toti clero et multitudini sapientum et doctorum, quam simplici muliercule, indocte persone, que scripturam non nouit, nec docere sciat, nec respondere in dubiis? In hoc enim casu juridicaretur fides defecisse eo modo, quo judicaretur pars vna bellantium totaliter victa et defecisse, cuius nullus in campo remansit, nisi vnus qui preliari non potest nec alicui potest resistere. Secus tamen si, qui remansit, possit et preliari velit, nec cedere victoribus velit, set querat invadere et pugnare. Quis etiam ita paruipendit orationem nostri saluatoris in hora sue passionis pro discipulis et fidei stabilitate ad paternam maiestatem emissam, vt credat sufficienter inpletam, si fides in vna persona indocta uel in vna simplici muliercula uel puero reseruetur, que uel qui vtilis esse non possit ad fidem docendum uel defensandum uel ad fidei dubia declarandum? plus virtutis et efficacie est dandum orationi xpi tam celebri. Et patet hoc per hoc, quod sequitur *et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* In eo ergo meritis orationis xi reseruabitur fides, cui com-

(1) Hic fabulatur auctor.

(2) In margine.

petat quod dicit xps consequenter: *et tu aliquando conuersus* etc. Postquam in te reseruata est fides mea in temptatione, *confirma fratres tuos;* confirmare autem pertinet ad doctum et expertum et auctenticum in fide. Non ergo contenta erit xpi oratio. *Ego pro te rogaui* Petre, *vt non deficiat fides tua,* si fides reseruetur in vna sola persona indocto et inprudenti, vt in una muliercula, uel in vno puero, uel in vna persona ignota et absconsa in extremis insulis maris, ad quam non est accessus, nec a qua potest prouenire fidei vtilitas in aliis; set potius oratio xpi meruit fidei presidium validum, promptum et manifestum, ita quod virtute orationis xpi semper erit aliquis sufficiens docere fidem et defensare ipsam sva scientia uel etiam miraculis et diuinis reuelationibus, si sit necesse. Talis autem ordinarie debet esse su[m]mus pontifex, cui ex officio hoc incumbit. Hic precipue notus, apud ipsum debet esse consilium et doctrina ad fidem docendam et defensandam. Quod si ex aliqua causa particulari papa ad hec non sit actus (1), alium quemdam uel plures excitabit deus virtute orationis xpi, qui erit sufficiens, uel si plures, erunt sufficientes et ydonei ad fidem docendum et defensandum etiam miraculis et diuinis reuelationibus si sit necesse et sic patet 2um.

3um pertractandum in declaratione huius correlarii est declarare propositum, quod est ostendere intentionem xpi, quem defectum fidei intendit xps per illam orationem; *Ego pro to rogaui,* Petre, *vt non deficiat fides tua,* amanuensis *a fide* [f. 13v]. Et ad hoc dico, saluo semper meliori judicio, quod fides potest dici deficere quintupliciter et totipliciter non deficere; dicitur enim 2^o^bus modis deficere simpliciter et tribus secundum quid.

Primo modo dicitur fides deficere simpliciter et absolute, quando fides primo est, et nunquam post verum est dicere, fides est; et isto modo nunquam fides deficiet in hoc seculo. 2° modo potest dici fides deficere, cum fides sic desinit esse in omnibus, quod non est spes quod possit resurgere per ea, que in hoc mundo, licet deus miraculose nouiter ipsam infundat. Et isto modo fides nunquam in ecclesia creditur deficere, semper enim erit spes quod resurget deo fauente et homine aliquo cooperante. Nunquam enim ita extinguetur fides, vt sit sine tractatu resarciendi et sine spe certa, quod reparetur. 3° modo dicitur fides deficere secundum quid, non tamen dicitur deficere simpliciter, et hoc cum fides sic ad tempus modicum deficit in aliquo, quod statim resurgit et reparatur in melius in illo, sicut fuit in beato Petro, in quo fides, si per negationem xpi defecit, non tamen simpliciter, set secundum quid, eo quod deficere non fuit terminus eius motus simpliciter intentus. Set profectus fidei fuit terminus intentus, et sic a defectu non est denominandus hic motus per se, set nobiliori termino, et prius intento. Sicut in mutatione generationis denominatur mutatio non a forma, que corrumpitur et transit in non esse, set a forma, que introducitur, que dicitur generata. Etenim generatio mutatio positiua, non corruptiua, licet per corruptionem transeatur ad generationem. Et isto modo exponit glossa ordinaria hoc verbum: *Ego pro te rogaui* (2), Petre etc. et est Crisostomus (3): *Non dixit* dominus *rogaui, vt non* me *neges, set ne deficiat fides tua,* idest vt non finaliter sine fide inveniaris. Et Beda in glossa (4): *Ego pro te rogaui,*

(1) Lege *aptus.* (2) Codex *rogauit.* (3) Glossa ad Luc. XXII 32.
(4) Haec verba Bedae in Glossa ordinaria non habentur.

Petre, non vt non caderes, set vt in casu lapsus persistens resurgas ne deficiat fides tua. Set post resurrectionem vales fratres in fide confirmare. Et isto modo loquendi vsus est etiam ipse dominus Io. XI (1) cum de Lazaro dixit: *Infirmitas hec non est ad mortem,* cum tamen Lazarus statim mortuus sit. Set quia non erat staturus in morte set resuscitandus, ideo dixit, *non est ad mortem, set pro gloria dei, vt glorificetur* deus *per eam;* sic etiam de dubitatione resurrectionis sancti Thome (2) et apostolorum loquitur beatus Leo, I sermone (3) dicens: *gratias agamus diuine dispensationi et sanctorum patrum necessarie tarditati; dubitatum est ab illis, ne dubitaretur a nobis.* Non enim quod tarde crediderunt discipuli, fuit tam discipulorum infirmitas quam nostra firmitas, qui de eorum dubitatione solidamur. Cum ergo negatio Petri preuisa fuerit in maius fidei robur proficere, dicit xps Petri fidem per negationem non deficere. Consimiliter dicendum judico in multis casibus, vbi summus pontifex quisque uel alius aliquis ad tempus modicum errauit, et mox ad fidem, eiecto errore, rediens confessor gloriosior est effectus. Sic enim magis dici debet fidei profectus quam defectus, maxime loquendo de prouidentia et ordinatione dei. Exemplum horum fuit in Marcellino (4) papa, qui primo in fide errauit, post ad fidem rediens fidem per martirium gloriosum magnificauit multosque secum ad martirium animauit.

[f. 14r] 2° modo dicitur fides non deficere secundum quid non simpliciter, cum licet fides in vno homine deficiat, tamen per equiualentiam in alio statim resurgit, eo modo loquendi, quo dicimus, quod aqua huius fluuii semper currit et vertit molendini molas, non enim est eadem aqua formaliter, set per equiualentiam vnam aquam dicimus, sic etiam dicimus: aqua istius pluuie durauit tota ista die. Sic ergo loquendo ad propositum dicimus fidem in ordine et successione summorum pontificum non defecisse a beato Petro vsque nunc. Nam licet aliqui sum[m]i pontifices sint in infidelitate defuncti (5), quia tamen cuilibet pape in heresi mortuo aliquis catholicus papa immediate successit, ita quod in tota successione cathalugi summorum pontificum non invenitur, quod essent duo summi pontifices immediate heretici, vt patet in cronicis. Set semper pape heretico successit papa fidelis et sic non dicetur fides in ordine sum[m]orum pontificum defecisse, nisi forte secundum quid, set non simpliciter. Et hoc meritis orationis X[i]. Hinc apparet *Michelistas* errare, qui credunt a papa *Iohanne 22°* vsque ad papam *Vrbanum 6.ᵐ* omnes papas hereticos fuisse et sic ab ordine successionis sum[m]orum pontificum in fide defecisse, non solum secundum quid, set simpliciter, quod derogat promissioni xpi, quod fides Petri non deficeret, que maxime in sum[m]is pontificibus Petro et sibi in papatu subcedentibus addimpleri credenda est meritis xpi.

3° modo dicitur fidem non deficere simpliciter, licet bene secundum quid, cum fides sic apud omnes vertatur in dubium, uel etiam sic errent om-

(1) V. 4. (2) Cf. Ioh. XX 25-30.

(3) Sermo LXXXIII (alias LXXI), et I de ascensione Domini, P. L. 54, 395-96. Verba citata ab auctore revera potius desumpta sunt ex Homilia XXIX Greg. Mag., P. L. 76, 1213.

(4) Fons huius narratiunculae est *Liber Pontificalis*, ed. L. Duchesne I, Paris, 1886, 72-73. cfr. ib. p. LXXIV, XCIX, CXXIII ss. notas criticas cl. editoris. Ex Libro Pontificali haec narratio in plurima Medii Aevii chronica transiit, unde etiam Andreas Richi hausit.

(5) Doctrina hic exposita damnata et haeretica est. Est enim theoria de infallibilitate successiva papae ut talis.

nes, vt veritatem ignorent, inquirunt tamen scripturas et dicta sanctorum, vt certificentur et orant deum vt illuminentur nil temere asserentes, set dubitantes, in tali casu non dicetur fides defecisse cuius adhuc viget inquisitio et agitur de certificatione eius, nec quiescitur in infidelitate, set tenditur ad certam veritatem fidei cognoscendam. Actus igitur ad quem specificabitur motus, et sic non defectus nominabitur, set ad fidem accessus uel regressus; et est in talibus semper fides virtualis, licet non actualis. Sic fit cum ecclesia orat, vt deus reuelet sibi veritatem, in isto enim intermedio antequam ecclesia certificetur, non dicetur fides defecisse, quia in habitu virtualiter est.

Septima conclusio est hec: De facto probari potest dei ecclesiam, quam pro nunc voco *Urbanum papam 6m* et sibi in hoc ritu et cultu colendi deum per sacrificia, sacramenta et alia mandata, statuta et cerimonias adherentes, in fide persistere que in beato Petro post aduentum Spiritus sancti extitisse cognoscitur, et nullo vnquam tempore post deuiasse. Hanc conclusionem 3ci medio probabo.

Primum sit hoc: Quero enim a *Michelistis,* contra quos specialiter milito in hoc tractatu, qui dicunt prefatam ecclesiam errasse et dei non esse ecclesiam. Si ergo errauit, quero quando errauit? Respondent tempore pape *Iohannis,* non ante. Set anno septimo pape *Iohannis 22i*, cum determinauit in suis decretalibus, quod xps [f. 14v] habuit in proprio et communi, tunc incepit error, quia dicunt quod fuit contradicere euangelio et diffinitionibus patrum, et signanter determinationi pape *Nicolai 3i*, que est multipliciter approbata, patet per supradicta. Tunc arguo sic: Post declarationem pape *Nicolai* prefati magna est controuersia mota (1) quasi in tota xianitate de xpi et apostolorum paupertate et vsu rerum, vtrum distinguerentur a dominio in rebus vsu consumptibilibus et hec questio vertebatur in studiis *Tholose, Parisius, Bononie, Perusii* et in quampluribus studiis inter Fratres Minores et Predicatores et inquisitores heretice prauitatis Fratrum Minorum et Predicatorum. Papa enim *Nicolaus* in prefata sua decretali, nullum hereticauit, nec opinionibus silentium inposuit, set potius si que difficultates circa predicta orirentur ad ecclesiam determinandas deferri mandauit, vt in supradicta sua decretali patet. Quod sic factum est. Nam pape *Iohanni* addicte sunt hee difficultates, quia ad ipsum spectabant. Determinauit igitur ista dubia et silentium imposuit disputantibus, vt patet de hiis omnibus in decretali *Cum inter nonnullos scolasticos viros*. Determinationi igitur eius est standum in dubiis plusquam toti alteri mundo in hiis, que sunt fidei, quia ad papam et non ad alterum spectat determinatio dubiorum fidei; patet 25, q. 1. *Sunt* (2) et dist. 17 *Multis* (3) et di. 40 *Si papa* (4) et alibi, vbi de auctoritate pape agitur d. 40 *Sitis* (5), vbi dicitur quod determinatio pape de fide est reputanda, sicut esset determinatio dei et beati Petri. Hoc solum non potest papa agere, puta contra sacram scripturam et fundamenta apostolorum et contra approbatissimas patrum sententias, uel ex hiis aperte se-

(1) Allusio manifesta, quamvis inexacta ad illam quae 1321 incepit litem de theoretica paupertate Christi et apostolorum. De controversiis singulis in locis habitis parum tamen scitur. In codice *Vaticano lat. 3740* f. 248 v a habetur: « Hoc dedit dominus Cardinalis Viennensis de studio Parisiensi ». In indice codicis sic traditur titulus huius tractatus: *Determinacio Parisiensis data per dominum Cardinalem Viennensem — Queritur utrum etc.* (2) Cap. 6. (3) C. 5. (4) C. 6.

(5) Tale cap. non habetur. Legendum verisimilius *Si papa*, C. 6 ib., saepius in hoc tractatu allegatum.

quentia. Cum ergo papa *Iohannes* hec deffinierit, simulque secum senserint et sentia[n]t magna pars sapientium et omnes prelati et clerus totus, ymo et tota x[i]anitas, exceptis *Michaele de Cesena* cum paucissimis, et hodie non remanserint nisi pauci indocti, patet quod si multitudini creditur plusquam paucitati, si sufficientie plus quam ruditati, si religiositati plus quam ceruicitati, si prelatis existentibus in dignitatibus plus quam personis vilibus et priuatis, satis est plus credendum papam *Iohannem* non errasse et per consequens catholicum fuisse cum tota successione pontificum usque ad presentem *Vrbanum VI*. Et sic patet conclusio contra *Michelistas*, qui dicunt ecclesiam, idest papam et sibi herentes a fide deuiasse a papa *Iohanne 22°* et citra vsque ad papam *Urbanum 6m*. Ex quo non assignant errorem et deuiationem nisi in papa *Iohanne* et sequentibus ipsum, et ostensum est in predicto papa *Iohanne* et sequentibus non fuisse errorem nec ecclesiam in eo isto tempore deuiasse, patet quod contra eos concluditur fidem in ecclesia a beato Petro vsque ad presentem *Vrbanum* perseuerasse.

(Sequitur in codice spatium vacuum circa quattuor linearum).

3a ratio contra *Michelistas* sit hec: Vsque ad editionem prefatarum decretalium pape *Iohannis* in ecclesia fuit seruata illa fides, que vere fuit in beato Petro. Hoc et nos et *Micheliste* habemus concedere. Set post decretales illas vulgatas, quas illi dicunt hereticas, nos catholicas, consequenter illi et nos habemus dicere, quod altera opinio est catholica et fides, que fuit in beato Petro, et altera est heretica. Set opinio uel fides *Michaelistarum* non potest [f. 15r] esse fides, que fuit in beato Petro, ergo nostra, scilicet *Iohannistarum*, est fides, que fuit in beato Petro, que est conclusio probanda. Totus processus et suppositiones huius rationis patunt [sic] vsque ad minorem, cum dicitur quod opinio uel fides *Michaelistarum* non potest amplius esse fides beati Petri. Hoc enim est probandum, quod probo sic:

Illa (1) fides non est credenda esse fides, que fuit in beato Petro, que rationabiliter est credenda non esse vsque ad finem seculi duraturam. Set

(1) Hunc locum exscribit Iacobus de Marchia l. c. p. 600 a: Cath.... *Interrogo utrum in Ecclesia fuit servata illa fides, quae fuit in B. Petro usque ad Papam Ioannem XXII.* Haer. Dico firmiter sic. Cath. *Et tunc inferas, illa fides non est credenda esse vera fides, quae fuit in B. Petro, quae rationabiliter non perseveret usque ad finem saeculi; sed huiusmodi est fides, et secta Michaelistarum; ergo sine dubio non est credenda esse vera fides, quae fuit in beato Petro, quia Christus dixit Luc. etc.* [sic !]: Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua; *sed fides Michaelistarum non est credenda durare usque ad finem saeculi: patet, quia si fuit in praestantiori et sufficientiori statu, non potuit prosperari, sed semper defecit; quanto magis putanda est deficere in viliori, et debiliori statu. Cum in primis haec lecta* [sic] *fuit ex praestantissimis viris mundi in omni facultate et scientia praemunitis, ut Michael de Cesena, heresiarca, Magister frater Rubeus de Marchia, qui revocavit, Magister Guglielmus Ocham, Magister Bonagratia in utroque jure peritissimus, qui tres haeretici excommunicati remanserunt, et quamplures alii peritissimi; et in potentia saeculari fuit Dux Bavariae, qui sibi usurpavit Imperium et D. Mediolani et multi Domini in Lombardia, et multi Principes Alemannorum, et multae civitates et fere tota Italia, quae secta maledicta in principio habuit Anti-Papam, Cardinales, Praelatos, famosos Episcopos; et tamen non est prosperata, sed deicta, et infra decem annos, ut dicit praedictus Magister Bonaventura, qui vivebat illo tempore, est tota extenuata, quod vix sex partes* [sic !] *notabiles remanserunt inter eos, sed successerunt a secta haeretica et reversi sunt ad verum Pastorem Ioannem XXII et veram fidem, sed hodie remanserunt aliqui Apostatae, et viles qui anhelant vivere sine lege, et ad eorum beneplacitum, per domunculas mulierum committendo facinorosa, sicut ego testor coram Deo, inveni, et sic paulatim deficiet usque ad inferna deorsum, sicut dicit Christus Matth. 17* [sic] *quod* omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus eradicabitur....

huiusmodi est opus et fides secte *Michaelistarum,* ergo opus et fides secte Michaelistarum non est credenda fides, que fuit in beato Petro. Maior patet quia xps sic repromisit Petro Luc. 22°: *Ego,* inquit xps, *pro te rogaui* Petre, *vt non deficiat fides tua,* et patet per dicta superius, quod fides beati Petri ad finem seculi in ecclesia credenda durare. Set minor istius vltimi sillogismi probatur, videlicet quod opus et fides Michaelistarum non est rationabiliter credenda durare vsque ad seculi finem. Hoc probatur quia si, cum fuerit in prestantiori et sufficientiori statu, non potuit prosperari, set semper defecit, quanto magis putanda est deficere in viliori et debiliori statu; deducta fuit enim hec *Michaelistarum* secta ex prestantissimis hominibus mundi in omni facultate et scientia a principio communito, vt sciunt qui noverunt *Michaelis de Cesena* religiositatem et scientiam, Magistrum *Franciscum Rubeum de Marchia,* fratrem *Gulielmum Oham,* fratrem *Bonagratiam* in decretalibus et in ciuilibus legibus per maximum et alios quamplures similiter in potentia seculi. Fuit in hac secta *dux Bauarie* (1), qui vi Imperium sibi vsurpavit et Rome coronam vi armorum preripuit et cum eo tenuit *Dominus Medyolanensis* (2) et multi alii domini *Lombardie* (3) *et Alamanie* et multe civitates *Thuscie,* vt *pisana* (4), *aretina* (5), *lucana* (6) etc. Hec etiam secta a principio habuit papam, cardinales, famosos homines, et tamen cum in tot solempnis esset, non prosperata est. Set infra X annos est sic extenuata, ut vix sex persone notabiles remanserint inter eos. Recesserunt enim a secta, et redierunt ad veram fidem aliqui famosi et remanserunt pauci sufficientes et sic paulatim postea questio diminuta est, vt hodie deuenerit in manus aliquorum apostatarum vilium et insufficientium, qui vt viuant libere et pallient apostasie opprobrium se operiunt isto apparentis paupertatis heretico pallio. Nulli deinceps dubium, quod non sit spes vlla releuationis ad solempnitatem virorum unde cecidit, quia nec hodie mundus habet tales; set quod cito penitus heradicabitur iuxta salvatoris dictum Mt. 15 (7): *Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus, heradicabitur.*

2ª ratio ad hoc idem sit hec. Proprium est fidei catholice, que fuit in Petro, in persequutionibus crescere et dignificari. Set secta et *opinio* uel fides *Michaelistarum* in oppressionibus deficit, extenuatur et ob-

---

(1) Ludovicus IV dictus Bavarus.

(2) Familia Vicecomitum. De vario modo quo se habebant Vicecomites ad Ludovicum Bavarum cf. Gualvaneum de la Flamma, O. P., *De rebus gestis Azonis Vicecomitis* ap. Muratori, R. I. S. XII, 993 ss., et Eubel, in *Historisches Jahrbuch,* XII, 1891, 294-96.

(3) De adhaesione quam invenit Ludovicus Bavarus in Italia cf. Albertinum Mussatum, *Ludovicus Bavarus,* ap. Muratori, R. I. S. X, 769 ss.; Haec adhaesio dijudicari etiam potest ex diplomatibus Ludovici in favorem Italorum editis, quae cf. ap. Boehmer, *Regesta Imperii, Die Urkunden Kaiser Ludwig des Baiern,* Frankfurt. a. M. 1839, p. 54 ss.; Ficker, *Urkunden zur Geschichte des Römerzuges Ludwigs des Baiern und der italienischen Verhältnisse seiner Zeit,* Innsbruck 1865. E. Winkelmann, *Acta Imperii inedita,* II, Innsbruck 1885, p. 306 ss.

(4) De archiepiscopis schismaticis Pisanis cf. Eubel, *Hist. Jahrb.,* XII, 300-01.

(5) Aretium habuit episcopum schismaticum a Nicolao V antipapa nominatum scl. Mansuetum O. F. M. cf. Eubel l. c. 308. Eius praedecessor Guidus iam ante schisma Nicolai V Ludovico adhaeserat, et huic coronam ferream Mediolani 31 mai. 1327 imposuerat; Eubel, l. c. 298.

(6) Luca recepit episcopum schismaticum a Nicolao V scl. Rocchigianum Tadolini O. P., Eubel, l. c. 307. De hoc episcopo schismatico ex Ordine Praedicatorum nihil habetur ap. Mortier O. P., *Histoire des Maîtres Généraux de l'ordre des Frères Prêcheurs,* III, Paris 1907, qui p. 48 confidenter scribit: « A l'armée rebelle des Fraticelles Jean XXII opposa l'armée fidèle des Prêcheurs ».

(7) V. 13.

probriosior fit, ergo secta et fides *Michaelistarum* non est catholica, que fuit in beato (1). Maior patet. Omnes enim catholici doctores, hoc vt proprium actribuunt ecclesie et fidei catholice, [f. 15v] quod in tribulatione et conprexione crescit. Et patet, quia tempore martirum plures conuertebantur in centuplo quam occiderentur, et cum plus opprimeretur ecclesia plus gloriosior exurgebat. Vnde Ylarius, *De Trini.* (2): *hoc ecclesie proprium est, vt vincat cum leditur, cum arguitur tunc intelligat, tunc optineat, cum deseritur.* Item Cassiodorus (3): *hoc habet proprium ecclesia dei, dum persequitur floret, dum opprimitur crescit, dum leditur vincit, et tunc firmior stat, cum superari videtur.* Hoc idem Augustinus 16 et 18 de *ciuitate dei* Ca.° 51° (4). Similiter Gregorius libro 18 *Mor.* (5) et libro 13° (6) et ponit pro mirabili, quod ecclesia non resistendo sibi subicit persequentes, et plus preualet non resistens quam contra aduersantes resiliens, et sic patet maior. Set minor, videlicet quod secta, *opinio* uel fides *Michaelistarum* in persequutione non creuerit, set semper decreuerit et imminuta semper sit, omnis qui nouit, qui primi huius secte fundatores extiterint et qui nunc sunt defensores, ipsam defecisse confitebitur. Ostenso igitur quod secta *Michaelistarum* non est catholica, nec eorum fides est stabilis, remanet fides ecclesie in sinceritate, quam habuit a beato Petro vsque a principio.

3ª ratio ad idem est hec: Vera fides, que a beato Petro per successionem temporum ad homines deriuatur, nunc isto presenti tempore integre et vere reseruatur in aliquo. Set non est credendum, quod reseruetur in aliquo, qui non sub ritu a beato Petro et successiue per papam *Iohannem* 22ᵐ usque ad hec tempora pape *Vrbani* 6ⁱ fideliter degat, ergo est credendum quod solum sub ritu a beato Petro successiue per papam *Iohannem* 22ᵐ vsque ad pape Urbani tempora peruenit fides catholica integre et vere reseruatur in quocunque seruatur. Maior patet per dictum xpi superius allegatum: *Ego pro te rogaui,* Petre, *vt non deficiat fides tua.* Et minor probatur, quia omnis *alius* ritus viuendi in fide, qui a beato Petro uel ab eius successoribus ortum uel principium habuit diminutus valde est dignitate, scientia, sapientia, virtute et multitudine, plusquam in principio fuerit, in tantum, quod nec remanserit in eis qui illum ritum sciret uel posset defendere, uel sufficienter declarare. Solum in ritu, qui a beato Petro fuit, successiue per papam *Iohannem* vsque ad papam *Vrbanum* peruenit, remansit dignitas, scientia, sapientia et cetere sufficientie ad posse sectam et fidem suam defensare et approbare et alias quasque inpugnare et falsas ostendere. Nunc autem fides, quam xps promisit non deficere, secundum intentionem xpi in tali persona debet remanere, qui possit alios confirmare et suam fidem defensare, ideo xps subdit: *Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Non enim est credendum quod, si fides remaneret solum in vna vetula inhabili ad docendum et declarandam et roborandam fidem, uel in quodam infantulo indocto, uel in vno, qui esset in loco inaccessibili et ignoto, vt dictum supra est, oratio xpi esset ad plenum inpleta, et quod non plus inpetrauit a patre, nec plus dedit intelligere beato Petro; de hoc habitum est supra; probabo ergo solum quod omnes alie secte, que a beato Petro ortum et descensum habuerint et nunc successiue per papam Iohannem 22ᵐ et consequenter vsque ad papam *Vrbanum* [f. 16r] *VI*ᵐ deuenerint, sint di-

(1) Suppl. *Petro.* (2) Lib. VIII, 1, P. L. 10, 202.

(3) Quoad sensum haec verba inveniuntur in *Expositione in Psalterium*, Psal. XVII, 20, P. L. 70, 129; et in Psal. LXXXVII, 15, P. L. 70, 627.

(4) P. L. 41, 613. (5) C. 11, P. L. 76, 48. (6) Cap. 5, P. L. 75, 1020.

minute dignitate, potestate, scientia et omni virtute et facultate. Non oportet autem ostendere hoc de secta et lege Iudeorum, quia non deriuatur a beato Petro uel sub Petro, quamuis patens sit illas diminutiones et prostrationes illi secte aduenisse propter xpm, vt docent doctores, nec etiam habeo illa ostendere in secta *Saracenorum*, eo quod non incepit sub Petro. Non enim sunt scismatici a fide nostra et ideo non competit eis quod dictum est Petro. *Ego pro te rogaui*, Petre, etc. Nunquam enim Saraceni fuerunt sub bona fide, et ideo per eos non est scissa ecclesia catholica, vt habeamus dubitare que pars in bona fide perseuerauerit, et ideo non venit in dubium sicut alie, que scisse sunt sub decursu ecclesie sub fide Petri. Veniamus ad *Grecos* qui fidem beati Petri habuerunt, et ab ea scissi sunt. Hi post discessionem diminuti valde sunt dignitate, scientia, sapientia, virtute, fortitudine et omni sufficientia, cum tamen ante sufficientiores, sapientiores, digniores essent omni gente mundi. Vnde in *Politica* (1) probat *Aristoteles*, quod Greci propter situm terre precellunt sapientia et virtute cunctos mundi homines, et ideo barbari naturaliter debent esse eorum serui, et tamen hodie serui Turcorum et multarum aliarum vilium nationum, et pauci sunt et viles sine virtute, sine sufficientia et sine fortitudine, vt etiam in aspectu pretendant a statu suo aliqua culpa cecidisse. Sicut enim Cain post maledictionem factus est timidus, tremulus, confusione subfusus et conspectum aliorum verens; *posuit* enim *deus signum in Cain* (2), vt quicunque videret Cayn dignum morte iudicaret, licet nollet deus, quod a quolibet *interficeretur*, set reseruaretur ad determinatam vindictam. Sic est hodie de Iudeis et Grecis et de quibusdam apostatis ab ecclesia dampnatis, quos omnes conspicimus in facie signatos vt Cayn, portantes ex propria culpa signa sue deiectionis omni priuati sufficientia. Non enim ex natura videtur potuisse eis hec tanta sufficientiarum exterminatio prouenisse, nisi preuia culpa, ex quo mirantur ipsi ignorantes causam, miramur et nos detegentes culpam, quia scilicet vere fidei tenuerunt scisma. Set quis non miretur legendo antiqua Grecorum studia, scientiarum gignasia, famosos philosophos, virtuosos et bene conpositos viros, audaciam, sagacitatem et probitatem nobilium, formationem et formositatem cunctorum, que omnia hodie deformiter euanescunt. Et cur hoc, nisi vt cognoscamus fidem in eis non esse integram et eos oratione xpi non esse protectos, qua Petro dixit: *Ego pro te rogaui*, Petre, *vt non deficiat fides tua?* Vult enim demonstrare xps, quod non est par eorum errans ecclesia nostre ecclesie, que potens est suam fidem contra omnes protegere et alias quasque veraciter falsas probare. Et sicut de Grecorum secta arguitur, sic potest argui contra omnes sectas scismaticas, que a nostra discesserunt veritate, siue sint Manicei, siue Pelagiani, siue Girograui (3) etc. de aliis; nouissime tamen de hiis, qui tempore pape *Celestini* (4) ab ecclesia discesserunt, et similiter idem

(1) VII, 7: *Opera Omnia*, ed. Firmin-Didot (Paris, 1848) I, 608.

(2) Cf. Gen. IV, 14-15.

(3) Loquitur auctor de Gyrovagis (!), qui non erant praecise schismatici vel haeretici, sed monaci degenerati, de monasterio in monasterium peregrinantes, in singulis paucos dies hospitantes.

(4) Sermo est de *Spiritualibus*, qui a. 1294, duce FF. Liberato a Macerata et Angelo Clareno, Papam Coelestinum V adierunt, ut is illis licentiam concedat separatim a Communitate Ordinis vivendi. Characteristicum est auctorem nostrum hos, legitime tunc a Communitate a Papa Coelestino V separatos, dicere ab ecclesia tunc recessisse, quod non evenit nisi tempore Iohannis XXII. Cf. supra 253 sqq.

de pauperibus de Lugduno, begardis, et pauperibus, qui tempore *Clementis* (1), ante papam *Iohannem 22m*, et postremo de hiis *Michaelistis*, qui tempore pape *Iohannis* ab ecclesia apostatauerunt, omnesque conspicimus sic a suo principio cecidisse, vt cognoscant omnes, dei non esse auxilio roboratos, juxta quod doctus a Spiritu sancto Gamaliel ille doctor et Pauli apostoli in simili casu consultans *Actuum* 5° (2) in concilio generali [f. 16v] sacerdotum dixit: *Viri, inquit, fratres* audite hiis temporibus ante nos in Iudea surrexerunt multi vt *Theodes et Iudas galileus* etc. usque ibi, audite, si opus hominis est et *ex hominibus eorum est consilium, dissoluetur, si autem* consilium *est ex deo, non poteritis dissoluere*. Quia ergo illorum secta ex hominibus excitata est, non ex deo, nostra vero ex deo orta est, non ex hominibus, illis ergo deficientibus, nostra in suo robore est seruata. Nec aliquod debet esse dubium, quin vsque ad finem integra et victoriosa dei auxilio perducetur. Vt enim dicunt doctores *Ioachim* (3) abbas et *Ricardus de Mediavilla* (4) et *Vgo* (5) exponentes figuram de X plagis Egipti, quas dicunt signare X tribulationes, quas pati debet per tempora ecclesia, quarum (6) omnes in ecclesia iam euenerunt, vltima excepta, que uentura reseruatur tempore antixpi. Ad hoc etiam sermone 33° super canticum dicit Bernardus (7) exponens illud psalmi (8): *Non timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu et demonio meridiano*, dicit quod per hec quattuor pestes, quattuor signantur temptationes et aduersitates, quas ecclesia pati debet et iam sumus in 3a, que est *a negotio perambulante in tenebris*, et iam diu passa est hanc et restat vltima, que eueniet tempore antixi. Prima persequutio fuit cum occidebantur martires, putantes *se obsequio prestare deo* (9). Hec notatur in hiis verbis: *non timebis a timore nocturno*. 2a tribulatio fuit hereticorum, quam vicerunt doctores; et hec signatur per hec verba: *a sagipta volante in die*. 3a temptatio fuit in vanis et cupidis clericis, curiosis et luxuriosis, et hec adhuc hodie viget in multis et vincitur per homines penitentie, et notatur in hiis verbis: *a negotio perambulante in tenebris*.

(1) Auctor alludit hic ad magnam disceptationem habitam (1309-1312) inter Communitatem et Spirituales in curia Clementis V. Ex his Spiritualibus quidam post mortem Clementis V ab Ordine recesserunt, non autem eo ipso ab Ecclesia. Fratres vero Communitatis statim de « hereticis » conclamaverunt. Cf. ALKH, IV 55. Non minus falsum est quod scribit Palmerius in iam citato codice *Vaticano lat. 4158* fol. 25r.: « Quod adimpletum est [praedictio S. Augustini] per.... aliquos fratres Minores tempore Clementis quinti et ab eo per hereticos dampnatos, qui fratres duas ecclesias fingebant unam carnalem, in qua euangelium erat abiectum; hanc dicebant esse romanam. Secundam spiritualem paupertate subcintam; hanc asserebant congregationem ipsorum, in qua euangelium renouatum fuit, quod prius fuerat extinctum.... ».

(2) V. 34-39.

(3) Cf. eius *Expositionem in Apocalypsim*, Venetiis 1527, pars III, Cap. 11, fol. 151vb.

(4) Ubi hoc dixerit non inveni. Mihi videtur hic agi de Richardo a Sancto Victore potius quam de Richardo de Mediavilla. De illo enim notum est Apocalypsim paulo liberius exposuisse P. L. 196, 683ss., scripsisseque tractatum *de meditandis plagis quae circa finem mundi evenient*, l. c. 201ss. Verba tamen nostri auctoris non inveni in his tractatibus, caeteroquin apocalypticis ideis sat plenis.

(5) Est verisimiliter Hugo a St. Victore, ast in operibus eius apud Migne P. L. 175-176 non inveni hunc locum.

(6) In margine: *que*.

(7) *Sermones in Cantica*, sermo XXXIII, P. L. 183, 957. Auctor quoad sensum refert tantum.

(8) Ps. 90, 6.

(9) Ioh. XVI 2.

4ª erit tempore antixi in falsitate miraculorum et signorum fiendorum per antixm et vincetur dei virtute et signatur per hec verba: *ab incursu et demonio meridiano*. Tuta igitur est fides ecclesie vsque ad tempora antixi; omnes iam temptationes vicit et nulla remanet nisi que tempore antixi, que dei virtute vincetur. Patet ergo tota rationis deductio et per consequens tota 7ª conclusio.

Nunc autem vnum dictum in hac deductione video declarandum; quia enim sepe dixi quod a beato Petro fides deriuauit per papam *Iohannem 22m* vsque ad hec tempora *Vrbani pape 6i*, hoc dixi quia credo firmiter rite electum (1) in papam, et legiptimum summum pontificem, nichilominus esto quod in ecclesia sit *diuersa* (2), quis sit verus papa, et alter (3) ab *Vrbano* prefato se gerat vt legiptimum papam, non tamen est questio hec de articulis fidei, nec aliquis conuincitur infidelis, nisi constet de legiptima electione, que forte aliquibus non est certa, multi enim dubitant et querunt certificari, nobis tamen hic in *Ytalia* certissima est.

Correlarium. Quam inconsulte presumptuosi *Micheliste* se in hanc temerariam sententiam preci[pi]tauerunt, vt asserant papam *Iohannem*, successores et omnes adherentes hereticos fore judicandos; multa enim probanda essent, que probari vix possent, esto quod vera essent. Ad probandum enim dominum papam hereticum, primo requireretur quod dominus papa publice diceret et pertinaciter teneret propositionem iam dampnatam pro heretica, quia de non heresy non est recipienda accusatio contra papam; patet dist. 40 *si papa* (4). 2° requiritur quod papa teneat illam propositionem dampnatam in sensu heretico et iam dampnato et confiteatur se tenere illam in tali sensu, quia si neget eam in sensu heretico uel negaret quod non teneret, non judicaretur in foro extrinseco hereticus. Et esto quod per testes probaretur quod teneret eam in sensu heretico, nec sibi esset indicenda purgatio uel reprobatio, si nollet. 3° requiritur quod non teneat illam per ignorantiam. 4° requiritur quod sit correptus et se corrigere nolit, et intelligitur quod sit admonitus a persona decenti, [f. 17r] non enim decenter amoniretur (5) a puero, a muliercula, uel vilissima persona, nisi talis cum aliquo signo micteretur a deo, uel esset ita manifesta heresis, quod non possit sine offensa fidelium audiri, vt esset negare deum esse, uel negare xpm deum uel nostrum redemptorem nullo modo xpm fuisse et huiusmodi. Set debet (6) corrigi a suo consilio, a concilio, uel ab inquisitore, qui habet ex officio corrigere hereticos, uel ab aliqua persona solempni in aliqua magna dignitate ut a patriarchis, uel a multitudine episcoporum uel fidelium xianorum uel huiusmodi. Secus si est dubia. 5° oportet quod papa dicat se nolle corrigere ab assertione talis approbate propositionis heretice. Si autem dicat seipsum uelle corrigere antequam conuincatur hereticus, sibimet est relinquenda correctio. Hec habentur 9ª, q. 3ª (7) *nemo* et facta subditorum, et 25, q. 1 (8) *sunt*

(1) Auctor hic bene tangit cardinem quaestionis, quae originem dedit magno schismati occidentali. Quod Urbanus VI rite fuerit electus, de hoc hodie inter doctos nullum est dubium.

(2) Auctor videtur hoc vocabulo uti aequivalente *liti* vel *controversiae*; forsan supplendum est tantum vox: *opinio*

(3) Scl. Clemens VII, Papa oboedientiae Avinionensis.

(4) Cap. 6. (5) Lege *admoneretur*. (6) Codex: *debent*.

(7) C. 13. (8) C. 6.

et dist. 40 (1) *si papa* et 24, q. 2ª c. *sane* (2), 2ª, q. 3ª cº *dicit apostolus* (3), 2ª, q. prima, Caº *ait Celestinus* (4) et 2ª, q. 5 *mandastis* (5).

Ad vltimum si papa vult stare correctioni.... (6) commictendo se et sua dicta et scripta commictens, sicut copiam (7) habeo talis auctoritate commissionis; quare infertur contra *Michelistas* magna presumptio et temeritas diuulgando papam *Iohannem* hereticum et iactantes se velle probare, quod tamen pro impossibili reputatur seruatis condictionibus supra dictis. Quare etiam inconsulte inruperunt *Micheliste* dicere omnes successores eius et adherentes ei hereticos esse, quorum falsitas patet ex hoc, quod posito quod papa esset hereticus, non tamen publice dampnatus suum gerens officium, et frater simplex uel persona non litteris multum perita querit a domino papa vt informetur de veritate fidei et informetur a papa de illa heresi, quam pro veritate teneat firmiter talis sic informatus, si alias non sit conscius, non est hereticus judicandus, eo quod credit informari catholice, sic ergo licet fratres simplices et alii quam plurimi clerici et seculares audientes papam *Iohannem* dicere suas decretales esse catholicas, si crediderunt, non sunt heretici iudicandi. Nam plus debuerunt sibi credere quam *Michelistis*, nec pertinebat ad tales uelle iudicare papam uel de eius opinione disceptare, set expectare doctores et actendere illos, ad quos magis pertineret. Sct precipites *Micheliste* judicauerunt omnes fidem pape *Iohannis* tenentes uel asserentes hereticos, et sic omnes fratres, qui cum eis non sentiebant, dampnantes, ordinem exierunt et in apostasiam se, ne cum aliis participarent, proiecerunt, ecce quanta dementia. Patet igitur correlarium.

Romae, *e Collegio S. Antonii.*

(Continuabitur). P. LIVARIUS OLIGER, O. F. M.

---

(1) C. 6. (2) C. 6. (3) Citatio non correspondet.

(4) Hoc cap. non habetur l. c. in textu, sed est C. 35, cau. XXIV, qu. 1.

(5) C. 10. (6) Haec puncta habentur in ipso textu.

(7) Haec videtur allusio esse ad quaestionem de visione beatifica et ad declarationem a Iohanne XXII factam ante mortem.

NÉCROLOGE DES FRÈRES MINEURS D'AUXERRE.

(Suite) (a).

Juillet le 1.er

L'an 1541 le premier jour de juillet deceda le R. P. F. Bonaventure du Biez, natif de Chevannes, docteur en theologie de la faculté de Caën, le premier religieux vestu de cette maison, apres la reforme des conventuelles, dans laquelle il a esté gardien plus de dix-huit ans. Il a exercé l'office de custode de Champagne pendant trois ans. Il fut choisy au chapistre provincial tenu à Sens l'an 1529 pour aller à Rome porter la voix du T. R. P. Robert Messier provincial au chapistre general. Il obtint pour lors obedience pour aller visiter les SS. Lieux de Jerusalem. A son retour il obtint du Souverain Pontife Clement VII une bulle pour celebrer dans nostre Ordre (1) la feste du Saint Nom de Jesus, et à sa requête Messire François Dainteville evesque de cette ville en ordonna la solemnité dans tout son diocese. Il fit bastir de ses aumosnes, de ses amis et benfacteurs la chapelle du Saint Nom de Jesus, l'an. 1534. C'estoit un homme de grand meritte et de grandes vertus. Il fut confesseur à Sainte-Catherine de Provins où il travaillia beaucoup tant au spirituel qu'aux bastiments de ce monastere. Il y mourut d'une appoplexie apres avoir reçu les sacrements de confession et d'Extrême-Onction, etc. (2).

(a) Cf. AFH III, 115-38, 810-82.

(1) Archives du dép. de l'Yonne, H, 1881.

(2) Extrait d'un ouvrage [manuscrit] attribué à D. Georges Viole Bénédictin de la Congrégation de S. Maur: *Origine de la Fête du S. Nom de Jésus.* « ... Ce fut en même temps que furent jetés les fondements de cette belle et ample chapelle du S. Nom de Jésus et la PREMIÈRE édifiée sous ce titre en deçà des monts; le pape Clément VII donna de grandes indulgences à ceux qui contribuèrent de leurs biens pour cet édifice par une bulle signée de lui et de 20 cardinaux, permettant en outre que l'on pût célébrer tous les ans le 14 janvier dans tous les couvents de l'Ordre de S. François la fête du même nom de Jésus, à la requête que lui en fit le R. P. Frère Bonaventure du Biez, religieux et gardien du couvent des Cordeliers d'Auxerre; d'où peu de temps après, cette même fête passa en l'église cathédrale et ensuite par tout le diocèse qui l'observe encore aujourd'hui comme fête de précepte, et le pape Paul V, dument informé de cette dévotion des Auxerrois, a octroyé une indulgence plénière aux confrères de la Confrérie du Saint Nom de Jésus, érigée en la même chapelle lorsqu'ils la visitaient le jour de la fête et Sts jours de Pâques, Pentecôte, Assomption de Notre-Dame, de Toussaint comme il est spécifié dans le bulle du 15 février 1608 ». — « Bonaventure du Biez, aucerrois, du bourg de Chavannes, fils de Jean du Biez, décédé 1517; religieux de ce couvent et le premier vêtu en la réforme, docteur de théologie en l'université de Caen, gardien à Vézelay 1517 et à Auxerre 1520, l'espace de dix-huit ans, élu commissaire de la Province au chapitre provincial de Sens et député pour

Juillet le 2.e

L'an 1549 deceda frere Jean Philippe du Tiers-Ordre, en ayant pris l'habit et fait profession dans cette maison. Il se retira ensuite dans l'hermitage de Sainte-Geneviesve où il demeura plusieurs année, vivant en grande edification. Il y mourut et son corps fut apporté dans nostre convent et inhumé dans le cloistre, du costé de l'eglise, entre deux pilliers.

Ce mesme jour de l'an 1631 deceda le R. P. F. Germain Papon, natif du village de Chemilly, profez de cette maison dans laquelle il reçut l'habit un vendredy 28e octobre de l'année 1588, des mains du R. P. Trahy, aagé pour lors de 14 ans et demy, et profession le 12 d'aoust de l'année 1590, aagé de 16 ans et demy; religieux prestre choriste tres assidüe au service divin tant le jour que la nuit, fort charitable à entendre les confessions des seculiers et des gens des villages circonvoisins. Il mourut un mercredy 2e juillet aagé de 57 ans apres neuf jours de maladie. Son corps fut inhumé dans le chapistre qui sert maintenant de seconde sacristie.

Juillet le 5.e

L'an 1584 deceda le R. P. F. Nicolas Lamirou profez du convent de Vernon, docteur de la faculté de Paris, tres celebre et fameux predicateur de son temps, ennemi irreconciliable des herethiques qu'il a poursuivy pandant toutte sa vie. Il a gouverné la province avec beaucoup de prudence en qualité de provincial à laquelle il fut eleu au chapistre de Beauvais tenu l'an 1574. Enfin il mourut et fut inhumé dans le choeur de l'eglise du convent de Vernon.

Juillet le 6.e

L'an 1665 le 6e juillet deceda le R. P. F. Philibert Veron, natif de cette ville, profez de ce convent dans lequel il avoit pris l'habit l'an 1652 et fait profession l'an 1653 entre les mains du T. R. P. Vinot pour lors gardien, religieux prestre choriste fors affectionné pour le service divin. Il avoit le don de se faire estimer et honnorer de tout le monde pour ses manieres honestes et religieuses. Il mourut fort regreté et aux obseques duquel presque toute la ville assista. Il fut inhumé dans le chapistre. R. i. p.

---

aller au chapitre général au lieu de maître Robert Messier, détenu d'infirmité, fit ensuite le voyage de Jérusalem, accompagné du Frère François Le Prince aussi aucerrois, et passant par Rome à son retour obtint du pape Clément VII de faire célébrer partout l'Ordre la fête du T. S. Nom de Jésus, avec des indulgences pour tous ceux qui contribueraient à l'édifice de la Chapelle de ce même titre du Saint Nom de Jésus, dont il fut le premier auteur et de plusieurs autres bâtiments qu'il procura être faits. Il décéda au couvent de Provins l'an 1541 auquel lieu il exerçait l'office de confesseur pour la deuxième fois, comme il fit à Longchamps. C'est lui qui obtint de Messire François de Dinteville, 2e du nom, évêque d'Auxerre, qu'on chômerait pour tout le diocèse la fête du Saint Nom de Jésus, environ l'an 1535. Il y avait eu de la même famille Frère Antoine du Biez, aussi natif de Chavannes, humble et simple dévot et savant qui mourut étudiant dans l'estime qu'il serait un jour grand personnage 1515 ». (*Revue franciscaine*, Bordeaux 1874, 57). Ms, 323 (28) de la Bibl. Provinc. des Capucins de Paris. — Wadding. *Ann. Min.*, III², 292.

Juillet le 7.e

L'an 1555 deceda le R. P. F. Jean Guiot natif de Carisey (1) profez de ce convent, religieux fort zellé pour son estat. Les guerres etant allumez en ce pays, il le quitta et se retira au convent de Verdun en Loraine où il mourut le 7e juillet de l'année cy-dessus, quelques jours avant le tenüe du chapistre provincial de Rhims.

Juillet le 8.e

L'an 1618 le 8e juillet deceda le R. P. F. Edme Coullamet, natif de la paroisse de Villiers-Saint-Benoit (2), profez de cette maison. Ayant été un assé longtemps curé d'un village proche la Rochelle nommé Bourneuf (3), il revint en ce convent et s'occupa à deservir la cure de Drassy (4) proche Toucy. Y estant tombé malade, apres quelques jours de fieure, il y mourut un dimanche, n'ayant fait avertir aucun religieux de sa maladie. Les gens du lieu l'enterrerent comme un seculier sans son habit de religieux, dans la chapelle de Nostre-Dame à Toucy. R. i. p. Amen.

Juillet le 9.e

L'an 1339 le 9e juillet deceda au convent de Troyes le R. P. F. Jean Dauxerre, profez de cette maison qu'il a honnorée de ses predications et de ses vertus. Il fut envoyé à Troyes pour y enseigner apparamment, mais il y mourut et fut inhumé dans le choeur soub une tombe longue de neuf pieds, sur laquelle tombe est gravé un religieux troussé par le milieu au dessus de la corde, tenant un livre où est escry: *In principio erat Verbum;* au long de laditte figure il y a: *Vir simplex et rectus ac timens Deum,* et de l'autre [côté] *In lege Domini fuit voluntas ejus die ac nocte.* Tout autour de la tombe il y a: *Hic jacet fr. Joannes de Autissiodoro sacrae Theologiae doctor egregius et verbi divini praedicator eximius qui obiit anno Domini 1339, 9a Julii, cujus anima requiescat in pace. Amen* (5).

Ce mesme jour de l'année 1530 deceda R. P. F. Jean Collinet, natif de cette ville, paroisse de Saint Eusebe, profez de ce convent. Il y fut successivement lecteur, maistre des jeunes et des novices; religieux fort devot et bon predicateur terminaire. Il mourut un vendredy, propre jours que la ville de Joigny fut reduite en cendre par un embrasement. Il y avoit presché l'avant et le caresme precedants. Il fut inhumé dans la nef aupres de son pere et sa mere.

Juillet le 10.e

L'an 1562 le 10e juillet deceda le R. P. F. Jean Moguet, natif de Troye et profez dudit convent, religieux choriste fort devot et zellé pour

(1) Carisey (Yonne), cant. de Flogny, arr. de Tonnerre.

(2) Villiers-Saint-Benoît (Yonne), cant. de Aillant-sur-Thonon, arr. de Joigny.

L'an 1589 deceda le R. P. F. Jean Tartara natif de cette ville et profez de ce convent, religieux tres zellé pour le service divin et d'une profunde humilité Ayant exercé l'office de portier dans cette maison pendant plusieurs années, il mourut avec des marques de grandes vertus, aagé de soixente et sept ans, en ayant passé cinquante deux dans la religion. Il fut inhumé dans le cloistre.

L'an 1705 deceda le R. P. F. Bonnaventure-Edme Pincot, natif de la Charité-sur-Loire, paroisse Sainte-Croix, né le 5e aoust 1631. Il fit profession le 28e du mois d'octobre, jour des SS. Simon et Jude apostres l'an 1644, entre les mains du R. P. Bonnaventure Pincot son oncle de qui il avoit reçu l'habit. Il a exercé longtemps l'office de sacristain dans cette maison, pareillement il a esté longtemps confesseur des Dames Benedictines. Ca eté un religieux fort devot,

(1) Cravant (Yonne), cant. de Vermenton, arr. d'Auxerre.

particulierement depuis deux ans et demie qu'il estoit de retour en ce convent, employant toute la journée à prier Dieu et penser à bien mourir. Son grand âge donnoit quelquefois des atteintes à son esprit, mais il revenoit bientost. Il dit la sainte Messe le dimanche 28e du mois, le lendemain un tres grand rhume le prit avec une fievre violente, le mardi il fut confessé et le mercredi 30e sur les 3 heures et demie il recut le sacrement d'Extreme Onction et mourut à 4 heures, aagé de 74 ans, deux mois, six jours. Son corps a eté inhumé dans le chapistre à main droite en entrant, dans le coin contre la muraille, du costé du cloistre.

Amiens, (Picardie), 21 janvier 1910. *(A suivre).*

P. Antoine Béguet O. F. M.

CODICOGRAPHIA

DESCRIPTIO CODICUM FRANCISCANORUM

BIBLIOTHECAE RICCARDIANAE FLORENTINAE.

(Continuatio) (1).

Cod. n. 786. (M. II. 3) chart. mill. 290×210 ff. 276 a pluribus manibus saec. XV scriptus. Simplici membrana ligatus. In principio et ad calcem folium adest pro custodia. In principio codicis etiam invenitur fol. non num. et duo alia diminuta insiticia in quibus indicantur litterae in codice transcriptae. Continet:

[**Litteras a Comm. Florentiae** diversis directas].

(f. 224r). «Generali Minorum. Venerabilis in Xpo. Pater. Scitis Congregationem fratrum, qui in obseruantia regule Sci. Francisci viteque euangelice penes Fesulas conuenerunt, et in quanta deuotione et reuerentia fratres huiusmodi visitentur. Scitis iniquorum calumpnias, et quanto feruore soleant improbi bonos quibusque mendaciis et coloratis inuentionibus insectari. Scitis quanta sit invid[i]e pestis, quam incquieta, quam nocens et quam bonis omnibus inimica. Quamobrem reuerentiam vestram affectuosissime deprecamur, quantum ipsis placeat prelatis Prouincie nostre, ciuitatis atque districtus nostri, conuentibus et uniuersaliter toti generali Capitulo commendare. Nam sicut certi sumus, si ex Deo sint (f. 224v) nihil eis humana consilia nocitura, sic periculum est in prosecutionibus fragilitatem humanam pati schandalum, quod in malam frugem cunctis transeat in exemplum. Contentaremur autem si nostras istas litteras legi coram uniuersali Capitulo faceretis. Datum Florentie die 28 Iulii 1399».

Cf. Wadding, *Annal.*, an. 1399 n. 49; IX², 199. Anno 1399 Capitulum Gle fuit Assisii.

Cod. n. 803, (S. I. 9) chart. mill. 310×200 ff. 126, nitido charactere exaratus saec. XVI. Ligatura membranacea cum folio pro custodia in principio et ad calcem. Continet duo opera Raymundi Lulli. In fol. 1r. hic titulus inspicitur: *Raimundus, Astrologia et secreta.*

1. f. 1r-85v. [**Astrologia** Raym. Lulli].

Inc. «Sapiens dominabitur astris. Cum plures sint homines qui scire desiderant veritatem naturarum et secretorum». *Des.* «Et de

(1) Cf. AFH I, 116-25; 433-42; II, 123-30; 319-24; 480-4; 333-40.

2ª parte alias rationes dicere non oportet, sed supponere quod tabula sit vera. Finitus est iste tractatus de Astronomia per virtutem Dei in civitate Parisiensi Anno Dni. 1297° in mense Octobris. Deo gratias, quem composuit philosophus magnus Magister *Raymundus Lul.* Maioricensis ».

2. f. 88r-126r. De secretis medicinis.

« Proemium. Rex serenissime ac Ilme. Pluries a me flagitasti, ut secretum meum de secretis medicinis tibi ». *Des.* « generaliter consanare et curare omnes infirmitates corporis humani incipiendo a capite usque ad pedes cum auxilio Domini Dei omnipotentis. Sufficiat tibi, o Rex Ser.me et Ill.me de hoc meo breui opusculo in honorem Sanctae Trinitatis. Omnes autem pauperes tibi commendo. Fecimus hunc librum in sancta Ecclesia Diuae Catherinae Lundini. Praesentibus R.dis sociis nostris. Anno Domini Millesimo tricentesimo trigesimo secundo. Tradidimusque Eduardo Regi Anglorum sub fide et sacramento ». = Cf. Nic. Antonio, *Bibl. hisp. vet.*, II, 137-8.

Cod. n. 804. chart. mill. 290×190 ff. 158 saec. XV nitidissime exaratus. Ligatura recentior in dorso hanc exhibet inscriptionem: *Poggi | Florentini | Epistolae | Sec. XV.* In principio et ad calcem fol. insiticium membr. In hoc codice eaedem exhibentur epistolae quae in **Cod. n. 759.** Cf. AFH III, 337-8.

1. f. 34v.-36r. [P]oggius pl. sal. dicit fratri Alberto.

Inc. « Tantum abest ». *Des.* « me ama. Rome VIIII kl. Martii ».

2. f. 37v-38v. Magistro Francisco de Pistorio Ordinis Minorum.

Inc. « Venerabilis pater ». *Des.* « comenda. Rome etc ».

3. 38v-39r. [P]oggius pl. sal. dicit Andreolo Iustiniano.

Inc. « Licet ». *Des.* « Rome XXII die Ianuarii ».

4. f. 108r-110v. [P]oggius pl. sal. dicit viro insigni Andreolo Iustiniano.

Inc. « Non respondi ». *Des.* « recognoscam. Ferarie die XV mensis maij ». — Loquitur de mendaciis fratris *Francisci de Pistorio,* O. F. M.

5. f. 149v-150r. [P]oggius fratri Alberto Ordinis Minorum sal. pl. dicit.

Inc. « Scis esse ciceronis ».

Cod. n. 822. chart. mill. 280×210 ff. 192 ab unica manu saec. XV exaratus. Membrana ligatus mutilusque tum in principio cum in fine. Continet *Legendam auream* auct. Iacobo de Voragine O. Praed. Praecipue notanda habentur:

1. f. 88v-95r. [Vita S. **Francisci**].

Inc. « Franciscus prius dictus ». *Des.* « nec aque gutta proximavit ad tunicam ». = Iacobi de Voragine, *Legenda aurea,* ed. Graesse, Lipsiae 1850, 672-74. Cf. *Bibl. hag. lat.* I, 3129.

2. f. 140v-149r. [Vita S. **Elisabeth**. regin. Hungariae].

Inc. « Elisabeth illustris regis Ungariae filia, genere nobilis, sed fide et religione ». *Des.* « Mane autem facto sanatum se reperit, et toti conventui ipsam manum cunctis stupentibus sanatam ostendit ». = *Leg. aur.* ed. cit. 752-69, ubi n. 11 iam desinit. *Bibl. hag. lat.* I, 2506.

Cod. n. 847. (L. II. 13) chart. mill. 290×215 ff. 63 saec. XV exaratus partim binis columnis (1r-45v) partim lineis plenis (46v-63v). Nonnulla folia vacua iacent. Ligatura recentior in dorso hanc exhibet inscriptionem: *Alberti* | *Magni* | *De Mineralibus* | *& c.* | *Sec. XV.* In principio et ad calcem nonnulla inveniuntur folia insiticia, et in uno istorum index tractatuum praemittitur. Continet inter alia

1. f. 31v-34r. [**Verbum abbreviatum** Raymundi Gaufredi].

« Incipit liber Leonis viridis fratris *Raymundi* Ordinis Minorum. Verbum abbreviatum verissimum et probatum de occultis enucleatum breui sermone tam in opere solis quam lune. In primis peto lectoribus ne talem tamquam margaritam canibus tradant vel porcis cumculcandam. Hoc est secretum secretorum omnium philosophorum, ortus deliciarum et aromatum omnium thesaurorum, quem qui semel intraverit ulterius non cogebit. Istud vero verbum abreuiatum multum non (*nunc?*) immito desideratum, ab egregio doctore nostro *Roggierio Bacconis* primo declaratum. Deinde ego *Raymundus Gayfredy,* ordinis fratrum minorum, minister generalis et ipsum brevius quod potui breviter explanare philosophie filiis curavi ».

Inc. « In Xpi nomine. Recipe acetum fortissimum in magna quantitate ». *Des.* « et erit mundus et clarus quem recipe etc. Explicit verbum abreviatum maioris operis fratris *Raymundi Gayfredi,* ministri ordinis fratrum minorum, quod quidem verbum habuit a fratre *Rogierio Bacconis,* anglico, qui fuit de ordine fratrum minorum, et iste *Rogierius* ex precepto fratris *Raymundi* a fratre eiusdem ordinis propter istud opus erat captivatus, sed *Raymundus* exsolvit *Rogierium* carcere, qui docuit eum hoc opus, et ipse *Rogierius* fuit discipulus fratris Alberti ordinis praedicatorum ». = Sbaralea, *Suppl. SS.* 626, 644; ubi codex iste citatur. Edit. Francofurti ad Moenum 1603.

2. f. 34r-42r. Incipit liber **Rogierii Bacconis** magni philosophi de **Alchimia.**

Inc. « Ars principaliter duo continet ». *Des.* « et convertetur in solem verum absque dubio. Amen. Explicit liber verus de Alkimia *Ruggierii Bacconis* magni nigromantis, quem composuit relatione cuiusdam demonis constructi per ipsum ad inveniendum ha[n]c artem ». = Sbaralea, l. c. 644.

Cod. n. 885 (L. II. 2.) membr. mill. 240× 170 ff. 368. Plerumque initiales et tituli sunt rubricati. Ligatura recentior membranacea. Adest in principio folium insiticium, in quo indicantur tractatus in cod. misc. contenti, ibique nonnulli, sub dubio tamen, fratri *Rogero Bacconi* attribuuntur. Codex fuit exaratus saec. XIV. Opuscula, quae *Rogerii Racconis* creduntur, sunt:

1. (f. 144 r-198 v). [**De perspectiva**].

Inc. « Cupiens te et alios sapientia dignos excitare et disponere ad scientiam perspective, scias actores multos tractare ». *Des.* « hic inferius et super capita inimicorum apparere et multa consilia. Ut animum mortalis ignorans veritatem non posset aliqualiter sustinere ». = Sbaralea, *Suppl. SS.*, 646 hunc codicem citat. — Alius huius operis codex membr. in-fol. saec. XV invenitur Toleti in Archivo historico; cfr. *Revista de Archivos, Bibliotecas y Museos,* an. III, n. 6, ser. I.

2. (f. 200 r-212 v). [**De speculis comburentibus**].

Inc. « Ex concavis speculis ad solem positis ignis accenditur ». *Des.* « hoc etiam notandum quod ovale comburit ante se, annulare retro. De distantia combustionis nil certum scio ad presens ». = Sbaralea, l. c.; cum praecedenti op. ed. Combach, Francof. ad M. 1614.

3. (f. 113 r-114 v). [**De cometis**].

Inc. « Occasione cuiusdam comete, que nuper apparuit, applicui animum ». *Des.* « completum et ex similitudine affectionis quam imprimit in mentibus videntium potest coniici qualitas rei future cuius est signum. Explicit ». = Sbaralea, l. c.

Cod. n. 923 (L. III. 28) chart. mill. 220×150 ff. 314 a pluribus manibus saec. XVI intricatis litteris exaratus et ex diversis compactus codicibus. Tabulis ligneis ligatus et in dorso pelle. In principio duo adsunt folia insiticia, quae indicem tractatuum proferunt, et ad calcem tria folia etiam insiticia. Inter plurima quae continet, notabilia sunt:

1. (f. 119 r-126 v). **Scoti** Philosophi quaestiones. An Ars Alchimica aurum vel argentum generare aut multiplicare possit.

Inc. « Quaeritur utrum per artem fieri possit verum aurum vel non ». *Des.* « formam veram et proprietates donabit. Laus Deo. Explicit quaestio de Arte Alchimica subtiliter determinata ». = In margine notulae diversae inveniuntur correctionesque in textu. = Sbaralea. *Suppl., SS.* 413. — Non est Ioh. Duns Scoti.

2. (f. 148 r-183 v). **Rosarius** editus a magistro Ioanne Anglico.

Inc. « Desiderabile desiderium, impreciabile precium ». *Des.* « ignem et auro nostro non coniungit... ». = In fine mutilus remanet. = Sbaralea, l. c. 386, qui opinatur hoc esse forsan Ioh. Gallensis O. Min.

3. (f. 174 r-180 v). **Ioannis de Rupe Scissa** de lapide philosophorum **Compendium,** quod liber lucis appellatur et arcanum arcanorum, Deique optimi maximi donum.

Inc. « Intentio mea, que fuit in alchimicas operationes ». *Des.* « Quod malum fugiendum valde, et si sic sit. Laus Deo. Explicit liber *Ioannis de Rupescissa,* qui per eum liber lucis intitulatur. Sed quamplura desunt que ab aliis philosophis redimes presertim in opere maiori ». = Sbaralea, 459-61.

4. (f. 181 r-186 r). Fratris **Ioannis de Rupe Scissa** commentum primum super librum eiusdem de quinta essentia.

Inc. « Cum quinta essentia.... nostri evangelicorum virorum ». *Des.* « Multa potuissem dicere de lapide maiori que... Tum quia alio loco pertractavimus hoc accipiatis evangelicis viris. Finis ». = Sbaralea, l. c. 460: ed. Basileae 1561, et gallice Lugduni 1549. Cf. **Cod. n. 439,** AFH II, 324.

5. (f. 187 r-190 v). Vademecum Venerabilis **Raymundi Lulli** Artis compendiose.

Inc. « Tinctura ignis est melior omnibus tincturis ». *Des.* « corporale ex vi sue proprie nature. Ray. Lull. vade mecum Artis Compendiose. Finis ». = Sbaralea, l. c. 627.

6. (f. 268 r-293 v). Testamentum ultimum **Raymundi Lullij,** Maioricensis, sive *declaratio totius artis secundum triplicem viam* s. vegetabilem, mineralem et animalem ac mixtam, omnes suos libros declarans et capitula ad infra se remittendo. Regi Anglie Carolo filio Adoardi regis dicatum.

Inc. « Cum ad nos venisti, fili dilectissime ». *Des.* « mola in mortario vitreo. Et ponas... ». Mutilus in fine. Quatuor folia vacua sequuntur. = Cf. AFH III, 335.

Cod. n. 928 membr. mill. 200×140 ff. 48, ad calcem vero nonnulla vacua iacent, eleganter exaratus saec. XV ab unica manu. Tituli epistolarum, quae in eodem continentur, rubricatis litteris inscribuntur. De his quae continet notanda est:

(f. 31 v-36 r). Magistri **Francisci de Paduanis de Florentia,** ordinis Minorum Theologi excellentissimi ad Nicolaum quintum Summum Pontificem epistola congratulatoria incipit. Lege feliciter.

Inc. « Si quid B. P. de rerum tuarum magnitudine ». *Des.* « civibus annuente Domino nostro Iesu Christo, cui laus sit, honor et gloria per infinita secula seculorum. Amen. Raptim ex Florentia XXII Martii anno dni. M°CCCC°XLVII ». = Sbaralea, *Suppl.*, 254; I², 269.

Cod. n. 932. (L. II. 22) chart. mill. 210×150 ff.52 saec. XV ab unica manu exaratus. Quasdam habet litteras initiales parumper ornatas, et titulos quandoque rubricatos. Tabulis ligneis ligatus et in dorso pelle. Tria folia vacua adsunt in principio et duo ad calcem insiticia. In folio custodiae in principio codicis apposito legitur: *Raimundi Lullii de mineralibus rebus e greco in latinum translatio et de auro fixo.* Mutilus videtur in fine.

(f. 1r.) *Rubr.* « Traductio de greco in latinum per cl.^m virum D. Raymundum Lullium XCM. de mirabilibus rebus ad nob. et doctum virum Hieronymum Lettagnettum ».

Inc. Tit. «De fonte Asbameo mirabili adversus periuros. Apud Tuanam civitatem Cappadocie metropolim scribitur aquam quamdam». In fol. 51 invenitur tit.: *Raim. Lul. Pref. Inc.* «Aristoteles quem ferunt». *Des.* «opus: ex obscura quidem».

Cod. n. 940. (L. I. 15) mill. 240×170 ff. 112. In principio et fine plura sunt insiticia. Ligatura recentior in dorso hanc exhibet inscriptionem: *Tratti* | *di* | *Alchimia* | *Sec. XVI.* Ab unica manu exaratus. Codex misc. continet in folio insiticio, quod adest in principio, indicem tractatuum. Notatu digna habetur

(f. 44v-68r) [**Compostella** Fratris **Bonaventurae de Iseo**].

Rubr. «Sequitur tractatus omnium metallorum et de Naturis et Generationibus fratris *Bonaventure de Yseo,* ordinis minorum. Et dicitur Compostella»:

Inc. «Aurum naturale componitur sub terra ex duobus spiritibus». *Des.* «causa pulchritudinis, honoris et lucri, quia melius servatur per custodiam. Finit tractatus Nature seu metallorum, quem seraphicus doctor Reverendissimus dominus frater *Bonaventura de Yseo,* ordinis fratrum minorum, summa cum speculatione luculentissime compillavit. Nicolaus venetus scripsit 1546». = Cfr. **Cod. n. 119,** AFH I, 116 s. Sbaralea, 142, 177. (I², 1908, 189-90). Girol. Golubovich, *Biblioteca di T. S.,* I, 223 sg.

Cod. n. 942. (L. I. 17) chart. mill. 230×165 ff. 119. Nitide exaratus saec. XVI. Ligatura recentior chartacea cum membrana in dorso. In principio folium custodiae indicem opusculorum exhibet, et sequitur aliud folium non numeratum. Mutilus est in principio, quare primus tractatus (f. 1r-3v), nescio cuius sit, nam auctor non profertur, alii vero omnes, ultimo excepto, ad *Raymundum Lullum* pertinent.

1. (f. 4r-11r). **Soliloquium philosophie maius** a **Raymundo Lullio** editum.

Inc. «Opus perfecti magisterii quod appellatur soliloquium philosophie maius secundum Raymundum Lullium, primo de coniugio». *Des.* «respiciente humorem peccatem *(paccantem?)* et sic est finis nostri soliloquii ad gloriam et laudem immensi Dei. Amen. Finis». = In margine posterior manus apposuit: «Non puto hoc soliloquium esse opus *Raymundi Lullij*».

2. (f. 11r-15v). Raymundi Lulij de Insula Maioricana **liber lucis mercuriorum** incipit.

Inc. «Iam dudum Rex serenissime de transmutatione omnium metallorum». *Des.* «quod vulgari sermone transmittimus serenitati tue ad hoc, ut fides crescat et augeatur. Finis». N. Antonius, *Bibl. hisp. vet.,* II, 138, n. XVII.

3. (f. 16r-21r). **Epistola accurtationis lapidis** Magistri Raimundi Lulij ad Regem Robertum.

Inc. «In Dei nomine. Cum ego *Raimundus* de Insula Maioricarum iam preteritis temporibus plures libros in arte transmutationis composuissem». *Des.* «Elige ex ea intentum et lauda Deum. Amen». = L. c. II, 137, n. XI; 138, n. VII; 139, n. XXXIV ss. ed. ap. *Testamentum Raym. Lulli,* Coloniae 1566 et 1573.

4. (f. 21v-27v). Raimundi Lulij **de lapide phisico minerali** liber.

Inc. « Materia est res una vilis ». *Des.* « octo partes etc. Et sic est finis huius operis. Laus Deo. Explicit ». = L. c. II, 138, n. XX; ed. Coloniae 1585.

5. (f. 28r-51r). **Ars intellectualis** seu **magica parva** Raimundi Lullij.

« Rubrica seu capitula magice vel artis intellectualis seu intellective *Raimundi Lullij* de insula maioricarum ». *Opus inc.* f. 29r: « De errantibus et velatis in opere philosophali et deviantibus obcecatis cap. I. Sunt errantes ». *Des.* « que venit de sua proprietate secundum cursum nature. Finis magice lapidis philosophorum edite a magistro *Raymundo Lullio* ». = L. c. II, 136, n. IV, ed. Coloniae 1567; et in *Theatro chimico*, t. III, Argentorati 1613. Neque hoc, neque alia huius cod. opuscula sunt Raimundi Lulli, cf. Nic. Antonio, II, 136-40; 139, n. XXIX.

6. (f. 52r-70r). Raimundi Lullij **anima artis transmutatoria metallorum.**

Inc. « In nomine sanctissime Trinitatis et eterne unitatis. Principium huius compendii qui nominatur: Anima transmutatoria artis metallorum incipit, missum Roberto regi Ill.mo super testamentum et codicillum et Vade mecum et lapidarium huius preciosissime artis. — Iam sepe sepius ». *Des.* « quia pro certo omne quod cupis habebis. Explicit Anima transmutatoria metallorum ». = L. c. II, 137, n. XIII, 138-9, ed. Coloniae 1583: Basileae 1600; Francof. 1630.

7. (f. 70v-83r). **De investigatione secreti occulti** Raimundi Lullii super totum opus maius.

Inc. « Quoniam homo est magis nobile ». *Des.* « inest etiam lapidė granato. Finis. Deo gratias ». = L. c. II, 138, n. XI.

8. (f. 83v-92v). Raimundi Lullij **de conservatione vite.**

Inc. « Intendimus componere rem admirabilem ». *Des.* « minera creata iussu Dei. Amen. Finis de conservatione sanitatis ». = II, 138, n. IX.

9. (f. 93r-97r). Incipit **elucidatio** totius **testamenti** Raimundi Lullij ad regem Edoardum missa.

Inc. « Tu in virtute de A. recipe O. et proice ». *Des.* « tu habebis quod desideras cum adiuvamine eius qui est trinus personaliter et unus essentialiter et vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen. Finita est ars transmutationis per magistrum Raymundum Lullij in preclaro studio Montis pessulani. Anno Dni. 1333 ».

10. (f. 97r-98r). Sequitur **opus margaritarum** per quod plura elucidantur Testamenti capitula.

Inc. « Opus margaritarum sic ». *Des.* « Quere prolixius in nostro testamento de hac materia. Finis ». = II, 137, n. XI; 139, n. XXXIV-VII cum praecedenti ed. Basileae 1672 et 1690.

11. (f. 98r-104v). Incipit **compendium artis magice** Raymundi Lullij.

Inc. « Secundum cursum nature ». *Des.* « cum sale martis vel veneris. Finis ». = II, 136, n. VI; ed. Coloniae 1567.

Cod. n. 984. (L. III. 20) chart. mill. 180×140 ff. 36 ab unica manu saec. XVI exaratus. Nonnulla tamen parvi momenti manus posterior scripsit. Ligatura recentior chartacea; in principio duo folia insiticia quorum primum in recto habet: *Lud. Lazareti. Raym. Lulli et Io. de Branchis. Tractatus de Alchimia;* secundum vero indicem opusculorum exhibet. Notatu digna habentur:

1. [Opus Ludovici Lazareti].

In fol. 2r legitur: «Primum de Alchimia, que est naturalis magia et ab Aristotele vacatur Astrologia terrestris, cuius secretum habui a Ioanne Ricardi de Branchis de Belgica provincia, que nunc vulgariori vocabulo de la Burgundia, qui in hoc fuit magister meus, currente ab incarnatione verbi anno M.CCCCXCIV. Ipse vero per libros *Raymundi* de insula maioricarum et Arnaldi de Villa Nova et per longam habuerat exercitationem. *Raymundus* vero ab Arnaldo, Arnaldus autem habuerat a quodam magistro Petro».

2. (f. 8v-16v). Incipit tractatus magistri **Raymundi Lulij** ad nepotem suum carissimum **de lapidis investigatione.**

Inc. «Scito quod sapientes in miraculo lapidis posuerunt multas operationes, videlicet, disolvere, congelare, calcinare». *Des.* «Verum in applicatione causarum ipsarum ad suos proprios et adequatos affectus ignorantis a sapiente latissima est differentia». *Rubr.* «Τελος». = Nic. Antonius, II, 138, n. XVI.

3. (f. 17r-18r). [Tabulae formularum alchimicarum].

4. (f. 18r-32v). Quaedam excerpta hinc inde ex libris **Raimundi** que nimium utilia sunt.

Inc. «Secondo la universa sciencia». *Des.* «con el ditto la assatione i. imbeuere .... » = Videtur opus mutilum remanere.

(Continuabitur). P. Athanasius López, O. F. M.

BIBLIOGRAPHIA

1. **Little, Andrew, G.** — *Tractatus F. Thomae vulgo dicti de Eccleston: De Adventu Fratrum Minorum in Angliam, edidit notis et commentario illustravit.* — Paris, Fischbacher, 1 vol. in-8°. XXX, 277 pp. — *(Collection d'études et de documents sur l'histoire religieuse et littéraire du moyen âge,* tom. VII) (8 Fr.).
2. **Cuthbert,** Father, O. S. F. C. — *The Chronicle of Thomas of Eccleston:* De adventu Fratrum Minorum in Angliam, *newly done into English with preface and notes.* — Edinburgh and London, Sands Co. 1909. 1 vol. in-12°, XL, 168 pp. (2 sh. 6 d).

1. Post pluries attemptatas a diversis editiones *Tractatus* Fr. Thomae, opera cl.mi A. G. Little, « lectoris (uti ipse in libri inscriptione ait) in palaeographia in Universitate Mancuniensi », tandem prodit editio nova et definitiva chronici huius pro initiis Ordinis minoritici in Anglia summi momenti. Primus librum hunc ediderat I. S. Brewer, ap. *Monumenta Franciscana* [I], London 1858, 1-72, usus, sed non sagaciter, MS. Eboracensi Cathedralis. XVI, K. 4. (= E) et Cottoniano Nero. A. IX Musaei Britannici (= C). Deinde Rich. Howlett, ap. *Monumenta Franciscana,* II, London 1882 1-28 denuo Collationes I-VI (L. 9-41) vulgavit, fretus praecipue Codice saeculi XIV, olim adservati in Lamport, (= L) penes D. D. Vere Isham, sed modo deperdito. E quibus duabus editionibus, quin denuo MSS. contulissent, Patres Collegi totam chronicam edidere ap. *Analecta Franciscana,* I, 1885, 215-256, atque F. Liebermann, ex codd. E et C, partes extraxit ap. *Mon. Germ, Hist. Script.,* XXVIII, 560-569. Cum cl.mus P. H. S. Denifle, *Die Universitäten des Mittelalters,* Berlin 1885, I, 811 animum novi editoris ad MS. aliud *Tractatus,* necdum ab editoribus adhibitum, advocaverat, scil. MS. DD. Philipps 3119 (= P) iste hoc primus cum aliis adhuc exsistentibus pro hac editione diligentissime contulit.

Omnia MSS. accurate describit editor, I-XVII XIX. C (p. XI-XIII) et P (XIII-XVII), quod (P) forsan olim conventus O. F. M. Oxoniae fuerat, plura alia ad historiam O. F. M. continent. Saltem pars MS[i] C conventus O. F. M. Herfordensis fuerat (XII). Constat C et L esse fragmenta eiusdem MS[i]; C non habet nisi inde a Collatione IX (cf. p. 50) usque ad finem, L vero solas Collationes I-VI (p. XII, XVI), immo P a cod. C et L exemplatus certe exstitit; in P addita sunt pauca. P et E ab invicem non dependent, sed scriba codicis E minus diligens fuerat (XVIII s). Lectiones quibus editio nova a praecedentibus praecipue differat, iam enumeravimus AFH I, 660. Reliquae minoris vel minimi sunt momenti, ita ut editio ap. AF I, 215 ss pretio nondum spoliata sit nec utilitate.

Additiones aliquae ex P in nova editione habentur p. 13, 29, 130, l. 5-8; 131, l. 17-132, 18 quaeque pro lectorum commodo in *Miscellaneis* p. 582. hic subiungimus.

Maxima diligentia et accuratissima sagacitate cl. Little editionis textum efformavit, variantes in notis apponens, transpositiones particularium *Incidentium*, quae in Tractatu saepe occurrunt adnotans. Cum varii codices *Incidentes* variis in locis ponant, etiam in nova ista editione aliis in locis, a prioribus diversis, saepe habentur. Eruditas etiam notitias hausit e documentis et libris, praesertim e chartulariis in Anglia vulgatis, quibus instruxit textum ad singulos locos ubi Fratres Minores seu saeculares in textu nominantur. Haec rerum ab auctore doctissimo illustratarum copia librum ipsius summi reddit pretii. Poterat autem pro Fratribus Minoribus librorum auctoribus remittere saepius lectorem ad bibliographias Waddingi et Sbaraleae etc., sed praetulisse videtur doctus L. fontes et libros antiquiores allegare.

Quibus illustrationibus accedunt et plures Appendices. I A) Excerpta ex *Chronicon de Lanercost,* ed. J. Stevenson, Edinburgh 1839, 80-1; L(ittle), 134-6, de originibus Ordinis F. M. in Anglia; B) Excepta ex *Barth. Pisano,* i. e. AF IV, 329; L. 136-40. — II. Denuo edit, 141-5 e cod. P: *Peregrini de Bononia Chronicon abbreviatum de successione Ministrorum Generalium,* quod iam ex eodem cod. P (alii enim codd. desiderantur) vulgaverat ap. *Bullettino critico di cose francescane,* fasc. I, Firenze 1905, 45-7. — III. *Catalogus Ministrorum Provincialium in Anglia* 146-8, e cod. C et e Cod. Cotton. Vitellius F XII; est ap. AF I, 263-5. Alii catalogi ap. AF I, 257-74 editi, ap. L. desunt, si excipias seriem Lectorum Oxoniae AF 270-1, L. 67-70; et Cantabrigiae AF 271-3; L. 71-4 — IV. Commodissima lectori cuilibet erit Appendix IV, 149-155, *Conventuum O. F. M. per saeculum XIII in Anglia fundatorum catalogus,* una cum citationibus documentorum etc. e quibus annus fundationis eruitur. — V. *Extractum e registro FF. Londoniae* 155-164, ex quo iam partes editae erant ap. *Mon. Franc.*, I, 493-526; II, 143 ss, a J. C. Nichols, *Chronicle of the Grey Friars of London,* (Camden Society), 1852, et E. B. S. Shepherd, ap. *Archaeological Journal,* LIX, 1902. — VI. Offert 165-178 *documenta selecta ad domos O. F. M. in Anglia spectantia usque ad an. 1260.* — Demum VII. 178-187 e cod. Brit. Mus. MS. Royal 7 E 11, edit: « *Excerpta e Roberti Grosseteste Sermone de scala paupertatis in capitulo Fratrum Minorum* »,. qui pro praxi, de quaestione proposita optime disserit.

Cur hoc in Sermone 183 l. 1 *familiae* [i e. servitorum] *subiectionem,* in *sublationem* correxerit, non liquet. P. 179 l. 19 lege *transitoriorum contemptum,* uti et 183 l. 30. — P. 180 l. 20-1 allegatur Iac. 1, 17; p. 182 l. 4-5 vero Luc. 22, 27; 182 l. 9-10: II Cor. 11, 1 ss 182, l. 13-4: Ioh. 12, 14 ss. P. 1487 in fine l. 6 clare citatur Ioh. 14, 16 et subinde Hebr. 9, 12. — P. 187, l. 15 Robertus Fratres Min. pulchre alloquitur: *Estis namque epistola Iesu Christi missa in mundum, ut in epistola nobis legatur Christus... Vult ut vos sitis eius epistola et liber scriptus in pagina et in margine intus et foris eius paupertate et humilitate, ut in vobis totis et appendiciis vestris nihil scribatur, nil legatur, nisi solus ipse* ».

Ad *Chronici* textum transeuntes, praeter iam indicatas lectiones variantes, alias enumeramus, discutientes, quamquam editor cura vigilantissima et varias lectiones et dubias in notis subnexuerit. P. 1 l. 3 legit: *Quia* (Q [ed. ap. AF I]: *Omnis,* uti cod. E) *iustus vitam suam iudicare debet per exempla multorum* (Q uti E: *meliorum*), *quia plerumque plus exempla*

quam rationis verba compungunt; ut habeatis etc. (Q *Ut habeatis*). Utra lectio praestet, difficulter decidi potest, excepto loco: *exemplo meliorum*, quae forma excellere nobis videtur. P. 1 l. 6 *qui tot et tanta... prosequendo statui et ordini nostro reliquerunt* ubi Q uti et E: *pro consequendo statu et ordine* habent; legerem vero potius *pro sequendo statui* etc. i. e. ad sequendum reliquerunt. — P. 2 l. 3: *viginti sex annos* ubi falso Q XXV. — P. 2 l. 1 melius: *communico vobis collationes*, ubi Q *consecro vobis*, contra MSS uti videtur. — P. 2 l. 4-5 cf. Matth. 17-5. Forsitan E quem Q magis sequebantur pluries aliis codd. antecellit, v. gr. p. 6 l. 13; 8 l. 10 *de die in diem;* l. 13 *sedebant;* eiusque scriba modo accurate modo oscitanter scribebat. (Cf. supra et p. XIX). — P. 16 l. 14 inutiliter corrigitur E: *spiritualitas* in *simplicitas*, uti et Q 222 l. 4. — P. 21 l. 7. In phrasi negligentius constructa non melius cum E et P legendum: *quaereret*, scil. Fr. Richardus a magistro Waltero, qui respondit ei: « *Qui vult esse in pace sileat* ». AF I, 224 l. 11. — P. 29 l. 13 legas *vacuarunt* pro *vacuerunt*. — P. 34 l. 30 est versus Psl. 135, 1. — P. 35 l. 3 legit: *laicus Benvenutus* quam formam Q 229 in nota reposuit, contra MSS. — Item ibidem, certa esset iuxta MSS. lectio: *auderet*, Q 229 l. 21, quamvis sensus omnino requirere nobis videatur: *si ordinaret;* cf. et l. 5: *iniunxit ergo*. — Quia Elias non tantummodo ultimis sui Generalatus annis « *Ordinem turbavit* » (65) omnino praeferam 37 l. 15 lectionem communem: Q 230 l. 24 scil. *Richardus Rufus* (cum L et P) contra E et Little, 37 l. 17: *Nicholaus Rufus*, Sic non multiplicantur nomina, et 24, 37 ac 64 agitur proculdubio de lectore illo celebri Richardo Rufo. — P. 45 l. 5 lege *offerretur;* 44 l. 7 *poenalitas poenitentiae* cum P pro *pecuniae* uti habet E; (Q. 233 l. 3: *paucilitas pecuniae*). — P. 40 l. 17 bene correxit cum L et P *falsum latinum*, (contra E et Q 232 l. 12: *plurimum latinum*). P. 47 l. 19 *Wigerius Alemannus* pro *Wygmundus*. — Ad p. 125 l. 2-3 cf. Matth. 14, 30-1. — P. 59 l. 18 *frater Angeler* iuxta omnia MSS, ubi Q 237 l. 40: *frater Agnellus*, quamquam et editori idem Frater Angelus esse videatur. — P. 120 l. 8s: *quidam frater stans in horto in oratione in Sicilia* [Q 253 l. 38; *in cilicio*, E *Cilicia*, sed falso], qui vidisset Fredericum II, mortuum monte Etnae deglutiri. — P. 122 l. 3 *Guarinus de Erwelle*, ubi Q 254 l. 27: *de Esserwel*. — P. 123 l. 4 (Q 255 l. 35) legendum: *provincia anglicana profecerat*. — P. 125 l. 19 recte habet (Q. 255 l. 26: *Clementinis*): « *super:* Unum ex quatuor *Clementis* [i. e. Cl. de Llanthony] *canones perutiles compilavit* ». — P. 123 l. 7-9 laus celebris provinciae Angliae ex ore B. Iohannis Parmensis sic sonuit (Q 254 l. 36-7): *G utinam talis provincia posita esset in medio mundi, ut omnibus esse possit in exemplum*. — P. 33 l. 1 recte legit: *nunc temporis* pro Q 228 l. 13: *tunc temporis* — P. 30 l. 18ss (= Q. 227 l. 7ss) alluditur etiam ad statuta quaedam a Capitulo Gli 1224 confecta, non solum ad *Admonitiones* S. Francisci etc.,. uti placet editori. — P. 89 not. c. Haymo de Faversham non obiit 1243 sed 1244 cf. Iordanus a Iano, *Chronica*, n. 73, AFH II, 51.

Chronicon Fr. Thomae, quem manus posterior in cod. E *de Eccleston* nominavit (XX), non solum pro rebus gestis provinciae Angliae sed etiam pro aliquibus factis Ordinis Franciscani in genere magnae esse et gravitatis et utilitatis, nemo rerum franciscanarum gnarus ignorat. Quas partes singillatim hic enumerare vix iuvat, ex eo quod in discussionibus pluribus de his rebus saepius actum sit; v. gr. de S. Francisco cf. supra = 408 ss; de Fr. Eliae depositione etc. Editor v. gr. etiam quaestionem **Capituli Glis Metensis** 50, 52, 53, 92, 126, modo novo tracta-

vit cum editiones praeviae falso legerant Q 256: *circiter novem annos* etc. ubi legendum 126 l. 14 ss: *Igitur postquam circiter 14 annos*, qua lectione recta (quamvis in E aliquatenus dubia) innixus totam quaestionem nova in basi editori discutere datum est. Opinatur 126 not. b: quasi certo Capitulum Metense esse assignandum anno 1254. De eius rationibus cf. supra p. 493 ss. Eo ipso Capitulum Gle Ianuense secundum amandatur ex anno 1253 ad an. 1249 vel 1250, 52 not. a.

Maximis laudibus certe efferendus diligentissimus atque sagacissimus editor *Tractatus* Fr. Thomae non solum ob accuratissimam textus exhibitionem sed et ob plura eidem adiecta pro studiosis adminicula e documentis librisque undique congesta.

2. Quanquam doctis intersit plurimum habere textus originales cura maxima castigatos, tamen versiones eorumdem, intelligenti necnon perito calamo exaratae, ad librorum maiorem divulgationem et notitiam efficaciter conferunt. Hoc iam praestitit versio *De adventu* Fr. Thomae a R. P. Cuthbert, O. M. Cap. exarata, quippe quae iam an. 1903 typis prodierat, sic inscripta: *The Friars and how they came to England being a translation of Thomas of Eccleston's* De adventu FF. Minorum in Angliam *done into english with an introductory essay on the spirit and genius of the Franciscan Friars*, London, Sands, 1903, in-12°, VIII, 252 pp. *Specimen* illud de spiritu et ingenio FF. Min. 1-129, generalibus potius deductionibus consistens, nova editio omisit, cuius praefatio XI-XXXIX, notitiis historicis influxum FF. Minorum in Anglia adumbrat, et de Fr. Thoma et eius chronica agit. — Ad novam versionem Anglicam perficiendam interpres sollers et sollicitus ad MSS. quandoque recurrit, sed in genere editionem apud AF I, 217 ss. sectatur. Fidelis est versio ac fida, sed quandoque genuini textus realismum non parum temperavit (15, 31 etc.). Notae huic novae editioni subnexae longe plures sunt quam editionis prioris. Maximam partem, uti et notae apud A. G. Little, e documentis seu regestis et litteris regiis haustae sunt. Apud L(ittle) ordinarie magis abundant, exceptis tamen aliquibus casibus, minoris momenti, v. gr. L. 21, C(uthbert), 21 n. 1 de Fr. Vincentio de Coventre, cf. L. 62, 71. — L. 9, C. 7 dicens Will. of Worcester, *Itinerarium*, ed. Nasmith 1778, 81 censuisse Fr. Minores anno 1227 Sarum (Salisbury) venisse, quod forsan uti sat dubium L. omittendum censuit. — Quo tempore Capitulum Gle Metis celebratum sit p. XXXII-XXXVIII discutit, concludens illud fuisse « versus finem anni 1253, vel in initio anni 1254 », XXXVIII. — Opinatur Fr. Ioh. de Dya fuisse Anglicum, et quidem illum Fr. Ioh. Anglicum, quem 1247 in Angliam nuntium misit et collectorem Innocentius IV, p. XXVII, 129 s. BF I, 428, 510 etc. Nomen de Dya seu de Dyva saepius tunc occurrere dicit (quin documenta alleget), dum Little, 114, eum de Dya, *Die?* in Gallia (dép. Drôme) fuisse coniecturat. — Notes velim l. c. *papalem poenitentiarium:* nequaquam eumdem esse ac *nuntium*.

Alexander Halensis Ordinem ingressus est, non anno 1222, (XVIII), sed 1231, cf. Felder, *Gesch. wiss. Studien*, 180. — Obiectionem, quam XXXI s. contra annum 1258, quo Ecclestonius Chronicam composuerit, adducendam censet, scil. locus L. 45: *Dum mori debuisset* [Fr. Stephanus] *et offerretur ei hostia salutaris, vidit ostium in hostia, per quod intrare deberet, et sic cantans alta voce... obiit*, nihil prorsus valet. Verbis enim illis generalibus allusio ad hymnum *Verbum supernum*, an. 1264 a S. Thoma Aquinate compositum vix detegi potest. Nunc vero accedit, quod S. Thomas dictum hymnum vix composuerit, quia, iuxta rationes

a D. G. Morin, O. S. B. adductas, carmen istud ex Officio Cisterciensium una cum pluribus responsoriis etc. mutuatus sit; Cf. *L'Office cistercien pour la Fête-Dieu comparé avec celui de S. Thomas d'Aquin*, ap. *Revue Bénédictine*, XXVII, 1910, 236-46. — P. 54 not. 2 comparatio repetenda erat ex lingua Gallica. — Regio ab interprete 119 l. 8 indicata in textu nullibi fundatur, L. 117. — Versio 48 l. 15 ubi vocem « monticulos » qua Fr. Albertus increpare voluit « pulvinaria », vertit « fasciculos », eam nimis infirmat, ironiam delendo (L. 43). — P. 8 l. 24-5 vertissem vocem « valde vexati » L. 10 l. 8, vocabulo « fatigati » non autem « turbati in spiritu ». Venerant enim illi Fratres pedites ex alio conventu, qua de causa guardianus eis « lagenam cerevisiae » cum aliis obtulit. — P. 8 l. 21 non bene vertit dictum Fr. Agnelli, ob rotulos et computum Fratrum Londini exclamantis: L. 10, l. 5 « *Ay me captivum* »: *I am done!* [iuxta AF I, 219, l. 25 ex E, *captum* legens], cum verba sonent: *Heu me miserum, malum* etc. — Appendix I: 129-136 ex ipsa Chronica desumpta est. Appendix II: 137-43 eadem habet, sed brevius ac anglice versa, quae App. I apud Little 134-140, accedit tantum locus B. de Bessa AF III, 679 l. 21-680 l. 10 — Appendix de fundatione conventuum Londinii 146-150, Oxoniae 151-4, et Redingae 155-6 agit, quae nec desunt ap. Little. — Idem dicendum de iis quae collecta sunt brevius de initiis aliorum conventuum FF. Min. per Angliam, in Appendice IV 157-160. Hac in parte securius allegat novum « *Monasticon Anglicum* » cuius notae saepe infidiores sunt. Uterque denique liber, et editio et versio, copioso indice excellunt. **P. Michael Bihl**, O. F. M.

1. **Mariotti, P. Candido** O. F. M. — *Il Laterano e l'Ordine Francescano. Studio del P. C. Mariotti.* — Roma, Tip. Artigianelli di S. Giuseppe, 1893; in-8° gr., pp. 158.
2. **Idem.** — *L'Immacolata Concezione di Maria ed i Francescani. In occasione del Cinquantesimo della Dommatica Definizione.* — Quaracchi, Tip. del Collegio di S. Bonaventura, 1904; in-8° gr., pp. XVI-272.
3. **Idem.** — *La Passione di G. Cristo ed i Francescani.* — S. M. degli Angeli, Tip. della Porziuncola, 1907; in-8° gr., pp. X-301.
4. **Idem.** — *L'Eucaristia ed i Francescani.* — Fano, Soc. tip. Cooperativa, 1908; in-8° gr., pp. X-283.
5. **Idem.** — *Il Nome di Gesù ed i Francescani.* — Ed. 1ª Roma, Tip. del « Mater Amabilis », 1898; in-8° picc., pp. VIII-226. — Ed. 2ª, molto accresciuta e migliorata, Fano, Soc. tip. Coop. 1909; in-8° gr., pp. VIII-242.

Conceptum nactus ex opere cl.mi Leonis de Kerval, *S. Giovanni, suo secolo e sua influenza* (Vers. ital. ex 1ª edit. gallica, Roma 1887, p. 110-2), Auctor, qui iam primum opus confecerat, consilium coepit, ut ex multimoda et originali Fratrum Minorum industria ad christianam pietatem excolendam quattuor praecipuas « devotiones » ab ipsis divulgatas etiam illustraret, sicque quemdam, ut ita dicam, cyclum historicum de hac re speciali tunc non satis nota componeret; quod propositum nunc se tandem assecutum esse gaudet. De quibus operibus singillatim et breviter dicturus, praemoneam lectorem necesse est, cl. P. C.

Mariotti non meram historiam describere sibi praefixisse, sed etiam, immo potius opellas conficere, quae iuvenum Ordinis nostri et fidelium animos tum ad exemplum tum ad pietatem moverent, simulque quamdam anthologiam doctrinalem et asceticam, una cum notitia historica, praeberent.

Qua de re, singula haec opera eadem via et ratione procedunt, eisdem pollent meritis, eisdemque mendis notantur; his quidem non tam ab Auctore quam ab ipsa operis intentione dependentibus. Summa libri optima, processus regularis et raro ex aliqua parte deficiens; sed investigatio rationum et factorum non nimis profunda: deest amplus et comprehensivus argumenti conspectus, atque in singulis rerum adiunctis vis critica, seu potius critici diligentia ex condicto quandoque torpescit. Quae alii sparsim dixerunt, ipse in unum colligit, nil novi nixus aliqua ex parte addere vel scrutari, et quidem circa ea, quae ipsius operis pretium esse viderentur. Qua de methodo et voluntate A. ipse iudicem criticum praemonet (in praefationibus, passim); neque animadversionis nobis locus, ubi oculatum propositum adfuit; sed dolendum sane historiae studiis occasionem defecisse, quae magno erat ipsis oblata emolumento.

1. En operis conspectus. Cap. I (1-17): Adumbratio primitivae historiae et mysticae significationis Lateranensis Basilicae. Cap. II (18-28): Status christianae societatis ineunte saec. XIII. Cap. III (29-45): Visio Innocentii papae III de Lat. cadenti, et prima vivae vocis oraculo Ordinis Minorum approbatio. Cap. IV (46-53): Concilium Lateranse IV, et secunda oralis Ord. approbatio. Cap. V (54-68): De S. Francisci cum S. Dominico, Ord. Praed. Fundatore, occursu Romae, et Ordinis approbatione per Bullam. Cap. IV (69-91): Quomodo S. Franciscus et tres Ordines ab eo conditi reapse Lateranum, id est Ecclesiam catholicam, pietate, doctrina, zelo apostolico, martyrio etc., sustinuerunt. Deinde, quid Summi Pontifices, O. F. M.: Nicolaus IV cum eiusdem Ordinis musivariis (Cap. VII, 92-104); Sixtus IV (C. VIII, 105-114); Sixtus V (C. IX, 115-27); et demum Leo XIII, Tertiarius Franciscanus, (C. XI, 138-47) ad Basilicae vel restaurationem vel ornatum magnificentissime curarunt. Cap. X (128-37) habet de Poenitentiariis Apostolicis ex Ord. Fr. Min. a Pio V, Ord. Praed., ad Lateranensem Basilicam addictis. Cap. XIII denique (148-55) quamdam ingeniosam et non sine felicibus auspiciis relationem prospectat inter Lateranum et recens, quod prope surgit, Ordinis Generale Collegium S. Antonii de Urbe. — Notamus neque Fratrem Leonem neque Fr. Rufinum, adnumerari inter primos 12 socios S. Francisci, neque proinde Romae cum Sancto fuisse testes oculares primae Ordinis approbationis (35 s.). Quod de occursu in Urbe S. Francisci cum S. Dominico asserit (53) scil. contra communem sententiam, eum evenisse 1216 tantum, innititur in Theodorico de Apoldia O. P. (56-7). Sed hic 1292 Vitam S. Dominici scribens, non primus occursum narravit, quod revera fecit Gerardus de Fracheto († 1271), at sine nota temporis. Angelus Clarenus post initium saeculi XIV ponendus est (obiit 1337); Glasberger vero potius ad initium saeculi XVI, quam ad finem XV (51); cf. AFH II, 673. De Fr. Iacobo Turriti, qui opus musivum absidis Basilicae Lateran. confecit, alio a Fr. Iacobo, auctore alterius in Baptisterio S. Ioannis Florentino, circa quos anceps remanet Auctor, cf. AFH II, 369 ss. Meminerint lectores, auctoritates recentiorum scriptorum ad veritatem cuiusdam rei antiquius actae comprobandam, uti visionis Innocentii III (37 ss), tantum roboris habere quantum fontes e quibus dependent; atque in re historica, quando hi adsunt, illas prorsus inutiles evadere.

2. Hoc opus prae manibus revolventi sponte occurrit, ut illud cum libro eiusdem fere tituli et eadem occasione exarato conferat, quem P. Petrus Pauwels, O. F. M. edidit, *Les Franciscains et l'Immaculée Conception,* Malines 1904, et italico sermone vertit P. Augustinus Molini, eiusdem Ordinis, Roma 1904. Eadem in utroque est partium dispositio et expositionis processus, eisdem Auctores utuntur fontibus, easdem fere res dicunt. Sed recte indicavit P. Molini (l. c. *Prefazione del traduttore,* p. 14) opus P. Mariotti non inutilem reddidisse Italis versionem alterius operis Belgici, quorum unum alterum perficit et complet. Nam auctor Belga magis historiam curat, Italus doctrinam; ille potius criticam, iste pietatem redolet. Hinc datur plene agnoscere naturam animi et operum nostri scriptoris, qui a veritate in alios fortasse dura dicenda se continet, errores mitigat, aciem tendit ut verum, quod alii posteriores invenerunt et acerrime defensarunt, in antiquioribus etiam quodammodo inveniat, vel eorum oppositionem benigne, quod nihil refert, explicet; quidquid mitiori sententiae favet, liberter exponit, neque aperte et recise reicere audet (cf. cap. III, 43-60, ubi agitur de Doctoribus nostris ante Scotum et de S. Thoma Aquinate). Controversiam Scoti Sorbonensem narrat, non discutit (63-6), huiusque sententiam adumbrat (66-70). Quod sequitur, facile concipi potest: longam seriem nostrorum Doctorum enumerat, qui privilegium Immaculatae Conceptionis M. Virginis doctrina et scriptis, Scoti sequentes vestigia, clarius in dies sartiusque asseruerunt, inter quos tamen nonnullos omittit, ut Landulphium Caracciolum: excerpta eorum argumentationum transcribit, quin tamen — neque illius tantum est defectus — progressum veritatis in eadem doctrina et, huius ope, in toto christiano orbe, clare indicet (61-122, 194-216). Fr. Bartholomaeus Pisanus, O. F. M. unum tantum opus scripsit *De conformitatibus B. Virginis cum Christo* sive *De Laudibus B. M. V.,* Venetiis 1596, idque ante alterum de *Conformitatibus S. Francisci* etc. (86). — De Conciliis quae huic sententiae favorabiliter adhaeserunt, breviter dicit p. 142-5; at Decretum Concilii Basileensis (1436) obiter tantum memorat, quod tamen magni fuerat ponderis (141). Item non aequi facit pretii Confraternitates Immaculatae Conceptionis a Franciscanis saec. XVI ubique erectas, quae index erant fidei et devotionis in Privilegium B. M. V. late per populos iam tunc divulgatae (cf. 146-69, ubi de magnis nisibus pro hac re in Hispania peractis disseritur). Actio collectiva Ordinis Franciscani ex tot dictis et narratis minus resultat, primumque capitis et ducis locum eam tenere non facile dignoscitur (cf. 155-9). Doctrinam Venerabilis Mariae de Agreda, de Imm. Conc. late reassumit A. in Cap. IX, 171-93. De novissimis Franciscanis qui dogmati viam straverunt, habes p. 217-38. De Definitionis praeviis et subsequentibus, p. 239-72. Pretium huius operis est ampla et facilis expositio doctrinae et laborum quae Franciscalium Ordinum alumni per tot saecula sustinuerunt, ad firmandam et in fidei dogma evehendam veritatem christiano populo praedilectam. Et pro populo liber est scriptus, eique nostras canit victorias.

3. Facilis idemque difficilis huius tertii operis assumptus. Materia sane non deficiet; at quonam iudicio eam auctor assumat et seligat, hic labor! Noster solitam sequitur methodum. — De S. Francisco plura habet. Miraris quod totam vitam non describat! De eius conformitate cum vita et maxime cum passione Christi, quae amor, efficacia, gloria praecipua fuit Sancti, dicit breviter Cap. II, 15-32, ubi etiam de eius

officio Passionis et stigmatibus. Vellem plura ex fontibus excerpta Auctor transcripsisset, quo melius singularis animus nostri Fundatoris emergeret, et basis rerum in opere subsequentium solidius firmaretur. Iter S. Patriarchae in Terra Sancta, illicque Fratrum Minorum synopsim laborum continet Cap. III, 33-56. Item quoad Montem Alverniae, C. IV, 57-77. Deinde quid de Dominica Passione sancti viri et mulieres trium Ordinum S. Francisci sentierint et scripserint, longa in serie habes Capp. V-XI, 78-245. Cap. XII, 245-70, de *Via Crucis* breviter agit tum historice tum liturgice. Tamen quae dicuntur de eius origine (247 s.) corrigenda et complenda aliquantulum sunt (cf. AFH I, 50-61 et II, 335-43). Ideam sumens ex serie de *Via Crucis* scriptorum (262-70), quae ut A. ipse fatetur (262), non perfecta esse vult sed tantum eminentiora opera enumerat, cur, inquam, non censuit A. in hoc ceterisque huius generis operibus Catalogum inserere operum quae, auctoribus Franciscalibus, de re in subiecto tractarunt? Levis auctoris fuisset labor, qui haec opera prae manibus habebat, maximumque evasisset auxilium Bibliographiae Franciscanae, quae Catalogis per materias distinctis fere omnino adhuc caret. Neque opera in notis citata huic omissioni supplent, quia maiorem partem sine loco et anno ibi inscribuntur. — Ultimum Cap. (XIII, 271-94) brevem historiam texit Crucifixi Redemptoris pulcherrimae iconis, quae Treiae in parva urbe Provinciae Marchiae a vetustis, uti fertur, temporibus late colitur, et anno 1671 Fratribus Min. Ref. custodienda, una cum loco tradita (276), paucis abhinc annis centrum *Societatis Nationalis Reparatricis* facta est, templumque eius, diro incendio a. 1902 pene destructum, nunc aere undique per Italiam collato, magnificentius instauratur.

4. Quod in ceteris, de quibus hic loquimur, libris, hic illic advertendum sponte venit: quae narrantur non esse tantum Franciscanorum propria, ea nimirum quae in vitis sanctorum virum inque auctorum scriptis reperiuntur, quaeque communia esse possunt sanctis et scriptoribus eiusdem saltem temporis; pro hoc opere de Eucharistia agente, multo magis dicendum esse ex se patet et legenti fit manifestum. At hinc quid? Responsio facilis, non quid novi circa hanc devotionem Franciscani adinvenerint Auctorem narrare voluisse, sed quid pro ea in seipsis egerint et aliis persuaserint, ut, qua digna est, ardentiore et magis sibi conscia in dies veneratione coleretur. Sed reapse actio Ordinum S. Francisci in SS. Eucharistiam magni fuit pretii et efficaciae, et quidem maioris quam ex solita exponendi methodo, qua utitur Auctor, concludi possit. Quae in scriptis P. N. S. Franciscus reliquit (cf. *Opuscula S. P. Francisci Ass.,* ad Claras Aquas 1904, 3-5, 18, 23 s., 78, eiusque epistolas I, II, IV et V) magnum signant momentum in historia huius devotionis. Ex his plurima A. traduxit, p. 26-30. Quae I Ordo postea, exhortationes Patris secutus, in propria Liturgia decrevit, in totius Ecclesiae Liturgiam influxit, quorum hic non est mentio. Contra haereses, quae fidem Eucharistiae negabant, S. Francisci sequaces strenue pugnaverunt, inter quos instar symboli assurgunt S. Antonius Patavinus (80-2) et Martyres Gorcomienses (138-53). De S. Paschale Baylon, a S. P. Leone XIII omnium Societatum a SS. Eucharistia a. 1897 in Patronum dato, invenies Cap. V, 92-115. Praedicatores O. M. qui saec. XV florebant cultum SS. Eucharistiae plurimum propagarunt, maxime circa eius adorationem in ecclesiis et comitatum in viis dum duceretur ad infirmos (Cap. IV, 69-91). Reformatio Clarissarum, quae eodem saeculo est perfecta in Italia, sub speciali devotione SS. Eucharistiae obtenta fuit, ita

AMÉRIQUE DU NORD. Etats-Unis. — En donnant le compte rendu de la nouvelle édition de la vie de Ste Claire par Thomas de Celano, v. AFH III, 372, nous parlerons aussi de l'excellente version de cette vie que vient de publier le R. P. PASCHAL ROBINSON O. F. M.: *The Life of St. Clare ascribed to Fr. Thomas of Celano... translated and edited from the earliest MSS......* Philadelphie, The Dolphin Press, 1910, in-12° XLIV, 169 pp. v. p. 591.

⁂ Fidèle au noble usage de marquer les lieux historiques, (v. AFH II, 145 s.), une société américaine fit ériger tout récemmement, le 10 mai 1910, une pierre commémorative à l'intrepide explorateur, Louis Hennepin, récollet. Ce monument, consistant en un bloc massif de granit, a été érigé près du Niagara, à l'endroit connu sous le nom « Vue de Hennepin ». Il se trouve sur le territoire des Etats-Unis, non loin des chutes du Niagara. Une plaquette en bronze porte l'inscription suivante:

HENNEPIN VIEW
Near this spot stood Father Louis Hennepin, Franciscan Missionary and chronicler of LaSalle's expedition, 1678, 9. He was the first to preach the gospel on the Niagara frontier and the first white man who saw and described the Falls of Niagara.
ERECTED BY THE KNIGHTS
OF COLUMBUS, 1910.

AMÉRIQUE DU SUD. — Le livre du P. Fernando Rodriguez Tena, O. F. M. *Historia Natural de la América del Sur. Tomo I, (Aparato) Zoologia y Botánica, contiene interesantes informaciones sobre el Paraguay, Uruguay, Argentina, Chile y Ecuador publícalo el P. Fr.* José Maria Bottaro, O. F. M., Mexico, Eus. Gomez de la Fuente, 1909, in-8° VI, 607 pp. a été composé en 1777 et 1778 (v. p. 517, 598 etc.). Ce travail devait être, dans l'intention de son auteur, la suite de l'histoire de la province franciscaine du Pérou, publiée à Lima par le P. Diego de Cordova Salinas en 1651 (cf. Civezza, *Saggio,* n. 160). Pour ce faire d'une façon parfaitement exhaustive, le P. Tena résolut d'étudier d'abord le pays lui-même, son état, ses productions, la Faune et la Flore de ces régions etc. Il traite tout cela dans le Ier, IIIe et IVe vol. de son ouvrage, conservés à la Bibliothèque Nationale de Lima. Le tome IIe, consacré à l'histoire des missions franciscaines du pays, se trouve, nous dit-on, (p. II) aux Archives de l'Etat dans la même ville. Il est bien à regretter, que l'éditeur n'ait pu rien ajouter au texte, aux citations etc. du P. Tena, et qu'il n'ait pas même pu nous en donner quelques dates biographiques (p. II). Espérons qu'il en enrichira les autres volumes, et surtout le deuxième, qui ne sera pas descriptif, comme l'est le premier, mais historique, au moins en grande partie. Il est bien étonnant que le R. P. Bottaro n'ait pas songé à consulter un ouvrage MS. en 4 tomes du même P. Tena, conservé à Madrid dans la Bibliothèque de l'Académie R. d'Histoire et sommairement décrit par le P. M. da Civezza, dans son *Saggio*, n. 717. Car cet ouvrage doit avoir, au moins, des rapports bien intimes avec celui dont le P. Bottaro a publié le tome Ier.

⁂ Le P. Ant. Hernandez Calzada, O. F. M., né à Gata (Espagne) le 12 novembre 1774, passa au Chilé en 1803, pour se faire incorporer au Collège de Missions de Chillán. En 1846, fut publié à Santiago, par ordre du gouvernement sa *Gramática de la lingua Chilena,* ainsi que son *Diccionário Chileno-Hispano* et *Hispano-Chileno,* Santiago, 2 vols.; les deux ouvrages perfectionnent les travaux du Jésuite And. Febres. Ce n'est qu'en 1907 que M. Rodulfo R. Schuller publia, du MS. autographe du P. H Calzada, conservé à la Bibliothèque Nationale de Santiago de Chilé, le Questionnaire pour la Confession et deux Sermons. En regard du texte castillan l'éditeur met, sans aucune ajoute, la version araucane. Le questionnaire surtout, composé en 1843, ne laisse pas de fournir quantité de données intéressant aussi les folkloristes. — Le T. R. P. Antonio Pavez, O. F. M. a enrichi cette édition d'une notice biographique (7-10) et bibliographique (11-13) du P. H. Calzada. Voici le titre de cette publication, où les pages de la version araucane répètent toujours les nombres de celles du texte espagnol. *Confesario por preguntas y Pláticas doctrinales en Castellano y Araucano, según el*

manuscritto inédito del Misionéro Franciscano Fray ANTONIO FERNANDEZ CALZADA *(1843). Con notas biográficas por el R. P. Fr.* ANTONIO PAVEZ *O. F. M. publicado por* RODOLFO R. SCHULLER, Santiago de Chile, F. Becerra, Bandera 4° 1907, gr. in-8°, 14, 68 (*bis*), 1 pp.

⁂ Le livre *Una página ó sea continuación de la historia de Misiones Franciscanas del Colegio de P. P. F. F. de Potosí* por el P. BERNARDINO DE NINO O. F. M. Potosí, tipografia « Italiana » 1909, in-12° XIV, 238 pp. (2, 40 Fr.), est un supplément et une continuation de celui que le P. Angelico Martarelli, O. F. M. avait publié en 1890: *El Colegio Franciscano de Potosí y sus misiones. Noticias históricas,* ibid. tip. Ital. 1890, in-12°, 332 pp. Le P. B. de Nino a modelé son livre sur celui du P. Angelico, dont il continue le récit jusqu'à vers l'année 1908, en narrant les efforts qu'ont faits les missionnaires, soit pour fonder soit pour retenir et faire progresser ces postes de missions. Il traite surtout de la construction des bâtiments de chaque mission (église, écoles, maisons des Pères), de leur entretien, agrandissements etc. pour donner ensuite quelques notes sur la vie intérieure de ces établissements dans la partie orientale de la Bolivie au milieu des Indiens Chiriguanos, relevant du Collège missionnaire de Potosí. Ces exposés lui donnent souvent l'occasion de mettre nettement en relief les mérites de nos vaillants missionnaires que la loi du 23 décembre 1905 (p. 170 ss 228 ss) a assujettis à des règlements tracassiers. Le nom de l'auteur lui-même revient souvent dans ces pages, qui exposent l'histoire des Missions de S. Antonio del Parapití Grande (1-34), et de S. François Solano (34-43), toutes les deux reprises, en 1903, dans un état d'abandon lamentable; de celle de S. Bonaventure de Ivu (44-62), fondée en 1893, de S. Rosa de Cuevo, fondée en 1887 (63-88) et enfin de celle de S. Pascal de Boicovo, qui avait été établie en 1875 (89-115). La mission de San José de Yumbia avorta, grâce aux hostilités d'un puissant *poblador,* qui avait aussi instigué quelques Indiens (164-173). La II[e] partie du livre, qui est une espèce de chronique, expose l'historique des quatre *doctrinas* du même Collège (116-163), tandisque la III[e] partie énumère les travaux des Frères Mineurs dans les paroisses déjà organisées (174-231). Il s'agit surtout du sacrement de confirmation administré par nos Pères, munis de pouvoirs extraordinaires. **P. Michel Bihl,** O. F. M.

ANGLETERRE. — La *Quarterly Review,* London, J. Murray 1910, n. 422 (Janvier), p. 53-73 contient une étude anonyme et intéressante, mais ne donnant rien de neuf, sur la vie et les oeuvres de Jacopone de Todi: « *Jacopone da Todi: The poet of the Stabat Mater* ». On lui y attribue, sans hésiter, le poème: *St. M. Dolorosa,* ainsi que le *Stabat Mater gaudiosa* (71), que l'auteur croit être inspiré par la crêche de S. François à Monte Colombo, (lisez Greccio). Jacopone les aurait composé tous deux après son emprisonnement. L'auteur anonyme est aussi d'avis que Jacopone, avant de revêtir la bure franciscaine, aurait été membre d'une des compagnies de *Laudesi,* pour lesquelles il a aussi composé quelques cantiques (64). Mort, selon notre auteur, à l'hôpital de San Lorenzo (!) à Collazone, son corps aurait été inhumé d'abord dans San Carlo (?) d'où il aurait été transféré sous le maître-autel de S. Fortunato (71-2). Le mérite de l'article, inspiré par une visite à Todi, consiste plutôt dans la version anglaise de quelques poèmes de Jacopone, p. ex. de la V[e] Satire (64), du XXV[e] Cantique (de l'édition de Venise) et du dernier chant d'amour divin etc. **P. Paschal Robinson,** O. F. M.

FRANCE. — Voici qu'un nouveau fascicule des *Opuscules de critique historique* vient de paraître après une interruption de quatre ans.

C'est le fasc. XV du IIe tome, dans lequel M. P. Sabatier examine à nouveau les chapitres du *Spec. Perf.* ed. Sabatier, c. 112, de Thomas de Celano, *Tract. de mirac.*, c. VI, n. 37-9, et de Bernard de Besse, AF III, 687 (v. aussi *Leg. 3 Soc.* ed. Civezza, c. 78 et *Actus*, c. 18) sur *Frère* Jacqueline de Settesoli: *Examen critique des récits concernant la visite de Jacqueline de Settesoli à St. François*, Paris, Fischbacher, 1910 in-8°, 44 pp. (*Opuscules de cr. h.*, t. II, 289-332). C'est une refonte de l'article que M. P. Sabatier avait publié sous le titre significatif: *L'évolution des légendes à propos de la visite de Jacqueline d. J. à. S. Fr.*, dans le *Bullettino critico di cose francescane*, I, Firenze 1905, 22-40. L'auteur expose tout d'abord les récentes recherches sur la famille Frangipane 3-10 [291-298], pour dire quelques mots, ensuite, sur le coussin conservé à Cortone — il fut donné à Fr. Elie par Jacqueline, 11-13 [299-301] — sur les *drappi* d'Assise 13-14 [301-2] et sur le « portrait » de S. François à Greccio 14-16 [302-4]. — L'appendice reproduit, sur les Frangipani, quatre pièces déjà publiées par le P. Ed. d'Alençon et M. Fedele; et ensuite le texte des chapitres du *Sp. Perf.*, de Celano et de B. de Besse, déjà indiqués. L'examen minutieux de ces chapitres est fait à la p. 16-32 [304-20], avec un art et goût exquis, et une circonspection toujours en alerte. Le critique que l'on sait être M. P. Sabatier, tâche de relever et de classer les divers états ou étapes de l'évolution littéraire — il ne s'agit que d'elle — des récits sur la visite de Jacqueline à S. François mourant. Après une série d'observations très judicieuses M. P. S. conclut à la priorité du chap. du *Spec. Perf.* sur celui de Celano, surtout contre le « jugement tout subjectif » du R. P. Van Ortroy 28 [316]. Les thèses qui sont à la base de l'examen de M. S. 27 [315] ne sont, certes, pas erronées, quoique leur application trop absolue puisse facilement mener dans une fausse voie. Nous ne croyons pas qu'il y ait ici dépendance directe entre le *Sp. Perf.* et le *Tract. de mir.;* tous les deux paraissent avoir puisé dans la tradition orale. Celano a bien pu être renseigné par Jacqueline elle-même 30 [318].

Quant au dosage du merveilleux, M. P. S. semble bien atténuer quelques expressions du *Sp. P.* Quand il dit 24 [312] que « dans le *Sp. P.* S. François fait écrire à Jacqueline non pas de venir le voir, mais de lui envoyer du drap etc. et que « dans Celano, au contraire, il lui fait dire de venir » ceci ne cadre pas parfaitement, car de fait, dans le *Sp. P.* S. François dit: « *ideo credo, quod pro magna gratia et consolatione habebit, si ei significaveritis* (MS. Maz. 989 Sp. 1509) *statum meum et specialiter mandetis* (Maz. 989) *sibi, ut de panno* etc. *mittat mihi* etc. Il y a bien ici, dans la première partie de la phrase, une faible allusion à ce que Jacqueline, en apprenant l'état de S. François, serait sans doute disposée a faire en une telle occurrence. Mais toujours est-il que le *Sp. P.* est moins explicite, ici, que Celano. Que le Saint, ayant entendu, selon Celano, le « bruit des cavaliers », ait aussi deviné, selon le même, l'arrivée de celle à laquelle il pensait encore, semble un trait si naturel, que l'on ne saurait de quel côté chercher le récit le plus humain. L'importance du *mortariolum* dans le *Sp. P.* nous paraît aussi un peu exagéré par M. P. S. 20 ss [300 ss], car Celano, loin de taire la chose, a plus qu'un mot vague et générique: *ferculum quoddam* 21, [301]; il ajoute, en effet, le trait le plus humain du récit: « quod sanctus appetierat ». Enfin M. S. laisse entièrement de côté, un trait *merveilleux* du seul *Sp. P.* à savoir que Jacqueline aurait reconnu l'état désespéré du Saint, ses désirs et ses besoins: par une sorte de révélation: *Dictum fuit mihi in spiritu cum orarem: Vade et visita* etc. Le *omnia*...

suggesserat Deus de Celano est bien plus pâle. En outre, ce qui suit directement dans le *Sp. P.* § 12: *Festina, quoniam si multum tardaveris, non invenies ipsum vivum* montre aussi que nous avons bien interprété le début du chapitre (§ 2).

⁂ Le R. P. Ubald d'Alençon, O. M. Cap., a décrit la fondation et les débuts des PP. Capucins à Angers. Quand en 1858, le P. Laurent d'Aoste prêcha le carême à la Cathédrale d'Angers, « l'œuvre des RR. PP. Capucins » se constitua, pour y fonder un couvent de cet ordre (4-5). Mgr. Angebault, évêque d'Angers (1842-1869), soutint de tous les moyens cette œuvre. Mais la fondation du couvent fut contrariée par le gouvernement, de sorte qu'elle ne put s'effectuer qu'en 1863 (29) et le convent ne fut canoniquement constitué qu'en 1867 (31). En 1864 le P. Louis de Saint-Etienne y fonda les *Petites Soeurs de St. François* (36, 57), et le P. Chrysostome de Lyon, la Congrégation des *Franciscaines de Notre-Dame-des-Anges* (38, 52). Tout ceci a été exposé, avec quelques documents à l'appui, par le R. P. Ubald, dans: *Les Frères Mineurs Capucins à Angers (1855-1870). Notice historique*, Angers, Germain et G. Grassin 1909, in-8°, 67 pp. Les pp. 1-41 sont un extrait de la *Revue de l'Anjou,* et l'auteur, dépassant le cadre préfixé à son étude historique, y a ajouté le « *Nécrologe des Capucins Angevins depuis la Révolution jusqu'en 1903,* (43-67). Il y donne de bonnes notices bio-bibliographiques.

⁂ M. Arthur Huart vient de reprendre et de refaire entièrement, sur une base beaucoup plus étendue, l'étude qu'il avait publiée dans l'*Académie des sciences de Besançon,* 1881-82, p. 131-80 sur: *Jacques de Bourbon, roi de Sicile, frère mineur cordelier à Besançon;* (tiré à part, ibid. 1882, 52 pp.). La série d'articles publiés dans les *Etudes Franciscaines,* XXII, 1909, 128-39, 266-86, 354-74, 548-70, 635-58, a aussi été tirée à part, avec de nombreuses additions (104-135). *Jacques de Bourbon, (1370-1438), roi de Sicile, frère mineur cordelier à Besançon,* Couvin, Maison Saint-Roch 1909, in-8°, 136 pp. Le nom du héros est bien connu pour ses exploits, ses infortunes et sa conversion. Jacques de Bourbon bataillа en maint pays et courut force aventures. Né en 1370, il devint comte de la Marche en 1393 et grand chambellan de France en 1397. Le 14 septembre 1406 il épousa Béatrix, fille de Charles III, roi de Navarre, et ensuite, le 10 août 1415, Jeanne II, la reine dissolue de Naples et de Sicile, qui lui devint bientôt infidèle. Sorti enfin du sombre cachot (1416-19), il quitta Naples, où il avait trouvé si « peu de plaisance » (37), et retourna en Frande. Là il fut subjugué par le prodigieux ascendant de Ste Colette, à laquelle il se livra sans réserve et dont lui et les siens devinrent les plus fermes soutiens. Deux de ses filles, Isabeau et Marie, se firent Clarisses-Colettines (30, 40). Dans son testament, fait le 24 janvier 1435, Jacques déclarait vouloir « être sépulturé auprès de sa dicte bonne mère » c.-à-d. Ste Colette, (74). Vers la fin de septembre 1435, âgé de 65 ans, il reçut l'habit Franciscain des mains du P. Henri de la Beaume dans la chapelle de Ste Claire à Besançon. Après avoir fait son noviciat à Dole (80, 88 ss), l'humble frère lai Jacques, y retourna dans la petite maison des Colétans, qui desservaient le couvent de Ste Colette. Son fils Claude d'Aix, qui l'y suivit, mourut comme novice au mois d'août 1439 (90). Son père l'avait précédé dans la mort, le 24 septembre 1438 (94 ss).

⁂ Les belles fêtes du VIIe Centenaire de l'Ordre organisées par les Pères de la Province de Corse à Levanto sont décrites dans la *Revue franciscaine,* 1910, 164-6.

P. Michel Bihl, O. F. M.

LIBRI RECENTER AD NOS MISSI

Quorum praecipui in *Bibliographia* huius Periodici accurate discutientur.

Historia Franciscana.

Bonghi, Ruggero. — *Francesco d' Assisi* con prefazione di Paul Sabatier. Città di Castello, Casa Editr. S. Lapi, 1910. In-16°, pp. 146. (Lire 2).

Buchberger, M. — *Kirchliches Handlexikon*. München, Allgemeine Verlagsgesellschaft, 1909, fasc. 37-40.

Giuseppe M.ª da M. Rotondo O. M. Cap. — *Gl' inizi dell' Ordine Cappuccino e della Provincia Romana.* — Roma, Tip. SS. Concez. 1910. In-8°, pp. XVI-300.

Hartmann, von an der Lan-Hochbrunn, O. F. M. — *P. Peter Singer. Ein Gedenkblatt zum 100sten Geburtstage des Künstlers, zugleich ein Beitrag zur Musikgeschichte des 19. Jahrhunderts.* Innsbruck, Wagner, 1910. In-8°, VIII, 172 pp.

Herre, Hermann. — *Concilium Basiliense. Die Protocolle des Concils 1440-1443. Aus dem Manuale des Notars Jakob Hüglin.* Basel, Helbing u. Lichtenhahn, 1910. In-8°, LXIV, 594. — (Concilium Basiliense. Studien und Quellen zur Geschichte des Concils von Basel. vol. VII).

Hurtebise, Gonzàlez Eduardo. — *Jofré de Foxá (...1267-1295...), Nota biográfica.* Barcelona, impr. de Franc. Altés, 1910. In-4°, 16 pp.

Joergensen, Johannes. — *Vita di S. Francesco d' Assisi. Traduzione autorizzata dall' Autore.* Palermo, Libreria Internazionale Alberto Reber, 1910. In-8°, pp. VIII-633. (Prezzo L. 6).

» » — *Pèlerinages Franciscains, traduits du danois avec l'autorisation de l'auteur par* Teodor de Wyzewa. Paris, Perrin et Cie. 1910. In-12°, XII, 323 pp.

Lazzareschi, Eugenio. — *Un nuovo contributo allo studio dell' iconografia Francescana (A proposito dell' affresco scoperto nel chiostro di S. Francesco a Lucca).* Estratto dal *Bollettino della R. Deputazione di Storia Patria per l' Umbria,* Vol. XIV, Fasc. II-III, N. 38. Perugia. Unione Tip. Cooperativa, 1909. In-8°, pp. 31 (con figure).

Molfino, Francesco Zaverio, O. M. Cap. — *Codice diplomatico dei Cappuccini Liguri (1530-1900).* Genova, Tip. della Gioventù, 1904. In-8°, pp. LXXVI-496. (L. 7).

» » — *Il Convento dei Cappuccini in Voltaggio.* Ibidem, 1905. In-8°, pp. 64.

» » — *I Cappuccini in Quarto al Mare.* Ib. 1906. In-8°, pp. 46.

» » — *I Cappuccini nella Diocesi Chiaravallese.* Ibid. 1909. In-8°, pp. 84.

» » — *Quadri nobili dei Cappuccini Liguri,* [con] Prefazione del P. Semeria. Ibid. 1909. In-8°, pp. 42.

» » — *Cappuccini Liguri scrittori e artisti.* Ib. 1909. In-8°, pp. VIII-96.

Papini, Mons. Carlo. — *Nel V Centenario della Festa del Nome di Gesù e della Predicazione di S. Bernardino da Siena in Camaiore. Memoria storica.* Firenze, Tip. Barbèra, 1910. In-16°, pp. 100.

René de Nantes, O. M. Cap. — *Histoire de Spirituels dans l'Ordre de St. François.* Couvin, Maison St. Roch. Paris, Gigord, 1909. In-8°, XVI-501 pp. (Fr. 7,50).

Robinson, Paschal, O. F. M. — *The life of Saint Clare ascribed to Fr. Thomas of Celano of the order of Friars Minor [A. D. 1255-1261]*

translated and edited from the earliest MSS. by Fr. P. R. With an appendix containing the Rule of S. Clare. Philadelphia, The Dolphin Press, MCMX. In-12°, XLIV-169 pp. (1 doll.).

Sabatier, Paul. — *Examen critique des récits concernant la visite de Jacqueline de Settesoli à S. François.* Paris, Fischbacher 1910. In-8°, 44 pp. (Fr. 2,25). — (*Opuscules de critique historique*, fasc. XV).

Somigli, Teodosio da S. Detole, O. F. M. — *Sintesi Francescane.* Quaracchi, Tip. del Collegio di S. Bonaventura, 1910. In-16°, pp. 132 (L. 1).

Terry, Charles Sanford, M. A. — *A catalogue of the Publications of Scottish Historical and kindred Clubs and Societies, and of the volume relative to Scottish History issued by His Majesty's Stationery Office 1780-1908. With a Subject-index.* Glasgow, James MacLehose and Sons, 1909. In-8°, XIV-253 pp.

— — *Acla Congregationis Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci in Protocoenobio S. Mariae Angelorum prope Assisium celebratae a die XXI Maii ad II Iunii 1909, Praesidente in ea Rmo P. Dionysio Schuler, totius Ord. Fr. Min. Ministro Generali.* Ad Claras Aquas, ex Typ. Coll. S. Bonaventurae, 1909. In-8°, pp. 102 (Lib. 1).

— — *Seraphisches S. Josephs-Kolleg zu Watersleyde. Jahresbericht für das Schuljahr 1909-10.* In-8°, 32, 21 pp. [Fulda, Kloster Frauenberg 1910]; cf. supra 592.

— — The Catholic Encyclopedia. — *An international work of reference on the constitution... of the Catholic Church,* vol. VIII (Greg.-Infal.), New York, Rob. Appleton Co. [1910]. In-4°, XVI-800 pp.

Varia.

Albertazzi, Can.co Luigi. — *Breve Compendio della Vita del B. Giovanni Colombini composta in latino dal B. Giovanni Tavelli da Tossignano e fatta volgare da un anonimo quattrocentista. Si aggiungono alcuni raffronti con l'opera di Feo Belcari.* Quaracchi, Tip. del Collegio di S. Bonaventura, 1910. In-8°, pp. 40.

Battaglia, Eliseo. — *La Via Dolorosa a Gerusalemme con illustrazioni di* Attilio Razzolini. Firenze, Att. Razzolini edit., 1910; in-16°, pp. 180.

Bierbaum, Athanasius, O. F. M. — *Paschalis-Büchlein oder Andachtsübungen zu Ehren des hl. Paschalis... nebst einem kurzen Lebensabrisse.* München-Gladbach, B. Kühlen [1908]. In-32°, 115 pp. — Cf. AFH III, 592.

[» »] — *Franziskus-Büchlein....* ibid. [1909] in-32°, 140 pp.

» » — *Solanus-Büchlein....* ibid. [1909] in-32°, 111 pp.

» » — *Das Missionswerk der Franziskaner, Heft I* .... München, Ios. Müller, Linprunstrasse, 90, [1910]. In-32°, 30 pp.

Conti, D(omenico). — *Il genio della santità in Francesco d' Assisi.* Roma, Tip. Pontif. nell' Istituto Pio IX (Artigianelli S. Giuseppe), 1910; in-24°, pp. 36.

Cornelisse, Eugenius, O. F. M. — *Compendium Theologiae Moralis.* Tom. 3. Ad Claras Aquas, ex Typ. Coll. S. Bonaventurae, 1908-10, In-8°, I, pp. 446; II, 372; III, 564. (Lib. 9).

Delarbre, Raphaël, O. F. M. — *Le Frère Mineur résolu. Retraite spirituelle offerte à tous les Frères-Mineurs.* Quaracchi, Tip. del Coll. di S. Bonaventura, 1910. In-16°, 200 pp.

Diotallevi, Ferdinando, O. F. M. — *Vita di S. Pacifico Divini dei Minori da Sanseverino.* Quaracchi, Tip. del Coll. di S. Bonaventura, 1910. In-24°, pp. 96.

Levre, Athanasius, O. F. M. — *Casus conferentiarum Fratrum Minorum Provinciae Belgii S. Ioseph propositi et soluti annis 1903-1907.* Mechliniae, typographia Provinciae [1910]. In-8°, 695 pp.

Otero, Pacifico, O. F. M. — *Discursos y conferencias.* Barcelona, Herederos de Juan Gili, 1909. In-12°, VI, 199 pp.

De licentia Ecclesiastica et Superiorum Ordinis.

AD NOTAS

COMPENDII FR. MARIANI

ANIMADVERSIONES PRAEVIAE.

Brevitatis gratia, pro librorum titulis saepius occurrentibus, adhibuimus *sigla,* quorum interpretationem hic praemittimus. Pro aliis quoque discussionibus etc. *commode* et *utiliter* adhiberi poterunt a collaboratoribus *Archivi.*

AF = *Analecta Franciscana,* Ad Cl. Aq. I 1885. II 1887. III 1897. IV 1906.

Iord. = *Fr. Iordani de Yano, Chronica,* AF I, 1-19. ed. Böhmer, = *Chronica Fr. Iordani,* ed. H, Böhmer, Paris 1908. (ap. *Collection* etc. P. Sabatier, IV).

Glassb. = *Nic. Glassberger, Chronica Ord. Min. Observantium,* AF II.

CG = *Chronica 24 Generalium,* AF III, 1-575.

Bessa = Bernardus de Bessa: *Liber de Laud. b. Francisci,* l. c. 666-92.

CGenM = *Catalogus Generalium Ministrorum Ord. Fratr. Min.* sive Chronicon XIV vel XV Ministr. Ord. Min.: AF III, 693-708. Numeri in uncis (   ) adiecti, denotant edit. Holder-Egger ap. MG. SS. XXXI, 653-674; cf. s. v. *Salimbene.*

ZKTh. = editio eiusdem libri a P. Ehrle S. I. curata ap. *Zeitschrift für Katholische Theologie,* VIII, Innsbruck 1886, 322 ss.

Conf. = Barthol. Pisanus, *De Conformitate Vitae B. Francisci ad Vitam Domini Iesu,* AF IV, 1-668. [Pars I[a] 12 conformit].

Catal. = *Catalogus Sanctorum Fratr. Min.* (c. 1335.) ed. Idem, ibid. 1903.

Prov. = *Provinciale ord. Fr. Min. vetustissimum,* ed. P. Conr. Eubel. Ad Cl. Aq. 1892.

Sp. Sab. = *Speculum Perfectionis,* ed. Sabatier, Paris 1898. (ap. *Collection de Documents pour l'histoire religieuse et littéraire du moyen âge* I).

Sp. Lem. = *Specul. Perf.* ed. L. Lemmens, DAF II, 23-86.

Bartholi = *Fr. Francisci Bartholi de Assisio Tract. de Indulgentia S. Maria de Port.* ed. P. Sabatier, Paris 1902. *Collection* II.

Lempp, *Elie,* = *Frère Elie de Cortone,* Paris 1901. *Collection* III.

L. de Kerval, = *S. Antonii de Padua Vitae duae, quarum altera hucusque inedita,* Paris 1904. *Collection* V.

OCH = *Opuscules de Critique historique,* ed. P. Sabatier [aliique]. Paris 1903, I; 1904-6, II.

Salimbene = *Chronica Fr. Salimbene de Adam Parmensis,* ed. Parmae 1857. Numeri uncis inclusi respiciunt ed. Holder-Egger, ap. MG SS. tom. XXXII. Hannoverae, pars I, 1905; p. II, 1908.

Firm. [1] = *Firmamentum trium ordinem S. P. Francisci,* Paris 1512.

Firm. [2] = *Firmamentum* etc. ed. Venetiis 1513.

De illustr. = *De illustrioribus viris et feminis trium ordinum S. Francisci,* ap. Firm. [1] fol. XLI ss.

Acta SS. = *Acta Sanctorum* Bollandistarum, adiecto numero voluminis respectivi cuiuslibet mensis.

MG SS. = *Monumenta Germaniae Historica,* series: *Scriptores.*

BF = *Bullarium Franciscanum,* ed. Sbaralea I-IV; Eubel V-VII, Romae 1759-1904.

Panfilo = Panf. da Magliano, *Storia compendiosa di S. Francesco e de' Francescani.* Roma 1874, 1876. 2 voll.

Böhmer, *Analekten* = *Analekten zur Geschichte des Franciscus von Assisi, S. Francisci Opuscula etc.* Tübingen und Leipzig 1904.

Reg. = Potthast, *Regesta Pontificum Romanorum*. Berolini, 1874-5.

Hier. = Eubel, *Hierarchia catholica medii aevi*. Monasterii, 1898-1902.

Little, = Little, *The Grey Friars in Oxford*, Oxford, 1892.

ChUP = *Chartularium Universitatis Parisiensis*, ed. Denifle et Chatelain. Paris, 1889-1897, 4 voll.

Rép. = Chevalier, *Répertoire des sources historiques du moyen-âge; Partie Bio-bibliographique*, IIᵉ edition. Paris, 1905-07.

Aquil., = B. Bernardini Aquilani, *Chronica Fratrum Minorum Observantiae*, ed. L. Lemmens, O. F. M., Romae 1902.

BHL = *Bibliotheca Hagiographica Latina*, edd. Socii Bollandiani, Bruxellis 1898-1901, 2 voll.

Ncl. = Hurter, H., *Nomenclator litterarius theologiae catholicae*, Ed. III (II); t. II², Oeniponte 1906; III³, 1907.

Civezza, *Miss.* = Marcellino da Civezza, O. F. M., *Storia delle missioni francescane*, Roma, Prato, Firenze 1857-95, 11 voll.

Civezza, *Saggio* = Idem, *Saggio di Bibliografia sanfrancescana*, Prato 1879.

Picconi, *Cenni* = Picconi, Giac. O. F. M. *Cenni biografici sugli uomini illustri della Francescana osservante Provincia di Bologna*. I, Parma, 1894.

Picconi, *Serie* = Idem, *Serie Cronologico-Biografica dei Ministri e Vicari Provinciali della Minoritica Prov. di Bologna*. Ibid., 1908.

Eubel, *Geschichte* = *Geschichte der oberdeutschen (Strassburger) Minoritenprovinz*, Würzburg 1886.

Schlager. *Beitr.* = *Beiträge zur Geschichte der Kölnischen Franziskaner-Ordensprovinz in Mittelalter*, Köln 1904.

Gonzaga = *De origine Seraphicae Religionis*, ed. II, Venetiis 1603.

Rodulphius = *Historiarum Seraphicae Religionis libri tres...* a P. Petro Rodulphio Tossinianensi, Venetiis 1586.

Gubernat. = Dominicus de Gubernatis a Sospitello, *Orbis Seraphicus*, Romae et Lugduni, 1680-1689, 5 voll.; vol. VI. Ad Cl. Aqu. 1887.

ChHLeg. = *Chronologia Historico-legalis Seraphici ordinis Fratrum Minorum*, Tom, I. Neapoli 1650.

Arturus, *Martyrol.* = Arturus a Monasterio, *Martyrologium Franciscanum*, Paris 1638.

Hueber, *Menologium* = Fortunatus Hueber, *Menologium... Sanctorum etc. ex triplici ordine S. Francisci...* Monachii 1698.

Lisb. Diola = Marco da Lisbona, *Croniche de gli ordini instituiti da S. Francesco. Tradotte da Diola e Barezzo Barezzi etc. corretta da P. Leonardo da Napoli*, 4 Partes (IVᵃ pars: 3 voll.) 6 voll. Napoli 1680.

Wadding, *Script.* = *Scriptores Ordinis Minorum*, Romae 1650; ibid. 1806 ed. II; ibid. 1906 ed. III.

Sbaralea *Suppl.* = *Supplementum ad Script. ord. Min.* Romae 1806; ed. II, ibid. 1908, tom. I.

BTS = P. Hier. Golubovich, *Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa e dell'Oriente Francescano*, I, Quaracchi 1906.

Felder, *Studien* = Felder, *Geschichte der wissenschaftl. Studien im Franziskanerorden bis um die Mitte des 13. Jahrhunderts*, Freiburg i. B. 1904. — *Etudes* = Idem, *Histoire des Etudes dans l'ordre de St. François* etc. Paris 1908, i. e. versio gallica huius operis.

AB = *Analecta Bollandiana*, Bruxellis 1880 ss.

MF = *Miscellanea Francescana*, ed. Faloci-Pulignani, Foligno 1886 ss.

EFr. = *Etudes Franciscaines*, Paris 1899 ss.

ALKG = *Archiv für Litteratur- und Kirchengeschichte des Mittelalters*, edd. P. Fr. Ehrle S. I. et H. S. Denifle O. Praed. I-III, Berlin 1885-87; IV-VII, Freiburg 1888-97.

DISCUSSIONES

QUO ANNO CAPITULUM GENERALE O. F. M. METIS

CELEBRATUM SIT (1255)

Tot in discrepantium opinionum de anno, quo Comitia Ordinis FF. Minorum Generalia Metis in Lotharingia habita fuerint, diversitate, summi fuit momenti, quod et textus quidam aequales, iam quidem diu noti, sed parum bene typis vulgati, correctius tersiusque ederentur, et quod documentum novum ac authenticum de Capitulo isto in lucem protraheretur. Meritum illud spectat ad cl. D. A. G. Little, hoc autem est R. P. Ubaldi Alenconiensis O. Cap., qui longe melius de quaestione dubii ambiguique Capituli Metensis meritus fuisset, si accuratiore calamo documentum seu eius apographa reddidisset. Exinde autem dubitatio adhuc vigens et perdurans, de hoc Capitulo novam instituere quaestionem ac disceptionem, ut ad discrimen et in liquidum res perducatur, nos obligat adigitque, exploratis hinc inde documentis et discussis plane argumentationibus.

Paucis opiniones varias, annum Capituli Generali Metensis enuntiantes, enumeremus oportet, iuxta quod res postulabit. Tacent Capitulum istud Fr. Iordanus a Yano (1), Fr. Peregrinus de Bononia (2), Bernardus de Bessa (3), Cronicon XV Generalium Ministrorum O. F. M. (4), Philippus de Pe-

(1) *Chronica*, ap. *Analecta Franc.* (AF) I, 1885, 17 sqq.; ed. Böhmer, Paris 1908, 62; n. 75 sqq. AFH III, 50 sq.

(2) Ed. A. G. Little, ap. *Bollett. crit. di cose francesc.*, I, 1905, 46 sq; ap. *Eccleston*, 143. (3) AF III, 679; ed. Felder, Romae 1897, 43 sqq.

(4) AF III, 697, licet ad illud alludat; ed. Felder, 105 sq. ed. ap. *Speculum Vitae*, Venetiis 1504; Metis 1509, f. 208 v. ed. Ehrle ap. *Zeitschr. f. kath. Theologie*, VII, Innsbruck 1883, 342; ed. Holder-Egger, ap. *Monum. Germ. Hist. Script.* (MGH SS) XXXII, 662.

rusio (1), Angelus de Clareno (2) etc., etsi omnes plura de B. Ioanne Parmensi retulerint. Chronica vero XXIV Min. Generalium (3) Metensia Comitia clare sub anno 1253 adnotavit. Fr. Marianus Florentinus anceps haerens (4) de anno Capituli, de eo agit ad annum 1251; dum Glassberger (5) de eo silet, et Fr. Ioannes de Komorowo (6) quin ullum annum praefigat de eo loquitur, non secus ac auctor Memorialis Ordinis FF. Min. (7). Sic et Salimbene illud commemoraverat (8). Rodulphus Tossiniansis (9) auctor est anno 1249 convocatos esse Capitulares Metas, ut cum eis Generalis, antequam in Graeciam qua Legatus pontificius abiret, Religionis statum ordinaret. Hanc opinionem amplexatus est P. L. Waddingus (10) eamque praevalere omnino fecit inter auctores ipso recentiores eumque secutos. Quae opinio communissima prae caeteris invaluit. Novis fulcimentis aucta est haec opinio editionibus prioribus Tractatus Fr. Thomae de Eccleston (11).

---

(1) AF III, 709 sqq; MGH SS XXXII, 681.

(2) Ed. Ehrle ap. *Archiv f. Litt. u. Kirch.-Gesch.* (ALKG) II, 1886, 267 sqq. (3) (CG) AF III, 279; cf. 270 nota.

(4) AFH II, 305; cf. AFH III, 58; cf. Wadding, *Annales Minorum*, III², Romae 1732, 208 (an. 1249, n. 1). Item et Marcus Ulyssiponensis, *Chronica de la Orden de los Frayles Menores*, l. II, c. 20; versio ital., II, Venezia 1590, 59. (5) AF II, 1887, 71 sqq.

(6) *Memoriale Ordinis FF. Min.*, Edd. Liske et Lorkiewicz, ap. *Monum. Poloniae hist.*, V, Leopoli 1888, 101.

(7) Ap. *Monum. Ord. Min.*, Salmanticae 1511, Tract. II, fol. 227 v.; ap. *Firmamenta trium Ordinum*, Paris. 1512, part. I, f. 28 v. sq.; Venet. 1513, p. I, f. 33 r. (8) *Chronica*, ed. Holder-Egger, MGH SS XXXII, 300 sq.; ed. Parmae 1857, 130.

(9) *Historiarum seraph. relig. libri 3*, Venetiis 1586, f. 238 r. Sic et Gonzaga, *De origine seraph. relig.*, ed. II, Venet. 1603, 59.

(10) L. c. — De Gubernatis, *Orbis seraphicus*, III, Romae 1684, 8. (Mich. a Neapoli, *Chronologia historico-legalis*, I, Neapoli 1650, 26 nullum indicat annum). *Acta SS.* mart., III, 60, etc. etc. Luigi da Parma, *Vita del B. Giovanni da Parma, O. F. M.*. Quaracchi 1900, 74; Ehrle, S. J., ALKG VI, 31 sq.; Hil. Felder, O. Cap., *Gesch. d. wiss. Studien in Franzisk.*, Freiburg i. B. 1904, 308 sq.; vers. gall. *Histoire des études*, Paris 1908, 320. René de Nantes, O. Cap., *Histoire des Spirituels*, Couvin-Paris 1909, 153 sq. H. Holzapfel, *Handbuch, d. Gesch. d. Franziskanerordens*, Freiburg 1909, 31, 693; *Manuale hist. Ord. FF. MM.*, 28, 623.

(11) Ed. J. S. Brewer, *Monum. Franciscana*, I, London 1858, 3 sqq., partim ed. R. Howlett, l. c. II, ibid. 1882, 7 sqq., inde ap. AF I, 217-256; cf. AFH III, 559-63; 582-3. Erroribus numerorum harum editionum innixi (cf. infra p. 604, n. 2) pro anno 1249 steterunt v. gr. Panfilo da Magliano, O. F. M., *Storia compendiosa di S. Francesco e de' Franciscani*, I, Roma 1874, 594 sq. germ. vert. Quint. Müller, O. F. M., *Geschichte des hl Franz.*, I, München 1883, 437. Editores AF III, 276, n. 6. Holder-Egger, l. c. 300. Denifle, *Chartularium Univ. Paris.*, I, Paris. 1889, 187, 217, etc.

Attamen pro anno 1253 pronuntiavit P. Irenaeus Affò (1), pro anno 1251 P. Hier. Golubovich (2).

Nova, eaque improvisa luce quaestio aspersa est recenti editione *Tractatus* Fr. Thomae communiter de Eccleston dicti: *De adventu FF. Min. in Angliam,* quae curante cl. D. A. G. Little an. 1909 prodiit, et in qua Capitulum Gle Metense anno 1254 constituit esse habitum (3). Eisdem rationibus contentis in Tractatu Fr. Thomae ductus eiusdem interpres anglus, scil. R. P. Cuthbertus O. M. Cap. (4), inter finem an. 1253 et principium 1254 dubius titubabat. Qui vero post dictos duos auctores atque ab eis adactus, quaestionem novo documento a se invento decidere ac solvere poterat, nempe R. P. Ubaldus Alenconiensis O. Cap. (5), eam dubiam et ambiguam reliquit, cum documentum suum modo non felici nec accurato propalaverit. Hoc demum non obstante, R. P. Ferd. Delorme O. F. M. brevius argumentationes resumens novamque addens (6), rem controversam optime conclusit, Capitulo Metensi annum praefigens 1255. Ast dubitationem, ob P. Ubaldi legendi modum inutiliter exortam, ipse penitus evellere atque expellere non potuit, quoniam denuo ipsi hoc documentum inspicere datum non fuerat. Quo coram examinato, quam brevissime fieri potest, controversias discutiendas et dirimendas modo aggredimur.

*
* *

Auctores superius allegatos sive aequales sive suppares nihil certi de Comitiorum Metensium anno statuere, nemo est quin videat; alii ergo conquirendi nobis sunt, cum ad annum certum et inconcussum deveniendi animus nobis sit.

Eiusmodi textus sponte offert *Tractatus* Fr. Thomae Ecclestonii castigatius modo a cl. A. G. Little typis cusus. Scribebat Tractatum suum Fr. Thomas anno 1258 vel

(1) *Vita del B. G. da Parma,* Parma 1777, 48 sq. Cf. L. da Parma, 74.

(2) AFH III, 58-60. Etiam H. Sbaralea, *Bullar. Franc.,* (BF) II, Romae 1761, 133 not. *d* promiserat se probaturum eamdem opinionem.

(3) Paris 1909, 50, 52, 53, 92, 126, 143, in notis ad pagg. calces; cf. AFH III, 558 sq.

(4) *The Chronicle of Thomas of Eccleston.... newly done into English,* London 1909, p. XXXIII sq., AFH III, 562-3.

(5) Ap. *Etudes Franciscaines* (EF), XXIII, Paris 1910, (n° 133, janvier), 96-99.

(6) In hoc AFH III, 493-97, ubi incidenter potius rem tractavit.

1259 (1), ideoque optime res a se relatas scire poterat, praesertim eas, quae propriam Provinciam attinebant. Refert vero de Fr. Guillelmo de Nottingham: « *Igitur postquam circiter 14 annos provinciam Angliae rexerat, in capitulo Metensi absolutus est.* ». Priores editiones legerant « 9 annos » (2), sed omnino erronee, quia Codices P (3) et C clare numerum 14, uti aiunt, *arabicum* praebent. Cod. E vero paululum minus aperte, cum amanuensis non perfectissime numerum 4, cuius laqueus, uti omnes norunt, tunc temporis sursum ferebatur, formaverit, et quem Brewer praepostere X, *romanum* quod dicunt, esse autumavit.

Guillelmus de Nottingham in Ministrum provincialem assumptus est loco Fr. Haymonis de Faversham, qui die I novembris anni 1240 in Ministrum Glem (4) delectus fuerat, successurus Fr. Alberto de Pisis, qui die 23 ianuarii obierat (5). Tunc autem Fr. Haymoni successit « vicarius suus Fr. W(illelmus) de Notingham per communem electionem et confirmationem factam ab eis quibus fuerat demandata » (6). Qua « electione communi » insinuatur aperte Capitulum provinciale, cuius erat ista electio (7), et quod revera locum obtinuit 19 maii 1241 (8). — Si huic termino addis 14 annos, aptissime et accuratissime in annum 1255 devenimus.

---

(1) Little, p. XXI. Fr. Thomas commemorat absolutum Fr. Iohannem Parmensem a Generalatu, (2 febr. 1257), 92; de S. Bonaventura eius successore prorsus silens. Ultimum Ministrum provincialem Angliae nominat Fr. Petrum de Tewkesbury, cui Ioh. de Stamford an. 1258 successit etc.

(2) Cf. Brewer, 70; AF I, 255. — Pergit autem locus (l. c., Little, 126 sq.): Fr. Willelmum tunc ex parte capituli missum fuisse ad papam, et Januam pervenientem cum Fr. Ioh. Parmensi, una cum socio suo Fr. Ricardo, cui inserviebat, pestilentia correptum obiisse. Fratres Angliae, eius mortis inscios, eum in capitulo denuo elegisse, id quod Minister Glis prohibuit; novo ergo in capitulo electum et confirmatum fuisse Fr. Petrum de Tewkesbury etc.

(3) I. e. codex Phillipps 3119, saec. XIV; Little, XV sqq. qui primus eo pro editione usus est. Alii codd. supererant C(otton) Nero A. IX Musaei Britannici (saec. XIII exeuntis). E(boracensis) saec. XIV; L(amport) nunc deperditus. Constat C et L non esse nisi fragmenta unius codicis. Cf. AFH III, 559sq. (4) AFH II, 105. Little, 86. AF III, 246.

(5) Iordanus, n. 70, AFH III, 51; Böhmer, 59.

(6) Little, 108; AF I, 249. (7) Cf. Constit. Gles (1260), ALKG VI, 125; S. Bonaventura, *Opera omnia,* VIII, 1898, 460.

(8) Little, 108, qui sine ratione de hoc dubitat, cum ipse, p. 165-6 edat mandatum regis Henrici III (20 april. 1241), ut Fratribus Min. « qui celebraturi sunt capitulum suum provinciale Londonii.... in festo Pentecostes.... singulis trium dierum.... tria fercula et vinum.... et unam novatam buscae » det thesaurarius regis.

Adest et alius locus Ecclestonii partim eiusdem tenoris, quippe qui agat de eodem Fr. Wilhelmo et de Fr. Iohanne de Kethene. Cum Fr. Elias anno 1232 vel 1233 Provinciam Scotiae ab Anglica discerpsisset (1):

« *Factus* (2) *est minister Scotiae* (3) *frater Henricus de Reresby; sed antequam conveniret ad ipsum obedientia, mortuus erat. Successit igitur ei frater Johannes de Kethene, gardianus Londoniae, qui omnia loca ultra Eboracum capi fecit.... Igitur cum per plures annos provinciam Scotiae probabiliter rexisset, reconiuncta provincia Angliae* (4), *a Ministro Generali fratre Alberto minister Hiberniae creatus est.... Cum igitur circiter XX*[ti] *annos minister extitisset, in capitulo Metensi in quo et frater Willelmus Minister Angliae absolvebatur, absolutus est* ».

Contra codices C et P, codex E hic habet « *10* », id quod penitus nequit quadrare, cum circa annum 1245 nullum Capitulum Gle Metis certo certius celebratum sit (5). Standum ergo numero alteri, scil. « XX[ti] annis », quique nos versus vel in annum 1255 denuo deducit, quamvis nec annus nec mensis erectae provinciae Scotiae accuratius indicari queant. Attamen assignanda manifesto est divisio primis annis Generalatus Fr. Eliae (1232-1239), secus enim « plures anni » pro provincialatu Fr. Henrici in Scotia non suppetiissent. Depositus est Fr. Elias 15 maii 1239 (6).

Uterque ergo computus duplici in loco Ecclestonii fundatus in annum 1255 exacte nos deducit, ille quidem accuratissime, hic modo minus stringenti (7).

---

(1) De hoc modo agendi Fr. Eliae, cf. Eccleston, Little 50-1; AF I, 235 sq.; Salimbene, ed. Holder-Egger, MG SS XXXII 104, 106 sq.; ed. Parmae 1857, 405 sqq.; CG AF III, 246. Ed. Lempp, *Frère Elie,* Paris 1901, 118 ss.

(2) Little, 51 sqq.; AF I, l. c.; AFH I, 7-10.

(3) Cf. W. Moir Bryce, *The Scottish Grey Friars,* I, Edinburgh and London 1909, 7 sqq.

(4) Absque dubio an. 1239, quo numerus Provinciarum limitatus est; Iordanus, n. 67; Böhmer, 58, AFH III, 50. CG AF III, 246; AFH I, 10 sq.

(5) Neque de I° Capitulo Gli Ianuensi 1244 hoc dicere, nisi enormiter errando, potuit Fr. Thomas, quia Guillelmus secus solos 4 annos Minister prov. exstitisset. — Narrata a Fr. Thoma de Capitulo II Ianuensi, Little 52; AF I, 235 s., optime quadrant, si an. 1251 (vel 1252) hoc assignatur, id quod ex novo anno Capituli Metensis (1255) sponte consequi videtur.

(6) Iordanus, n. 70; Böhmer, 59 sq., AFH III, 50.

(7) Nil mirum, quod cl. Little, 50, 52, 92, 126 magis favet anno 1254, et P. Cuthbertus p. XXXVIII capitulum hoc « fini anni 1253 vel initio 1254 » adsignare vult, quia anni isti apud Ecclestonium non a principio anni civilis, sed a variis mensibus numerandi sunt, unde fluctuatio quaedam promanavit titubatioque.

Neque deficiunt nos alii auctores, qui annum 1249 et sequentes penitus excludentes, Ecclestonii computos apprime fulciunt, resque eas, quae de anno quo Fr. Guillelmus de Nottingham ab officio Ministri provincialis absolutus sit, aliis factis confirmant. Memoriae prodita est collectio Epistolarum (1), quas Fr. Adam de Marisco, O. F. M., sui aevi inter Minores Fratres Anglos apud summos infimosque celebratissimus, ad plures viros saeculares ac Fratres suos dederat. Obiit vero Fr. Adam anno 1258 (2).

In epistola data: « *Reverendissimo in Christo patri Fratri W[illelmo], Ministro Fratrum Minorum in Anglia* », eidem scribit: « *Mitto vobis litteras mihi a venerabili patre domino Lincolniae a Curia destinatas* etc. (3) ». Pater iste ac Dominus est Robertus Grosseteste, episcopus Lincolniensis, fautor atque amicus maximus cum Fratrum Minorum (4) tum praecipue Fr. Adae de Marisco. Ad Curiam Romanam denuo accesserat anno 1250 (5), dum Fr. Adam « super littus maris Dovoriae, in tanta... maesti cordis angaria, cum lacrimarum profluvio (6) » plangeret, quod iter idem secundo suscipere sibi non licuisset.

Idem fere lugenti calamo repetit alia epistola, inscripta « *Fratri W[illelmo] Ministro Angliae* (7) ». Liquet ergo Fr. Guillelmum adhuc an. 1250 Ministrum Provincialem Angliae fuisse, cum per continuos 14 annos hoc officium gesserit. — Alia epistola (8) missa « *Fratri W[illelmo] Ministro Angliae* », manifeste alludit ad sedem Lincolniensem, vacantem ob obitum Roberti Grossetestae (9), qui fatis cesserat 9 oct. 1253 (10). — Alia in epistola directa: « *Fratri W[illelmo] Ministro Anglae* (11) » narratur quomodo non sine tumultu magistrorum saecularium Fr. Thomas de Eboraco Oxoniae « cathedram ordinarie regendi in Sacris Scripturis » ascendisset, qui eventus a die 22 februarii ad 8 martii 1253 acciderant (12). Eadem epistola commemorat etiam controver-

(1) Eam edidit J. S. Brewer, *Monumenta Francisc.*, I, 1858, 75-489.

(2) Brewer, l. c. I, p. LXXVI-CI. Little, *The Grey Friars at Oxford*, Oxford 1892, 4 sqq., 31 sqq., 134-9.

(3) Brewer, I, 307-9, 308.

(4) Little, *Grey Friars*, 30 sqq. Felten, *Rob. Grosseteste*, Freiburg i. B. 1887, 18 sqq.; Stevenson, *Rob. Grosseteste*, London 1899, 59 sqq.

(5) Stevenson, 279 sqq. Antea iam, scil. 1245 Curiam petierat, sed una cum Fr. Ada de Marisco; l. c. 247 sqq.; Brewer, I, 376-8: cf. epistola Fr. Adae 1245 Lugduno scripta; cf. l. c. 158.

(6) Brewer, I, 312.

(7) L. c. I, 312.

(8) L. c. I, 322-5.

(9) L. c. 324.

(10) Stevenson, 324; Felten, 100 sq.

(11) Brewer, I, 346-9; 334-9; 337-8.

(12) Little, *Grey Friars*, 37-39.

siam, quae mense novembri 1252 orta est circa hospitale in Southwark (1).

Ob harum ergo litterarum Fr. Adae tenorem, patet officium Provincialis Ministri Fr. Guillelmi saltem in annum usque 1253 esse protrahendum, Capitulum ergo Metense ante annum 1253 certo locum non habuisse; additis vero et consideratis locis Fr. Thomae de Eccleston, dubitari nequit, quin revera in annum 1255 usque perduraverit, quo ergo anno capitulum Metense est celebratum.

*
* *

Habemus demum huius anni 1255 confirmationem explicitam (2) atque omni exceptione maiorem in *litteris affiliationis*, quibus Iohannes Parmensis abbatem Nicolaum (3) et conventum monasterii S. Vincentii O. S. B. Metis (4) suffragiorum Ordinis S. Francisci participes effecit. Forma epistolae huius adamussim concordat cum alia epistola eiusdem penitus tenoris, quam Iohannes Parmensis Ferrariae 6 sept. 1254 dederat « *Domno Iacobo de Buxolis et domine Mabilie uxori eiusdem* (5) ». Hoc primus advertit R. P. Ferdinandus Delorme (6), qui et iure menda prioris editoris (7) carpsit et expunxit, uti cuilibet exemplar P. Anselmi Métivier inspicienti statim patet. Cum autem editor ille etiam epistolae notam chronologicam, quae in quaestione summi erat momenti, implicuerit atque perturbaverit, plura hic de exemplari illo subnectere necesse est.

Collectio illa documentorum ex archivo Fratrum Minorum Recollectorum Provinciae S. Dionysii, unde occasione perturbationis gallicae in Versailles translata fuerunt, prove-

(1) L. c. 337, cf. 640-42.

(2) Litterae encyclicae, quas Beatus in eodem Capitulo de Liturgiae uniformitate dedit, nota chronologica penitus *carent*. Hucusque sola illa forma cognoscitur, quae ad Superiores Provinciae Tusciae directa fuit, quamque e Fr. Mariano Florentino exscripsit Waddingus, III², 149-50; (an. 1249, n. 2). — Cf. Salimbene, 301; Parm. 130.

(3) *Gallia christiana*, XIII, 921. AFH III, 494.

(4) Cf. Calmet, *Histoire de Lorraine*, II édit., VII, Nancy 1757, II, p. CCXXIX sqq. Kraus, *Kunst und Altertum in Lothringen*, III, Strassburg 1889, s. v. — MG SS III, 156 sqq.

(5) MG SS XXXII, 298; Parm. 128 sq.

(6) AFH III, 494; ideoque a textu hic reedendo ultro supersedemus.

(7) Ap. *Etud. Franc.*, (EF), XXIII, 97.

nit (1). Epistolae autem Iohannis Parmensis non duo (2), sed tria exemplaria ibi adservantur; sunt a duobus scriptoribus confecta. Iubente P. Alexandro Pocquelin (3) ministro provinciae S. Dionysii, iuxta voluntatem P. Generalis Ministri O. F. M. (4), Fr. Anselmus Métivier bullas et documenta alia conventum Metensem tangentes collegit, easque a se fideliter exemplatas et transscriptas 19 februarii 1620 a duobus notariis apostolicis authenticare fecit (5). Collegit etiam e Manuscriptis, librisque alias notitias qualescumque historiam conventus Metensis (6) illustrantes. Ministro Provinciali misit ergo primo quaternum quemdam, minuto charactere exaratum, notitias tales historicas, bullarumque in archivo conventus nostri Metensis adservatarum regesta (7). Haec omnia (in MS.° A) repetiit vel ipse vel alius amanuensis quidam, P. Anselmo auctore et duce, addiditque apographa bullarum etc. quas ineditas putabat (8).

Utrumque MS^m praebet apographon epistolae Fr. Iohannis Parmensis, quae his praeviis verbis lectori offertur:

« *Et anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo* [!], *tribus annis ante obitum S. Clarae* (9) *a R.mo et nunc beato Joanne de Parma*

(1) *Versailles, Archives du départ. Seine et Oise. H. Récollets de Saint-Germain-en-Laye.* Liasse 9. — Cf. *Etat général par fonds des Archives départementales de France; Dép. Seine-et-Oise,* Paris 1900, p. 9-10.

(2) EF XXIII, 98.

(3) Cf. Hyac. Le Febvre, O. M. Rec., *Histoire chronologique de la province des Récollets.... de St. Denis,* Paris 1677, 43 sq., 62, 70, 107, 111. Fuit Provincialis 1619-22; postea (1632-34), guardianus conventus Metensis. Cf. Sbaralea, *Supplement. ad Scriptores Ord. Min.,* Romae 1806, 21; I², ibid. 1908, 22. Ch. Rapine, *Histoire générale de l'ordre et progrez des FF. Min.... Récollets,* Paris 1631.

(4) Pro Annalibus Waddingi conficiendis; cf. Haroldus, *Epitome Annal.,* I, Romae 1662, p. 20 sqq. (Vita Waddingi).

(5) In fine MS. maioris, quod nos A designamus.

(6) De eo cf. Wadding IV², 67; an. 1257 n. 26. Dom S. François et D. Tabouillot, *Histoire de Metz,* Metz 1769-90, 6 vols., II, 438, 579; III, 177 sqq. E. de Bouteiller, *Notice sur les monastères de l'ordre de S. François à Metz,* ap. *Mémoires de l'Académie impériale de Metz,* XLIX, Metz 1868, 235-327. F. X. Kraus, *Kunst und Altert. in Lothringen,* 684-691. Le Febvre, l. c. 61-2. Gonzaga, *De orig. seraph. relig.,* 633 sq.

(7) Ibidem; hoc MS B inscribimus.

(8) Scil. deerant apud *Firmam. 3 Ordin.,* et ap. Em. Rodericum, *Collectio et compilatio privilegiorum apostolicorum regul. mendicantium,* Lugduni 1613 et pluries. Cf. Wadding, *Scriptores O. M.,* Romae 1630, 106 sq.; ib. 1806², 72; ib. 1906³, 73-4. Sbaralea, *Suppl. ad SS.,* 229-30; I², 243-4. — Quae documenta typis edemus suo tempore.

(9) Cum ap. *Firm.,* S. Clara obiisse dicatur: *MCCLIII,* nequaquam hic agitur de confundendo *3* cum *VIII,* uti vult P. Ubaldus, EF l. c., sed P. Anselmus traditionem Metensem (falsam) hic expressit, vel parum attente scripsit.

tunc Generali totius Ordinis S. Francisci celebratum fuit in hoc conventu capitulum generale, cuius mentio fit in Firmamento trium ordinum (1), *absque tamen temporis annotatione, quod nobis indubitatum manet media littera in pergameno scripta, quam in praedicto capitulo Fratribus religiosis S. Benedicti Monasterii S. Vincentii Metis praedictus beatus Pater, eos admittens ad participationem bonorum operum fratrum totius Ordinis nostri [dedit] cuius tenorem de verbo ad verbum, iisdem quoad fieri potuit characteribus, sic ponendum habui* (2).

...... *Datum Metis in capitulo generali anno Domini MCC°L° q̄nto.* [= quinto].

In altero exemplari (B) P. Anselmi Métivier exprimitur sic nota chronologica epistolae:

Datum Metis in capitulo generali anno Domini MCC°l° q̄nto.

Nel giorno seguente il Vic. Generale manda allo stesso P. Michele da Milano « *praedicatori clarissimo* » la nomina di Commiss. Visit. per le tre Provincie con pienissima autorità di visitare tutti i conventi, compresi i monasteri delle monache soggette all'Ordine, di presiedere i capitoli ecc. Il Vic. Gen. così lo anima ad assumere l'importante incarico: « *plurium venerabilium Patrum consilio freti et iudicio, te idoneum iudicans ad praedicta, harum tenore, te, de cuius vita laudabili, per religiosa conversatione, discretione praefulgida, morum et consilii gravitate, sufficientia doctrinae, multiplicique idoneitate mihi constat...* (2) ». Certamente, considerata la distanza dei luoghi, il P. Michele non partì dall'Italia nel 1468, e neppure nei primi mesi del 1469, poichè nell'Ottobre 1468 lo troviamo presente al capitolo provinciale di Lodi, e nel Marzo 1469 è a Padova, come vedremo. Da Lodi il Carcano va a Melegnano ad assistere la moribonda Duchessa Bianca Maria. Ecco quanto ci ha lasciato il Corio:

La Duchessa Maria Bianca era giunta a Melegnano mostrando di ivi essere andata per ricrearse a principio di questo mese che fu loctobre... E circa al mezo infirmosse la Bianca: onde di giorno in giorno gravandose li medici non li trovavano salute, ne ardimento havevano di palesargli il male. In modo che manchava senza pigliare alchuno sacramento. Non per altro adunque che per divina gratia intervenne che uno capitulo a Lode sera celebrato per li frati observanti de sancto Francesco: et de li quali septantadue Coppie luno insciente de laltro ivi se trovarono per visitare la Duchesa come donna religiosa et amatrice de simili servi de Dio: questi tutti fuono homini existimati, e tra loro era frate Michele de Carcheno Milanese il quale per sua sancta vita puoi e stato chiamato Beato: lui essendo non puoco famigliare ala Bianca e dedito; intendendo da medici come laltro giorno mancharebbe dela vita il tutto a lei fece palese: il perche con grande riverentia tolse li divini sacramenti. Et inde laltro dimane che fu il vigesimo tertio del predicto l'anima rese al suo creatore (3).

1469. — Il Carcano predicando a Padova, e probabilmente nel mese di Marzo, esorta caldamente tutti i cittadini a fondare il Monte

(1) Wadding, ivi, ex Reg. Ord. ivi.
(2) Wadding, 425, ex Reg. Ord. ivi.
(3) *Historia contenente lorigini di Milano.* Cfr. sotto l'anno 1467. Milano 1603. — Il Wadding [an. 1440, n. XXXI] dice del Carcano: « *Confessiones excipiebat, Candidae, seu Blancae Mariae Sfortiae, Ducissae Mediolanensis* ». — Il Carcano nel primo discorso recitato alle monache [Cfr. *Cinque prediche a monache in lingua volgare* ecc. per cura di Fr. Marcellino da Civezza. Prato, 1881], p. 84, loda la pietà della duchessa Bianca Maria. Manifesta parimenti la famigliarità che aveva colla medesima: « *Parlando noi così familiarmente, benchè la fusse moglie del Duca, io gli parlavo come a una delle sue fantesche, per modo di parlare, ellei diceva: Dite pure, io sono per fare tucto el vostro volere. La vedeva che io dicevo ogni cosa per la salute dell'anima sua* .... ». Nell'originale è la seconda predica, non la prima. (Cfr. Bibl. Nazion. di Firenze, Conv. Soppr. Ognissanti, n. 486, F. 7).

di Pietà (1). Si può benissimo supporre, che ivi predicasse la quaresima, considerato che la fondazione del Monte richiedeva un corso di istruzioni non solo, ma che l'oratore sapesse attirarsi l'ammirazione della gran maggioranza della città. Con molta probabilità durante questa predicazione quaresimale fu ascoltato dal celebre P. Tomasio da Ravenna, il quale lasciò scritto: « *centum et quadraginta quinque* « *auctoritates religiosissimi fratris Michaelis de Mediolano Padue pre-* « *dicantis, immortalitatem anime probantes, coram eo memoriter et* « *prompte pronunciavi, qui me amplexus est, dicens: vive diu gemma* « *singularis! O utinam te religioni dicatum viderem* (2) ». Amos Mattei giustamente osserva, che la proposta di Fr. Michele trovò facile e larga eco in Consiglio, ove se ne parlò con molto calore ed entusiasmo. I Rettori della città, Giovanni Gradenigo podestà, e Stefano Trevisano capitano, scrissero lettere al Senato informandolo della nuova corrente, e il Consiglio mandò dal canto suo una deputazione a Venezia per ottenere dal Doge l'approvazione dell'erezione del Monte (3). Il Doge Cristoforo Moro s'affrettò il 29 Marzo a rispondere, plaudendo all'idea generosa. Portiamo qui la lettera ducale:

Nos Christophorus Mauro Dei gratia Dux Venetiarum Nobil. et Sapient. Viris Ioanni Gradonico de suo mandato Potestati et Stephano Tervisano Capitaneo Padue fidel. dilect. sal. et dilect. affectum.

Rem sane piam et christianam ac his religiosis et venerandis diebus convenientem nobis hodie per vestras literas denotastis; hoc est predicatione religiosi fratris Michaelis de Mediolano factum esse, ut pro evitandis intolerabilibus extorsionibus Iudeorum feneratorum, qui a variis viis et artibus corrodere et exsorbere sanguinem pauperum non cessant, cum induxerint per multos prestantes Cives Patavinos Fratalee Civitatis et misericordie deponere Ducatos tres mille, et alii etiam exemplo suo hoc idem facturi sunt, ita ut accumulabitur summa Ducat. 8 millia ad conficiendum Montem unum publicum pecuniarum, ex quo pauperes et indigentes possint subveniri sine fenore. Quas ob res non possumus non vehementer et vos qui diligenter de his notitiam dedistis, et istos fidelissimos Cives qui causam scribendi dederunt summopere commendare et laudare, probamusque vehementer omnia.

Datum in nostro Ducali Palatio die 29 Martii Ind. sec. 1469 (4).

---

(1) Gennari, ***Delle usure degli antichi padovani***, 24, Padova 1846.

(2) ***Phoenice sc. de Artificiosa Memoria***, prima ediz. Venetiis 1491; sec. ediz. f. 13, Venetiis 1565.

(3) A. Mattei, ***Della fondazione del Monte di Pietà di Padova e dei primordi della sua gestione*** 23-29, Padova 1908. Quest'opera è dettata con spirito irreligioso. Manca nella raccolta degli Atti Consigliari la relazione di questa seduta, e la deliberazione di spedire oratori a Venezia, la si desume dal fatto che pochi giorni più tardi, quando si trattò di sottoporre all'approvazione del Doge i capitoli del Monte, si decise in Consiglio di inviare a questo scopo di nuovo — ***noviter*** — una commissione. Quanto alle lettere dei Rettori non si conservano, poichè le più antiche risalgono al 1533. — Cfr. ***Archivi della Regione Veneta***, 51.

(4) Arch. Civ. Padova. Atti del Consiglio, n. 6. c. 28v an. 1469. — Pietro Saviolo, ***Leggi del Sto Monte di Pietà***, 63, Padova 1647.

L' idea del Carcano prendeva vita, e pochi giorni dopo, ai 5 cioè di Aprile, si raduna il Consiglio con largo intervento dei consiglieri e di alcuni fra i cittadini più riputati per senno e per rettitudine, e, letta l' approvazione del Doge, si decide:

Ut igitur cum Mons iste sanctus cum Dei benedictione perfici possit ad subveniendum pauperibus et indigentibus, quo sola honesta necessitate impulsi sunt, ut sanguis et facultates nostre faucibus perfidissimorum Iudeorum auferantur, et ipsi in sanguine christiano amplius locupletari non valentes, a nobis recedant, amplius non redituri, postquam pius, iustus et multum misericors Deus non passus nos ultra a Iudaica perfidia opprimi, suscitavit in nobis spiritum salutis et nostre conservationis, et si quam calamitatem propter hos Iudeos nobis transmittere decrevisset, propitiatus et placatus flagella iracundie sue avertat a nobis. Vadit pars, quod quibus placet, quod mons predictus iam inceptus fiat et compleatur, quodque omnis favor sibi prestetur ponant in pixide precedenti affirmativa, quibus vero non placet ponant in sequenti negativa (1).

Favorito con tanto entusiasmo il Monte di Pietà, nell' 8 Aprile, in una nuova assemblea consigliare, venne nominata una commissione composta del dott. Antonio Francesco dei Dotti, del dott. Gabriele Capodilista e di Paolo degli Ongarelli, con l' incarico di recarsi al Doge « *ad impetrandum confirmationem capitulorum lectorum in isto consilio super facto montis fiendi* (2) ». Dunque i capitoli erano già compilati, letti, discussi, approvati, ma negli Atti del Consiglio non si trovano. Ciò indica, che al momento non se ne fece più nulla. E l' assoluto silenzio negli Atti del Consiglio fino al 1491, lascia supporre le difficoltà insorte. Spettava al B. Bernardino da Feltre far rivivere l' idea e concretare quanto il B. Michele aveva tentato nel 1469 (3).

Dal Marzo 1469 al tempo in cui predica la quaresima a Milano, nulla sappiamo del Carcano. Si recò forse in Polonia, in Austria ed in Boemia per mettere in esecuzione il mandato del P. Battista da Levanto di visitare quelle Provincie? I documenti su questo punto tacciono. Anzi abbiamo prova in contrario. Certamente non fu nella Boemia, poichè il Commissario nel Cap. Gen. del 1469, celebratosi sul Lago di Bolsena nell' Aprile, domandò un visitatore per la Boemia. Prima del 1469 il Carcano non si recò certamente nè in Austria nè in Polonia, come abbiamo notato; dopo il Cap. Gen. neppure, poichè fu eletto « *Commissarius super Provincias Austriae, Poloniae, Boemiae, qui vices gereret Generalis Vicarii in remotis illis regionibus, Ludovicus Mantuanus* (4) ». *(Continuerà).*

Milano. P. Paolo Sevesi, O. F. M.

---

(1) Ivi, 1469, die 5 Aprilis in Consilio Mag. Civitatis. — Abbiamo esteso i due documenti sull' origine del Monte di Pietà di Padova per far vedere come il Carcano anche qui diede un grande impulso, come d' ordinario faceva in ogni sua opera, accendendo subito gli animi a darvi mano.

(2) Atti del Consiglio ecc. ivi.

(3) P. Lodovico da Besse, op. cit. I, 225; II, 218. — Holzapfel, op. cit. 48-49.

(4) Wadding, an. 1469, n. IV. — Gonzaga, 453-455.

DOCUMENTA

DOCUMENTA

CONTROVERSIAM INTER FRATRES MINORES ET CLARISSAS SPECTANTIA (1262-1297).

In Franciscana historia celebris est dissensio suborta inter Fratres Minores et Moniales S. Clarae « pro spiritualibus exhibendis et recipiendis obsequiis (1) » circa tempus primi Generalis Capituli Pisani 1263, sub Ministro Generali S. Bonaventura. Attamen notandum, quod *circa*, et non *post* Capitulum Pisanum, ut auctores omnes habent, quaestionem subortam esse diximus; ante ipsum Capitulum enim praecipue exagitatam fuisse probare intendimus.

Primus omnium, qui de ipsa locutus sit, est Philippus Perusinus in *Catalogo Cardinalium qui fuerunt Ordinis Protectores* (2); qui, postquam mortem Alexandri IV Pontificis, et Ordinis Fratrum Minorum insimul Protectoris, narravit, de Cardinali Ioanne Caietano de Ursinis — postea Nicolao III — eius in protectoratu successore loquens, sic totum processum controversiae exponit:

« Hoc itaque defuncto [Alexandro IV], a successore eius domino Urbano Papa IV natione Trecensi, celebrato Capitulo Generali Pisis, a Fratre Bonaventura, tunc Generali Ministro, et a Ministris ceteris anno Domini MCCLXIII dominus Ioannes Caietanus, sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus Cardinalis, petitus et obtentus est.... Isto igitur ad Protectorem Ordinis deputato, accidit quod Fratres ex certis dominarum supradicti Ordinis sancti Damiani temeritatibus, quibus sibi ius ministeriorum ab Ordine vindicabant, Fratribus petentibus et Cardinali ipso assistente, Fratres ipsi sive Ordo ab earum obsequiis absoluti sunt per dominum Urbanum praedictum, adiecta declaratione quod Ordo nullo eis debito tenebatur. Unde Papa ipse eis alium Cardinalem praefecit scilicet dominum Stephanum, Episcopum Praenestinum. Sed quia hic volebat quasi ex auctoritate Fratres ad ipsarum Monialium obsequia revocare, visum est quod uni tantum, scilicet domino Ioanni praefato, uterque, quaemadmodum et aliis praecedentibus, fuit Ordo commissus, qui eis ordinavit Regulam, quam nunc habent, sub Bulla domini Urbani praedicti ».

---

(1) Confer infra Documentum V, litteras scilicet Cardinalis Protectoris Ioannis Caietanis de Ursinis ad Moniales S. Clarae Provinciae Thusciae.

(2) Ap. *Anal. Franc.*, III, 710. — *Mon. Ger. Hist.*, XXXII, 681-82.

Post Philippum Perusinum eadem, eisdem fere verbis, auctores posteri narraverunt (1); sed inde factum est, ut praeter multa et gravia ab ipso Perusino minus recte dicta, etiam alia documenta, quae super huiusmodi controversia habebantur, ad eius narrationis normam explicarentur (2), sicque controversia ipsa intricatior evaserit. Novis vero documentis, quae in *Archivo* nunc primo prodeunt, et, ipsorum ope, per accuratiorem discussionem veterum, enodatio quaestionis longe facilior redditur; quamvis difficultatibus seu, ut melius dicam, obscuritatibus plurimis etiam in praesenti non careat.

Nova autem documenta sunt: 1°) *Bulla* una Urbani IV, diei 15 Maii 1263, Ministro et Capitulo Generali Pisano data; 2°) *quatuor litterae* Cardinalis Protectoris Ioannis Caietani de Ursinis, Monialibus Provinciae Thusciae earumque Visitatori, mensis Decembris eiusdem anni 1263; 3°) *pars* quarumdam *instructionum* de visitatione Clarissarum Visitatori in eadem Provincia, eiusdem circiter temporis; 4°) *duo Instrumenta* publica Monasteriorum Castri Florentini et de Monticellis prope Florentiam, diei 27 Septembris 1262 et 25 Ianuarii 1263 (3); 5°) alia *epistola* Ioannis Caietani diei 19 Aprilis 1271; demum, 6°) duae aliae *epistolae* Cardinalis Protectoris Matthaei de Ursinis, circa finem saeculi XIII ad eundem Visitatorem Monialium datae, quae tamen nostram controversiam non respiciunt. Antequam autem de his documentis discutiatur, narratio Philippi Perusini ad normam veterum coaevorum documentorum corrigenda est.

Asserit in primis Perusinus, *celebrato Capitulo Generali Pisis,* Ioannem Caietanum de Ursinis Cardinalem a Generali Ministro S. Bonaventura et ab aliis Ministris, ab Urbano IV in Protectorem petitum et obtentum fuisse, Cardinalemque Stephanum Hungarum, pariter post huiusmodi Capitulum, protectionem Monialium suscepisse; verum ambo Cardinales dictam protectionem iam longe ante Capitulum praefatum habuisse facile evincitur, si dies et annus recte constabiliatur, quo litterae *Inter personas* (4) Urbani IV apud Montem Flasconem datae sunt.

---

(1) Cfr. *Chr. XXIV Gen.,* AF III, 329-30. — Glassberger, *Chron.,* AF II, 77. — Marianus Florentinus, *Delle degnita et excellentie dellordine della seraphica Madre delle povere donne sancta Chiara da Ascesi.* (MS. XXXVII 256, bibl. Nat. Florentinae, fol. 20 ss). Qui Moniales in hanc temeritatem venisse dicit: « per la reputazione grande che avevano aquistata in nel mondo, per la sanctita di sancto Francesco e di sancta Chiara, che loro dicevano, che lordine de frati minori per obligo doveva servirle et governarle, et che mediante loro li fratri erono reputati ». — Wadding, *Annales,* ad an. 1263 n. 16, p. 219, ex Mariano.

(2) Praesertim Bullae Urbani IV *Agrum virtutum,* sine die, Sbaralea, *Bull. Franc.,* II, 467; Eubel, *Epitome Bull. Fr.,* n. 1250, p. 114; et *Licet ex iniuncto nobis* diei 14 Iulii 1263, Sbaral., ibid. II, 471; Eubel, n. 1151, p. 114; Ioannem Caietanum de Ursinis Protectorem Fratrum et Monialium constituentes; ac Bulla *Inter personas* eiusdem Pontificis, eidem Protectori Ioanni Caietano et Generali S. Bonaventurae super hac quaestione data. Cfr. Wadd., Reg. Urbani IV, tom. IV, 516; Sbaral., II, 574; Eubel, n. 1132, p. 112.

(3) Sic secundum computum Florentinum a die 25 Martii annum incipientem; secundum computum ordinarium est dies 25 Ianuarii 1264.

(4) De quibus cfr. nota 2.

quibus iidem Cardinales in dicta protectione confirmantur, quam *olim* obtinuerant.

1. — De vera nota temporis litterarum Urbani IV *Inter personas*. — Waddingus noster, quem sequitur Sbaralea, eas exhibet tanquam XIV calendas Septembris, Pontificatus Urbani IV anno tertio datas, id est, 19 Augusti 1264 (1); sed, ut argumenta plura omittamus, haec nota temporis ex eo iam falsa demonstratur, quod, dum litterae *Inter personas* de Ioanne Caietano et de Stephano Hungaro Cardinalibus Protectoribus Minorum et Clarissarum (2) agunt, eosque confirmant, iam die 18 Octobris anni praecedentis 1263 Urbanus IV per Regulam omnibus Monialibus S. Claram sequentibus datam, ipsarum *curam* et *regimen plene commiserat* soli « Ioanni S. Nicolai in Carcere Tulliano (Ioanni Caietano de Ursinis) diacono Cardinali, *gubernatori, protectori* et *correctori* Ordinis Fratrum Minorum »; statuens, « ut sub eius et aliorum Cardinalium, qui fuerint pro tempore gubernationi, Protectioni atque correctioni eorundem Fratrum Ordinis a Sede Apostolica deputati, obedientia et cura et regimine » deberent « de cetero permanere (3) ». Quod insuper Regula ipsa Monialibus concessa sit post susceptum a Ioanne earum protectoratum, imo, quod ipso specialiter agente concessa sit, sine dubio constat (4). Protectoratum enim earum, revera Ioannes acceperat iam a die 14 Iulii eiusdem anni 1263, per litteras *Licet ex iniuncto nobis* (5). Igitur Bulla *Inter personas*, duos Protectores adhuc supponens et confirmans, mense Augusti 1264 minime dari potuit.

Insuper vero neque mense Augusti, neque ullo alio mense 1263, eadem Bulla data est. Hic quoque plura argumenta interna, quae solummodo post cognitionem omnium vicissitudinum controversiae patescunt, omittentes, notamus hucusque nullum documentum in medio prolatum esse, talem notam chronologicam habens. Igitur illi erraderunt, qui, quamvis huiusmodi litterae diei 19 Augusti Pontificatus Urbani IV *anni tertii* cum Waddingo et Sbaralea dicerent, ut difficultatibus quomodocumque obviarent, confundentes *annum tertium* cum *1263*, huic anno eas adscribebant (6).

(1) L. cit. p. 662 n. 2.

(2) Advertendum, nomen *Clarissarum* seu *Ordinis S. Clarae*, Monialibus secundi Ordinis Franciscani, universim solummodo ab Urbano IV die 18 Octobris 1263 impositum fuisse in Regula ab eodem eis data. « Ipsum (Ordinem) ed fratrum nostrorum consilio, de cetero decrevimus *Ordinem S. Clarae*, ac ipsum professae *Sorores Ordinis Santae Clarae* uniformiter nominandas, etc. ». Cfr. ipsam Regulam, Guiraud, *Les Registres d'Urbain IV*, Paris 1901 II, n. 449, p. 220 ss.; Wadd. Regest., IV, 517-18; BF II, 509 ss.; Eubel, XLII, 276.

(3) Cfr. ipsam Regulam in fine, ll. cc.

(4) « Fuit nobis supplicatum, (ait Pontifex Monialibus in principio ipsius Regulae) ut... certam vobis vivendi formam... largiremur » (ll. cc.); quod autem supplicans idem Ioannes Caietanus fuerit, ipsemet testatur: « Regulam... per sanctissimum patrem dominum nostrum Urbanum Papam IV... procuravimus vobis dari » (infra Doc. V). Imo Clemens IV ipsi Ioanni scribens, *tuam Regulam*, ipsam Regulam Urbani simpliciter vocat. Cfr. Bulla *De statu tuo*, BF III, 82; Eubel, n. 1263 p. 126.

(5) Vide supra nota 2 p. 665.

(6) Sic Editores *Analect. Francisc.*, III, 330 nota 3, et Auctores Vitae S. Bonaventurae in eius *Opera Omnia*, X, 56; cum *annus tertius* Urbani IV solummodo a die 29 Augusti eiusdem anni 1263 incipiat.

Duo autem Instrumenta Castri Florentini et de Monticellis a nobis inventa, diei 21 Iulii 1263 revera easdem litteras *Inter personas* tribuunt, sed cum nota chronologica certe erronea.

Instrumentum enim Castri Florentini, cum sit diei 27 Septembris 1262, ullo modo potuit integraliter referre litteras Papales, die 21 Iulii 1263, post, scilicet, decem menses primo dandas. Neque hic quoque praeteriri possunt litterae *Licet ex iniuncto nobis* diei 14 Iulii 1263; si enim Instrumentum Castri Florentini et de Monticellis, bene sub die 21 Iulii eiusdem anni litteras *Inter personas* exhiberent, dicendum esset Pontificem septem dies postquam Ioannem Caietanum Protectorem Fratrum Minorum, Protectorem quoque Clarissarum ipse constituit, adhuc de duobus Protectoribus, de Ioanne scilicet et Stephano, loqui, atque eos in eodem Protectoratu confirmare.

Loquitur insuper Pontifex in istis litteris de Capitulo Generali Ordinis *proxime* (1) celebrando; die vero 21 Iulii pariter ac 19 Augusti, ut auctores citati habent, 1263, de Capitulo Generali *proxime* seu nuper *celebrato,* potius quam de proxime *celebrando* loqui debuerat. — Ceterum die 21 iulii 1263 Pontifex Viterbii non Monteflasconi morabatur (2).

Veram igitur notam temporis Bullae *Inter personas* habent « litterae eiusdem tenoris, quae bullatae in archivo sacri conventus Assisiensis extant » quae « XIII kal. Septembris.... anno primo » sunt datae (3), videlicet 19 Augusti 1262. Hoc egregie confirmatur ex eo, quod apud Montem Flasconem hae litterae datae fuerunt, ubi Pontifex moratus est solummodo a die 22 Iulii ad secundam medietatem mensis Octobris eiusdem anni 1262 (4).

Nunc autem, harum litterarum adiutorio, etiam verum tempus, valde saltem approximative, assignare poterimus, institutionis scilicet Ioannis Caietani et Stephani Hungari in Fratrum Minorum et Clarissarum protectores.

2. — De tempore susceptionis Protectoratus Fratrum Minorum et Clarissarum ex parte Ioannis Caietani de Ursinis et Stephani Hungari. — De Ioanne Caietano tanquam Fratrum Protectore iam a tempore processus B. Ioannis de Parma, loquuntur *Chronicon XIV*

(1) Waddingus et Sbaralea habent *proximum celebrandum,* exemplar autem Assisiense, de quo statim, Codices n. 72 Bibl. Cortonensis, et n. 1046 Bibl. Perusinae, ambo saec. XIV, ubi plures Bullae in compendium redactae sunt, *proximo celebrandum* habent; Instrumenta vero citata et Cod. n. 310 saec. XV eiusdem Bibl. Perusinae, plures Bullae pariter in compendio continens, *proxime celebrandum.*

(2) Imo eodem die ternas *litteras* e Viterbio Pontifex dabat. Cfr. *Les Registres* etc. I, n. 94, 95, 96; Potthast, nn. 18382-83; Giuseppe Signorelli, *Viterbo nella storia della Chiesa,* Viterbo 1907, lib. III, Cap. I, p. 240-41.

(3) *Epit.* ad n. 1132, p. 112, nota 3; et in *Elenchus Romanorum Pontificum Epistolarum,* etc. quae in publica Bibliotheca Assisiensi, ex archivo sacri Conventus provenientes, asservantur; apud AFH I, 614; epistola 155,

(4) Cfr. Guiraud, *Les Registres* etc. I, nn. 142 et 144, p. 38-39, ubi prima Acta Pontificis Monteflascone prodita habentur die 23 Iulii 1262; die 21 autem eiusdem mensis adhuc Viterbii Pontificem fuisse aliae epistolae inibi eodem die datae, ut supra, nota 2 vidimus, clarissime probant. — Ultima epistola Monteflascone data est diei 10 Octobris, et prima apud Urbem Veterem diei 18 eiusdem mensis. Cfr. Potthast, III, p. 1495, n. 18413-14.

Generalium, Bernardo de Bessa tributum (1); *Historia VII tribulationum Ord. Min.* Fratris Angeli Clareni (2); et *Chronicae XXIV Generalium* (3); Philippus Perusinus autem, Ioannis et Stephani protectoratum post Capitulum Pisanum 1263 demandavit; sed erronee quidem.

Vidimus enim litteras *Inter personas,* die 19 Augusti 1262 datas fuisse; in his autem de OLIM commissa Ioanni Caietano et Stephano cura Fratrum et Monialium loquitur Papa; non ideo post Capitulum Pisanum 1263, eadem cura ipsis commissa fuit. Recte igitur iam P. Eubel litteras *Agrum virtutum,* quibus expresse Ioannes Caietanus Protector Fratrum constituitur, quaeque absque nota temporis ad nos pervenerunt, « paulo post assumptionem Urbani IV editas esse » censuit; id est, probabilissime, ultimis mensibus anni 1261 (4). Secus dicendum esset, quod nemo dixit, ultra duos annos (25 Mai. 1261—Iun. 1263) Ordinem, contra praeceptum Regulae, absque Protectore fuisse.

Litterae institutionis Stephani in Protectorem Monialium non cognoscuntur, sed et ipse parum post Ioannem — *postmodum,* ait Pontifex — institutus fuisse dicendus est (5).

His statutis, per examen praesertim ipsarum litterarum *Inter personas* processus chronologicus totius quaestionis, a morte Alexandri IV ad Capitulum Pisanum, valde approximative statui potest (6).

3. — Chronologia controversiae a morte Alexandri IV ad Capitulum Generale Pisanum 1263. — Reverso S. Bonaventura in Italiam a Capitulo Generali, die 23 Maii 1260 Narbonae celebrato, (iuxta voluntatem Capituli operam daturus Legendae S. P. Francisci conscribendae) Viterbii, die 25 Maii 1261, Summus Pontifex Alexander IV e vita decessit; qui, quoad vixit, ut vidimus, Protectionem Fratrum et Sororum quoque gerere voluit (7). Mortuo autem Alexandro, ab Urbano IV, qui 29 Augusti eiusdem anni 1261 ipsi successerat, novum Protectorem Ordinis ex praecepto Regulae Fratres mox postulare tenebantur. Et « Generalis, et quidam alii Ministri » Ioannem Caietanum *specialiter* (8)

(1) AF III, 698-99.

(2) Apud *Archiv für Litteratur- und Kirchen-Geschichte des Mittelalters,* II, 285.

(3) AF III, 350.

(4) *Epit.* n. 1150, nota 7, p. 114. — Philippus Perusinus dicit, Urbanum, *nepotem suum Ancherum,* loco Ioannis Caietani in Protectorem Ordinis dare voluisse (AF III, 710): Ancherus autem mense Decembris 1261 (Eubel, *Hierar. cath. Med. Aevi,* I, 8), et secundum alios mense Maio 1262 (cfr. Pagi, *Breviarium* etc. III, 357) cardinalatum accepit; sed Pontifex etiam in praevisione eius Cardinalatus, poterat nepotem suum in Protectorem designare. — Sbaralea autem ad mensem Maium vel Iunium Bullam *Agrum virtutum* demandavit, ut cum aliis documentis non bene, ut vidimus, quoad tempus intellectis, concordaret. Cf. BF II, 467-68 in notis. — Cf. etiam AFH III, 346.

(5) Sic praesertim ex serie factorum in litteris *Inter personas* relatorum, infra exponendorum concludendum censeo.

(6) In expositione huius Bullae integrum nostrum textum sequemur. Partem ipsius ab auctoribus hucusque relictam, vide infra Doc. II, pag. 674. Notamus insuper textum Waddingi et Sbaraleae in multis mendosum esse.

(7) Cfr. supra p. 664.

(8) Bulla *Agrum virtutum,* ll. sup. cit. Neque ex eo, quod Pontifex dicit quod Protectorem *Generalis et quidam alii Ministri* postulassent, argui potest (cfr. Sbar., l. c. nota c; S. Bon., *Op. Omn.,* X, 56) hoc factum fuisse post aliquem

postularunt et a Pontifice obtinuerunt. At « isto ad Protectionem Ordinis deputato » inter fratres et Moniales controversia de qua agimus orta est. Ex quo factum est, ut « Fratribus petentibus et Cardinali ipso assistente », Ordo noster ab Ordine Clarissarum seiungeretur; per assignationem praesertim distincti Cardinalis Protectoris, ipsis Monialibus factam, in persona scilicet Stephani Hungari, Episcopi Praenestini (1).

At huiusmodi divisio controversiam non sedavit, sed auxit potius. Etenim « exorta est contentio inter Principes, et quae versabatur inter Fratres et Sorores controversia, transiit ad Cardinales, utrinque contendentes circa maius emolumentum Religionis sibi commissae (2) ».

Quia igitur « post huiusmodi concessionem factam dicto Episcopo », id est Protectoratus Monialium card. Stephano, nonnulli Fratres a Monasteriis, ubi ecclesiastica Sacramenta ministrabant, amoti sunt, Stephanus ipse coram Pontifice conquestus esse videtur, et responsum favorabile obtinuisse. Sed postea, sua vice, Ioannes conqueritur, quod litterae « circa hoc » Stephano concessae « in manifestum Ordinis eorundem Fratrum [sibi] commissi poterant praeiudicium redundare »; ac etiam, quod « quaedam proponebantur pro Sancti Damiani Ordine supradicto, quae libertati praedicti Ordinis Fratrum... derogabant ». Tunc Pontifex ab utraque parte sic pressus, die 19 Augusti 1262 Bullam *Inter personas* edidit, sperans fore, ut utrique parti aliquid concedendo, desideratam pacem denique consequi posset.

Rogat in primis Pontifex, hortatur ac mandat Generali Ministro Bonaventurae, ut Fratres usque ad Capitulum Generale proxime celebrandum, in omnibus erga Moniales se gerant, sicut « memoratae Commissionis tempore », id est tempore protectionis Card. Stephani Ungari se gerebant: dummodo prius Moniales per instrumenta publica declarent, se omnia in his litteris circa ipsas contenta adprobare et grata habere, atque perpetuis temporibus esse observaturas. Interim vero ad visitanda Monasteria, quae tales litteras confecerint, Generalis deputet Fratres idoneos, qui « usque ad dictum proximum Capitulum » dicta Monasteria visitent, auctoritate ipsius Stephani, et secundum formam ipsis ab eo « utriusque Ordinis decentia et honestate servata », per litteras mittendam. Nullam tamen, *ex quavis causa*, iurisdictionem in dictos Visitatores et alios Fratres Monasteriis quomodocumque addictos, Stephanus habeat. Si autem usque ad praedictum Capitulum Generale, vel in ipso Capitulo « concordia... de communi assensu partium non provenerit inter Ordines supradictos, ex tunc Ordo Fratrum Minorum, et ipsi Fratres, si voluerint, ac ipsum Capitulum Generale eo ipso quod hoc voluerit » a quacumque obligatione erga Moniales « sint liberi penitus et immunes ».

Consessum Fratrum; quia Generalis semper sibi associare poterat Ministros, viciniorum praesertim Provinciarum, vel ad maiorem solemnitatem, vel ad exactius adimplendum praeceptum Regulae, quae obligationem petendi Cardinalem Protectorem *Ministris*, non soli *Ministro Generali* facit; cfr. *Seraphicae legislationis textus originales*, Quaracchi 1897, p. 47. Simili modo iam prius B. Ioannes a Parma, cum esset Generalis Minister, « cum aliquibus Ministris » Protectorem ab Alexandro IV postulaverat. — AF II, 74.

(1) Cfr. supra pag. 664. (2) Wadd. ad an. 1263, XVI.

Querimoniis etiam Card. Ioannis ex alia parte Pontifex satisfacere nititur Papa. Non solum enim ipsius Stephani revocat potestatem, per « quasdam litteras » illi concessam, compellendi Fratres ad obsequia Monialibus praestanda, etiam « per censuram ecclesiasticam », sed et insuper declarat, quod, salva eius potestate et iurisdictione in Monasteria et Moniales, alia quae dictos Fratres et eorum Ordinem quoquomodo contingunt, « de voluntate ipsius » revocat, et carere decernit « omni robore firmitatis (1) ».

Res igitur sic se habebant die 19 Augusti 1262, iam novem menses scilicet ante Capitulum Pisanum, habendum die 20 Maii an. sequentis 1263.

Ab expeditione autem litterarum *Inter personas*, ad diem usque 15 Maii 1263, tempus scilicet Capituli Pisani, unicum vestigium controversiae Instrumentum Castri Florentini nobis exhibet; quod adamussim Instrumentum publicum est iuxta formam ab Urbano Monasteriis praescriptam, ut beneficia assistentiae Fratrum obtinere possent, quodque quadraginta dies post praescriptionem confectum est, 27 Septembris videlicet 1262. Scimus vero, nec litteras *Inter personas* mutuam pacem, ut forte Pontifex speraverat, attulisse. Die enim 15 Maii, tempore scilicet Capituli Pisani anni sequentis 1263, ipse Pontifex Ministro et Capitulo Generali super hoc scribens ait: « Cum igitur disposuisse dicamini super huiusmodi negotio, priusquam praesens vestra Congregatio dissolvatur, salubriter et finaliter providere, universitatem vestram rogamus et hortamur attente, quatinus ob reverentiam Apostolicae Sedis et nostram, Sorores easdem habentes in Domino commendatas eis, more solito, vestrae curae praesidia ministretis »; et quidem iuxta mentem S. Francisci (2).

Apparet itaque Pontificem credidisse, aut saltem suspicatum esse Capitulum ipsum contrarium fore curae Monialium retinendae, etiam post dispositiones in favorem Ordinis per litteras *Inter personas* factas. Insuper apparet pacem hucusque minime consecutam fuisse, quibusque sub auspicis sententiam definitivam de servitute Fratrum erga Moniales Capitulum Pisanum ferre debebat. Quid decreverit postea videbimus; nunc nova documenta ponenda, quae ipsum Capitulum praecesserunt, *Bulla* nempe Urbani IV ipsi Capitulo missa, et *Instrumentum publicum* Monasterii Castri Florentini. Et quia eiusdem tenoris est etiam *Instrumentum* Monasterii de Monticellis, quod insimul inveni, hoc quoque postea ponam, quamvis ipso Capitulo posterius sit.

Litterarum Urbani notitia ex Sbaralea habebatur, qui illas in serie litterarum eiusdem Pontificis « quibus caremus » commemorat, citans

(1) Cfr. ipsas litteras per totum. Notandum, omnes litteras super hanc quaestionem Stephano missas, et in hac Bulla memoratas, deperditas esse: nec certe scire possumus an singulae vel plures post eius assumptionem ad Protectoratum Monialium usque ad *Inter personas* eidem sint missae. Memorat enim Pontifex *quasdam litteras* (haec verba desunt apud Wadd. et Sbar., textus autem eius hic est: *Cum idem* [Cod. Cort. *Cum autem*] *Episcopus quasdam litteras a Nobis obtinuisse dicatur in quibus* etc.) quibus ei concedebatur Censuras ferre in Fratres; at ignoramus an eaedem sint, ac illae de quibus Ioannes conquestus est.

(2) Cfr. Doc. I.

quoddam autographum conventus S. Crucis Florentini (1). Sbaralea forsan in aliquo indice illas invenerat, quin originale vidisset; nunc autem ipsum originale habetur in Archivo publico Florentino (Arch. di Stato, Fondo S. Croce).

I. Bulla Urbani IV, Ministro et Capitulo Generali die 15 Maii ex Urbeveteri data, qua summis laudibus Ordines Fratrum Minorum et Sororum S. Damiani cumulantur, monenturque Patres Capitulares, ne contra morem ab sui Ordinis Fundatore provisum, et hucusque servatum, dictarum Sororum curae se subtrahant.

I.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filiis Ministro et Capitulo Generali Ordinis Fratrum Minorum, salutem et apostolicam benedictionem.

Spiritus Domini replens corda fidelium, mentes vestras, in quibus sibi habitaculum preparavit, ea, sicut firmiter speramus et credimus, virtute replevit, ut non solum propriam sed etiam aliorum studeatis procurare salutem. Ad hec enim paupertatis onus et terrene iugum servitutis voluntarie subiistis, ut proficientes vobis vite beate meritis, ac trahentes ad divine maiestatis obsequium alios per exemplum, [ad]eatis (*a*) cum eis heriditatis eterne divitias, et superne gaudia libertatis. Haec est profecto vera fraternitas, qua vos sub fraterne viventes caritatis vinculo, diligitis, ut divine legis mandata (*b*) servetis, pari dilectione vos metipsos et proximum, et ad communem utilitatem in tempore metitis, quod de proprio seminastis.

Propterea non indigne Deus et generalis Ecclesia in agro vestre Religionis exultant. Nam in ipso semina sparsa non pereunt, flores producunt, nec arescunt; et tandem, multiplicatis manipulis, ibidem grana glorie colliguntur. Gaudete igitur, quod studio clare devotionis hunc agrum solerter excolitis, quod in eo virtutum semina spargitis, et quod inde talia grana meremini colligere post laborem.

Nec mirum, filii, quod tales estis agricole, dum illius sequimini Confessoris almi vestigia, qui Ordinem vestrum instituit, institutum coluit et cultum claritate beatitudinis illustravit. Cuius nempe Religionis ager, inter alios fructus uberes, quos profert assidue, Christi devotas ancillas, Sorores Ordinis S. Damiani, produxit, que vobiscum, eiusdem membra corporis existentes, argumentose deserviunt, meritorum decore prefulgent, et reddunt devote Domino vota sua. Hae sunt quarum humilitatem Deus ex alto prospiciens, ipsas inter voluptuosas mundanae suavitatis illecebras educatas, ad sanctitatis propositum spiritu consilii et fortitudinis animavit. Hae sunt que generositatem et pulchritudinem suam ei, qui speciosus est pre filiis hominum, dedicarunt. Hae sunt adolescentule, que florem campi et lilium convallium super omnia dilexerunt. Hae sunt que ad immaculati thori nuptias invitate, se in desiderabiles veri sponsi emiserunt amplexus, in claustri reclusis spatiis sibi perpetuo serviture.

(*a*) Primae litterae huius verbi fere deletae sunt et remanet solummodo ...... *eatis*. (*b*) text. *mandato*.

(1) BF II, 578.

Processit itaque, prout dicitur, de ipsius providentia Confessoris, ancillas easdem vestris debere confoveri presidiis, consiliis dirigi, spiritualibus nutriri subsidiis, et in suis oportunitatibus adiuvari (1), ut ipsarum ad Deum exuberarent affectus, liberius ei famulatum impenderent et gratie plenitudinem mererentur. Porro manifeste cognoscitur, quod dum eis favoribus oportunis assistitis, status earum optata quiete letatur, in felicitate persistit, ac iugiter vigoris suscipit incrementa. Quid autem contingeret si, quod absit, manum ab eis soliti retraheretis auxilii? Quid posset de sexus fragilitate sperari, ubi circa illum debite correctionis officium negaretur? Quibus possent nutriri delitiis imbecillium anime personarum, nisi reficerentur pabulo verbi Dei? Absit, quod erga dictas Sorores eiusdem Confessoris provida, sanctaque dispositio non servetur; absit, quod in Redemptoris iniuriam tantarum periculum animarum, tantus Ordo, vestrae curae defectu, maculam alicuius dissolutionis incurrat. Gravia siquidem inter alia, dispendiosum posset emergere scandalum, si Regum et aliorum Magnatum filias (2), quae sub eiusdem Ordinis observantia Domino famulantur, contingeret absque debita custodia derelinqui.

Cum igitur disposuisse dicamini super huiusmodi negotio, priusquam presens vestra congregatio dissolvatur, salubriter et finaliter providere, universitatem vestram rogamus et hortamur attente, quatinus ob reverentiam apostolice sedis et nostram, Sorores easdem habentes in Domino commendatas, eis, more solito, vestre cure presidia ministretis. Sicque circa eundem Ordinem sollicitudo vestra vigilanter intendat, quod in ipso perenniter vigeat gratia solite caritatis, et exinde etiam digna vestris laboribus premia, superna providentia recompenset.

Ceterum, quia scimus quod iustorum oratio plurimum est efficax ad salutem, omne sanctum propositum expedit, corroborat et accelerat pia vota, celumque claudit et aperit cum puritate mentis effusa; ac ideo nostram impotentiam in laboribus iniuncti remigii, ad dirigendum creditam nobis Petri naviculam inter sevas procellas secularium tempestatum, et maligni spiritus tumultuosos insultus, speramus non minimum adiuvandam, devotionis vestre promptitudinem attente requirimus et rogamus, quatinus attendentes quod omnipotens Dominus servorum suorum deprecationibus aures benignas accomodat, sibi pro nobis et fratribus nostris, ac universali Ecclesia, ut in suo beneplacito dirigens actus nostros ipsam gubernet et protegat, et semper ad statum prove[h]at meliorem, orationum vestrarum sacrificia iugiter offeratis; itaque de universo grege fidelium ac de nobis ipsis digne possimus in examine districti iudicii respondere. Datum apud Urbem Veterem, Idibus Maii Pontificatus nostri anno secundo.

A tergo duabus manibus saeculi XIII et XIV, ut videtur, habetur: Littera domini Urbani Pape IIII in qua recommendat Generali Ministro et Capitulo Ordinem Sancte Clare.

---

(1) A Monialibus quidem dicebatur et credebatur, equidem « ius ministeriorum ab Ordine vindicabant » (cf. Phil. Perus., l. c.); verum, si hoc ius ex dispositione S. Francisci habere poterant Moniales Monasterii Assisiensis, (cf. earum Regulam apud *Seraphicae Legislationis Textus Originales*, p. 62 et ibidem *Testamentum S. Clarae*, p. 275), quoad alia Monasteria intentio et dispositio S. Francisci potius contraria fuisse videtur. Cf. Wadd., an. 1219, nn. XLV et XLVII.

(2) E regia progenie tunc temporis inter Clarissas degebant B. Agnes Bohemiae et B. Salomea Poloniae. Cf. Pisanus, ap. AF IV, 357 sqq.

Alia manu pariter saeculi XIII legitur: Littera quod Sorores Ordinis Sancte Clare sint recommendate Fratribus.

Postea manu saeculi XVIII signatura Archivi; quae repetitur etiam in parva schedula ab ipsa Bulla pendenti: S. Croce di Firenze. 15 Maggio 1263.

Orig. perg. absque plumbo pendenti mll 465×360.

Instrumenta, quae hic exhibemus, bullam *Inter personas* hucusque valde mutilatam, in sua vera integritate referunt (1). Nos partes ipsarum iam cognitas praetereuntes, partem incognitam afferimus, advertentes, quod parva menda orthographica Instrumenti unius, praesertim Castri Florentini, ope alterius corrigimus (2). Ipsa quoque asservantur in Archivo publico Florentino, e Conventu S. Crucis pariter provenientia.

II. III. Instrumenta publica Monasteriorum Castri Florentini, diei 27 Septembris 1262, et de Monticellis prope Florentiam, diei 25 Ianuarii 1263 secundum computum Florentinum (secundum computum nostrum 1264), ab Urbano IV per litteras *Inter personas* praescripta, quibus litteris, omnibus Monialibus iniungebat, ut per Instrumenta publica declararent: omnia circa eas in his litteris statuta, se plene adprobare et rata habere, et easdem de verbo ad verbum praedictis instrumentis insererent.

II.

In Dei nomine amen. Anno ab eius incarnatione millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, indictione sexta, die mensis quarto exeunte septembre.

Domina Iacopa Prioressa Monasterii sancte Marie de Marca, Vult. dioc. prope Castrum Florentinum, Ordinis S. Damiani (3), cum consensu et voluntate Amate, Francesche, Victorie, Francesche, Caterine, Angnese, Lucie, Caterine, Tomase, Cecilie, Marie, Beldie, Felicite, Gregorie, Benvenute et Aghathe, Sororum Monasterii prelibati, et ipse eedem Sorores, de ipsius Prioresse licentia, et omnes simul, vice et nomine Monasterii supradicti, et pro se ipsis, ordinationem factam a sanctissimo Patre Domino Urbano Papa iiij inter Ministros et fratres Ordinis Minorum et personas nostri Ordinis, super statu personarum ipsarum, prout inferius continetur, nos Prioressa et Monache (4) supradicte, pro seipsis, et vice

(1) Litterae *Inter personas*, ut hactenus habebantur, verbis inter alia carebant, quibus ipsa Instrumenta facere praeceptum erat.

(2) E. g. *lirtera* pro *littera*, *sexsta* pro *sexta* et similia.

(3) De Monasterio Castri Florentini videri possunt litterae Innocentii IV, an. 1254, Omeliae Abbatissae datae. Wadding, *Annales*, in *Reg.*, Innoc. IV, III 518. — Sbar. *Bull. Franc.*, I p. 738. — Eubel, *Epit.*, p. 70, n. 718. — Cfr. etiam Gaet. Tosi, *Il Monastero di S. Maria della Marca a Castel Fiorentino* apud *Miscellanea storica della Valdelsa*, anno XV, fasc. I, 1907, p. 19 ss. Auctor autem non recte Monasterium e dioecesi Florentina ad Vulaterranam circa annum 1290 transiisse autumat; praeter enim documentum 1254 a Giacchi (in *Ricerche storiche Volterrane*), reportatum, et ab auctore citatum iam ab anno saltem 1254 dioecesis Vulaterranae illud fuisse Bulla Innocentii IV supra citata testatur, sicut de anno 1262 testatur Instrumentum nostrum.

(4) Nil mirum quod Praeses Monasterii hic vocatur *Prioressa*, et Sorores vocari *Monache*, contra usum communem Damianitarum, quae *Abbatissae* et *Sorores* vocabantur, quia et Gregorius IX aliquando loco *Abbatissae* nomine *Priorissa* usus est (cf. Sbaralea, I, 52; Eubel, *Ep.*, 7, n. 60). Frater Salimbene de propria sorore Karacosa narrat, quod Priorissa Monasterii civitatis Reginae fuerit (cf. *Chron.* etc. p. 20 ed. Parm., Hold-Egg. p. 54).

et nomine Monasterii supra dicti, ut supra dictum est, dictam ordinationem gratam habentes, illam quantum in nobis est ratificamus, acceptamus et etiam approbamus, ipsamque presentium tenore promittimus perpetuis temporibus inviolabiliter observare, nec unquam contravenire. Tenor autem ordinationis eiusdem talis est:

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio I[oanni] Sancti Nicholai in Carcere Tulliano Diacono Cardinali et Fratri Bonaventurae Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum, salutem et Apostolicam benedictionem. Inter personas (1) *ect.*

Sed ubi Waddingus et Sbaralea circa medium post verbum *ministrabant* habent *ita ut etc.* litterae nostrae prosequuntur:

« ... ita tamen si Abbatisse et conventus Monasteriorum eorundem, in quibus i[i]dem fratres, iuxta huius mandati nostri tenorem, ad morandum vel ministrandum reponendi, dimittendi vel deputandi fuerint, prius dederint litteras suas patentes, vel publica instrumenta, in quibus gratam et ratam se fatentur (*a*) habere formam ordinationis, promissionis (*b*), decreti et statuti, que in presentibus continetur, quantum (*c*) in eis est ipsam ratificent et acceptent et etiam approbent, ipsamque suarum litterarum, vel publicorum instrumentorum tenore promittant perpetuis temporibus observare, nec unquam contra venire, presentium seriem de verbo ad verbum ipsis patentibus litteris vel instrumentis publicis inserentes. Ad huiusmodi autem Monasteria, que sic litteras vel instrumenta dederint, visitanda, deputes ex fratibus tui Ordinis viros idoneos, qui prefatum Ordinem sancti Damiani usque ad dictum proximum Capitulum visitent auctoritate episcopi supradicti, secundum formam quam ipsis Visitatoribus contigerit per eiusdem episcopi litteras exhiberi, utriusque Ordinis decentia et honestate servata; ita tamen quod prefatus episcopus nullam ex quavis causa iurisditionem habeat in Visitatores eosdem, neque in alios fratres, qui in ipsis Monasteriis morabuntur, neque in alios qui eadem sacramenta Monasteriis prefatis sancti Damiani Ordinis ministrabunt. *Nos* etc.

Datum apud Montem Frasconem XII k. Augusti Pontificatus nostri anno secundo (2).

Acta sunt hec predicta confirmatio et approbatio atque promissio, et consensus ad hibitus in ecclesia sancte Marie de Marca Monasterii prelibati, coram *fratre Rainerio* filio olim Mainerii de Florentia, Piero filio olim Guimeldi de Collepacti, et Upizino filio olim Peruzi, testibus ad hec rogatis.

Ego Dandus iudex et notarius filius olim Benvenuti de Castro Florentino predicte confirmationi, approbationi et promissioni, de voluntate et mandato supra scripte domine Priorisse et dictarum Monialium interfui, et omnia et singula supra scripta in publicam formam redegi.

(*a*) Exempl. Assis. *fateantur*. (*b*) Id. *provisionis*. (*c*) Id. *et quantum*.

(1) Exemplar Ass. sic habet: « Dilectis filiis.... Diacono Cardinali et Ministro Generali Ord. Frat. Min » quin nomen Bonaventurae ponatur.

(2) Aperta contradictio est, ut supra pag. 667 notavimus, inter tempus Instrumenti et tempus harum litterarum Urbani, ut hic et in Instrumento Florentino dantur. Nam Instrumentum est diei 27 Septembris 1262, litterae vero Pontificis, post novem menses datae fuissent, id est mense Iulio 1263; siquidem isti mensi et anno respondet « XII kal. Augusti anni secundi Pontificatus » Urbani, qui in Pontificem electus fuerat 29 Augusti et coronatus die 4 Septembris 1261.

In dorso manu saeculi XIII legitur: Ratificatio quam fecerunt Moniales Castri Flor.

Alia manu XV aut XVI saeculi: S. Bonaventura Generalis Ordinis 1262.

Postea alia manu satis antiqua: Possessione delle Monache di Castel Fior. 1261.

In fine vero eodem modo ac in praecedenti: Santa Croce di Firenze 27 Settembre 1262. — *Orig. memb. mll. 250×600.*

III.

In Dei nomine amen. Anno ab eius incarnatione millesimo ducentesimo sexagesimo iij° Indictione vj^a (1) die veneris, vij exeunte ianuario. Domina Iohanna abbatissa Monasterii Sancte Marie de Monticellis Floren., Ordinis S. Damiani (2), cum consensu et voluntate sororum Luce, Gerardine, Phylippe, Magdalene, Helye, Lucie, Benvenute, Praxedis, Margarithe, Auree, Beatricis, Helysee, Paule, Agnetis, Cecilie, Iohanne, Eugenie, Angele, Auree, Tomase, Mathie, Benedicte, Sibilie, Marine, Agnetis, Iustine, Cristine, Agathe, Bartholomee (3), Barbare, Helysabeth, Luce, Iuliane, Sophye, Victorie, Bonaventure, Iacobe, Anastasie, Savine, Alluminate, Phylippe, Palme, Marie, Amate, Danielle, Beatricis, Tecle, Margarithe, Pacifice, Catherine, Francisce, Columbe, Sororum *etc.*

Hic omnia ut in superiori instrumento habentur, praeter nomina *Prioressa* et *Monache,* quae in *Abbatissa* et *Sorores* versa sunt: eadem pariter adscriptio diei et loci litterarum Urbani, id est:

Datum apud Montem Frasconem XII calendas Augusti pontificatus nostri anno secundo.

---

(1) Secundum communiores Indictiones 25 Ianuarii 1263 (secundum computum nostrum 1264, quod a « die Veneris » confirmatur), sub Indictionem VII incidisset; dicendum igitur, initium Indictionis cum initio anni Florentini die 25 Martii computatum fuisse. De quo modo Indictionem computandi vide Sbaralea in *Praefatione* ad primum tomum *Bullarii,* p. XV, et in notis ad Bullam Gregorii IX, 26 Ianuarii 1230 sub *Indictione secunda,* Monialibus Senensibus missam; p. 57-58. Neque suspicari potest cum Sbaralea mendo librariorum fuisse Indictionem *secundam* et non *tertiam* huic mensi et anno assignatam: nam Bulla concistorialis eiusdem Pontificis, diei 11 Februarii eiusdem anni, quae partim alias in *Archivo* edemus, Monialibus S. Mariae Cortonensibus data, sub *Indictione secunda* pariter datur. Cf. etiam Petrus Torelli, *La data ne' documenti medioevali Mantovani,* 142s. ap. *Atti e Memorie della Regia Accademia Virgiliana di Mantova,* N. S., II, 1909. Qui tamen, post multas auctoritates allatas, immerito, PP. Maurinorum innixus auctoritate, talem indictionem reiicit.

(2) Domina Ioanna de Ubaldinis soror Cardinalis Octaviani et neptis Beatae Clarae de Ubaldinis, quae prima successerat B. Agneti Assisiensi in munere Abbatissae dicti Monasterii. Pariter de Ubaldinis, soror carnalis ipsius Ioannae, est una ex duabus quae inferius sub nomine *Luce* veniunt; et sic eam vocat etiam Marianus (*Comp.* etc. ap. AFH II, 317; et op. c. fol. 89), non *Lucia,* ut eam vocant Waddingus et Terrinca. (Cf. *An.* an. 1261, VIII; *Theatrum* etc. p. 277). De Monasterio Monticellensi vero cf. Marianum, *Comp.* etc. l. c. pp. 24-25, 42 et alibi: Wadd. *An.* an. 1221, XIX, pluresque litteras Papales in *Bull. Franc.*

(3) Haec Bartholomaea mense Octobris eiusdem anni Abbatissa invenitur in Instrumento a Waddingo, *An.* 1264, n. V cit., una cum Sororibus Eugenia, Margarita, Maria et Angela; hinc deducitur Ioannam vel a munere Abbatissae cessasse, vel obiisse.

Acta sunt hec predicta apud Monasterium sancte Marie de Monticellis Floren. super scalas in introitu hostii Monasterii eiusdem, presentibus fratre *Michaele* guardiano Fratrum Minorum sancte Crucis, Fratre *Paulo de Prato* (1), fratre *Petro de Mutina,* fratre *Ioanne Florentino.*

In testimonium autem huius ratificationis ac promissionis et approbationis sigillum nostrum duximus apponendum.

In dorsu manu saeculi XIV habetur: De promissione Abbatisse et Monialium facta fratribus in Florent. in Monticello.

Alia manu saeculi XV vel XVI legitur: Le monache di Monticelli accettano il decreto d'Urb°. IV.

Postea signatura Archivi ut in praecedentibus: S. Croce di Firenze 25 Gennaio 1263. — *Orig. membr. mll. 375×430 absque sigillo.*

4. — Quid in Capitulo Pisano de cura Monialium actum, quidque postea secutum sit. — Non facile quidem statui potest, quid Capitulum, post litteras Urbani acceptas, vere statuerit, cum ipsius acta nos hucusque lateant: ex serie tamen factorum et documentorum ipsum subsequentium, contra Perusinum omnem gubernationem Monialium ab eodem reiectam dicentem, dicimus potius nullam determinationem latam fuisse (2).

Revera non multo post, id est die 14 Iulii eiusdem anni, Pontifex Ioannem Caietanum, Protectorem Fratrum, Protectorem quoque Clarissarum denuo constituit; qui postquam huiusmodi curam suscepit, dare studuit operam efficacem, ut omnis dissensio sopiretur, et Fratres consueta ministeria Monialibus impenderent (3).

Ad hoc Card. Ioannes S. Bonaventuram rogat, ut opportunum paret auxilium, presertim « Visitatores assumens, vel assumi faciens » ; S. Bonaventura autem per « quasdam litteras » petitioni Ioannis satisfecit: statuto tamen, ut Moniales per Instrumenta publica declararent: nullatenus Ordo Fratrum Minorum ex debito teneri ad huiusmodi ministeria exhibenda, et ex tali exhibitione, nunquam ius aliquod nasciturum (4).

His statutis, Generalis Bonaventura per suas litteras Visitatores per Provincias instituit. Nobis supersunt litterae, quibus Frater Lotorus seu Lotharius (5), Visitator Monialium Provinciae Thusciae instituitur, iam a Waddingo editae.

Quo codice Waddingus usus sit nescimus, at in multis utique mendoso; ideoque ex codice nostro illas denuo nunc edimus, quamvis ex imperitia transcriptoris, ut videtur, ne noster quidem sit undequaque perfectus. Primum autem aliquid dicendum de ipsarum litterarum nota chronologica.

5. — De vero tempore litterarum S. Bonaventurae Fr. Lotoro missa: — Codex noster *III cal. Octobris* (29 Sept.) *1263,* Waddingus autem *III Non. Octobris* (5 Oct.) *anno Domini 1264, Pontificatus Domini*

(1) De quibus vid. Marianum, AFH, II, 106 et alios auctores ibi indicatos. Wadd. ad an. 1241 n. 12.

(2) Notandum, quod nec in parvo summario *diffinitionum* huius Capituli, ap. *Engl. Hist. Review*, XIII. 704 a cl. Little edito, aliquid circa Moniales diffinitum invenitur.

(3) Cfr. infra Doc. V.

(4) Cfr. Doc. IV, V et VI.

(5) Cf. de Fratre Lotoro notam ad litteras.

Urbani IV anno III, eas datas dicunt. Verum die 5 Octobris 1264, non tertius sed quartus annum Pontificatus Urbani currebat, imo ante tres dies Perusii Pontifex iam mortuus erat, litterae autem Assisii datae sunt; ideo error temporis in litteris apud Waddingum ex se patet. Accedit etiam, quod litterae Ioannis mensis Decembris 1263 istas supponunt et innuunt (1).

Nos litteras Bonaventurianas edentes animadvertimus, quod mendas et omissiones nostri codicis, ope editionis corrigimus et supplemus, id adnotantes; errores autem manifestiores editionis in notis ponimus. Plures autem variantes minoris momenti non adnotabimus.

6. — Descriptio codicis litteras S. Bonaventurae et Cardinalium continentis. — Codex noster, qui in conventu Iacherini prope Pistorium asservatur(2), membranaceus est, mm. 175×235, charactere perspicuo saeculi XIII ad finem vergentis, ab aliqua Moniali probabilissime exaratus. Constat membranis scriptis 47, numeratio vero usque ad 44 pergit.

Codex continet:

1) Fol. 1r-29r, litteras brevissimas Ioannis *Attendentes de facili*, et Regulam Urbani IV, sub ipsarum litterarum sigillo omnibus Monasteriis Clarissarum, die 18 Octobris 1263, missam; quae in 25 rubricas dispertitur (3) Cf. p. 666 n. 2. — 2) Fol. 29r-32v, litteras eiusdem Cardinalis ad Abbatissas et Moniales Provinciae Thusciae (Doc. V). — 3) Fol. 32v-35v, eiusdem litteras ad ipsarum Monialium Visitatorem (Doc. VI). — 4) Fol. 35v-37v litteras S. Bonaventurae Fratri Lotoro (Doc. IV). — 5) Fol. 38r-39v, aliam epistolam Ioannis ad Visitatorem (Doc. VII). — 6) Fol. 39r-40r, aliam eiusdem ad eundem epistolam (Doc. VIII). — 7) Fol. 40r-43r Ordinationes anonymas *Accedat* (Doc. X). — 8) Fol. 43r-45r non numeratis, ultimas litteras Ioannis Card. pariter ad Visitatorem (Doc. IX). — 9) Fol. 45r-47r, cuius secunda columna et pagina versa vacuae remanent, ambas litteras Protectoris Cardinalis Matthaei de Ursinis ad eundem Visitatorem Tusciae, charactere clariore exaratas (D. XI et XII).

Sequuntur 8 membranae, quarum ultimae duae vacuae, ex alio codice provenientes, alterius manu et minutiore charactere, non minus tamen clare et accurate conscriptae, eiusdemque aetatis ac praecedentes; in quibus litterae sub nn. 3, 6, 8 positae, Cardinalis Ioannis; et ambae litterae Matthaei ordinationesque *Accedat* repetuntur.

Regulae Urbani et ipsius tituli capitum litterae initiales, quarum aliquae desunt vacuum spatium relinquentes, rubris caracteribus inscribuntur; initiales litterarum aliquando etiam ornamentis gaudent.

Totus codex tabulis ligneis tegitur, fibulis aurichalceis ablatis. Duo folia chartacea pro custodia in initio ac fine habet; in quorum primo

(1) Contradictionem inter *1264* et *annum tertium* Pontificis, Editores quoque *Analect. Franc.* et *Opp. Om.* S. Bonaventurae notavere; recte advertentes Instrumentum Monasterii Interamnensis (de quo infra agemus) diei 11 (non 1) Iunii 1264, litteras S. Bonaventurae iam supponere.

(2) De facultate humanissime nobis concessa consultandi hunc codicem, gratias agimus A. R. P. Stanislao Benvenuti, tunc Ministro Provinciae S. Bonaventurae in Thuscia, Superiorique locali istius conventus.

(3) Fere similiter ac ap. *Firmamenta* habentur: aliquoties tamen modo rectiore in codice nostro rubricae formulantur.

manus non antiqua scripsit: *Del Monisterio di S. Lorenzo;* et alia manu pariter recentiore: *Consegnato al R[to] M. Bart. Volpini;* et denique manu secundae medietatis saeculi nuper elapsi: *Regola e Costituzioni di S. Chiara del M.CC.XXXXXXI.*

IV. Generalis S. Bonaventura mandat Fratri Lotoro, ut officium Visitatoris Monialium Thusciae, quae instrumenta seu litteras publicas libertatis Fratribus dederint, exequatur; et quidem intuitu pietatis, gratique animi erga Cardinalem Protectorem, qui pro pace et libertate Ordinis servandis, curam ipsarum in se suscepit. Praescribitur insuper forma instrumenti.

IV.

In Christo charissimo Fratri Lotoro, Ordinis Fratrum Minorum Generalis Magister et servus salutem in Domino sempiternam (1).

Dignum est et consonum rationi, quod spiritualium Ordo virorum ad ea se promptum exhibeat, que divinum honorem respiciunt, animarum salutem procurant, et naturali sunt consona pietati. Quia igitur Ordo Sororum Sanctae Clarae venerabili patri nostro domino I[oanni] S. Nicholai in carcere Tulliani (sic) diacono Cardinali, per Summum [Pontificem] est commissus, quem idem dominus sub spe adiutorii nostri Ordinis et pro nostra pace et libertate servandis in sua cura suscepit; conveniens est et decens, quod [e]idem domino prompto animo assistamus. De tua itaque providentia et probitate confisus, de Fratrum consilio Discretorum, mando tibi per obedientiam salutarem, quatenus visitationis officium circa Monasteria Ordinis supradicti, infra administrationis Tusciae limites constituta, que, iuxta formam inferius annotatam, libertatis nostre instrumenta publica, sive patentes littteras dederunt, vel dederint, exequaris.

Et quia opus istud animarum salutem respicit, pro quibus Iesus Chrisus sanguinem suum fudit, sic prudenter, sic modeste, sic iuste, sic misericorditer, sic constanter predicti opus officii exsequaris, quod laus sit Christo, extirpatio sit vitiorum, edificatio virtutum et devotarum [consolatio] animarum.

Et ut persecutioni (2) huius officii valeas intendere, ut oportet, Minister tuus teneatur tibi iussionem (sic) presentium de socio idoneo providere, et ad hoc ipsum Custos, in cuius Custodia visitationem feceris, si socium tuum impediri contigerit, sit astrictus. Cum autem accesseris ad aliquod Monasterium visitandum, in quo Fratres non resideant, Guardianus propinquioris loci, vel eius Vicarius providere tibi de altero socio teneatur, et uterque istorum sociorum tibi specialiter assignatos ingrediatur tecum in Monasterium, cum pro visitationis officio fuerit opportunum. Formam autem super visitationis of[ficio], qui

(1) Ed. « *In Christo sibi carissimo Fratri* Laurentio, *in administratione Tusciae pauperum Dominarum, Frater Bonaventura, Ordinis Fratrum Minorum generalis Minister et servus, salutem et pacem in Domino sempiternam* ». Nescimus utrum rectius *Lotorus,* cum codice nostro, an *Laurentius* cum codice Waddingi dicendus sit; probabiliter enim ambo e sola littera initiali *L* nomen efformarunt; quia autem non difficulter ipsum identificari posse credimus cum Fratre Lothario, olim Custode Fratris Salimbene in Custodia Pisana, postea ab ipso in monte Alvernae iterum invento (cfr. *Cronica,* ed. Parm. 322; MG 556), ideo lectionem nostram praeferimus. De nomine *Magistri* loco *Ministri,* nota quod probabiliter a sola littera *M* formatum est, vel abbreviatio male intellecta fuit a transcribente, quam Monialem fuisse plura indicia indigitant, et quae alia verba facillima non recte intellexit.

(2) Ed. forte melius *prosecutioni.*

(sic) tibi transmittitur per dictum dominum Cardinalem (1), tam quoad Regule susceptionem quam alia in ipsa contempta, (sic) diligenter observes, et efficaciter, secundum gratiam tibi a Domino datam, observare procures; cavens ab introductione Fratrum in ipsa Monasteria, exceptis duobus te associantibus ad tuum officium exequendum; ab omni acceptatione munusculorum et a ceteris omnibus, que mali speciem possunt pretendere quoquo modo. Neque pro huiusmodi absolutione officii ad me venias, sed quam citius poteris, illud exequi studeas diligenter. Sic autem sollicite ac solerter premissis insistas, quod tuum officium esse possit in conspectu divinae Maiestatis acceptum ac fructuosum, et consolatorium Monasteriis memoratis praefatoque domino Cardinali, qui firmam gerit fiduciam, quod huiusmodi officium per te sollicite debeat exerceri, nec non et Ordini nostro, qui sibi ad supportandum onus humeris (2) eius impositum, in hac parte voluit afferre iuvamen (3). Nihil ob tuum defectum quoad Deum vel homines valeat imputari; quin imo conscentie tam ipsius domini Cardinalis, quam tua et Fratrum nostri Ordinis, qui sibi (4) de speciali gratia in hoc humiliter condescendit, in tuto conquiescant.

Forma vero instrumenti publici seu litterarum nostre libertatis hec est.

Nos talis Abbatissa, talis Monasterii et Sorores, pro nobis et Monasterio nostro dicimus, confitemur et etiam recognoscimus, quod Ordo Fratrum Minorum vel Fratres eiusdem Ordinis nobis, seu Monasterio nostro, seu personis in eo degentibus ad obsequia seu ministeria exhibenda aliquatenus ex debito non tenentur. Et id circo dictis Ordini et Fratribus precavere volentes ne per aliqua obsequia vel ministeria que nobis dicti Fratres de facto seu liberalitate sua vel mera gratia exhibebunt ex quacunque diuturnitate temporis posset ei preiudicium generari, promittimus tibi Fratri, nomine dictorum Ordinis et Fratrum recipienti et stipulanti, quod ministeria vel obsequia ab eis taliter exhibenda ullo unquam [tempore], occasione prestationis huiusmodi ex debito non petemus, nec super eis movebimus contra eundem Ordinem vel Fratres ipsius Ordinis aliquam questionem. Et in huiusmodi rei testimonium volumus fieri hoc publicum instrumentum, vel volumus has litteras sigilli Conventus nostri munimine roborari (5). Datum Assisii III kl. octubris anno Domini MCCLXIII.

(Continuabitur). P. Zephyrinus Lazzeri, O. F. M.

---

(1) Quae transmissa fuit die 13 Decembris eiusdem anni 1263 (Cfr. Doc. VI). Hucusque haec verba de litterula ipsius Ioannis *Attendentes de facili,* sub cuius sigillo Regulam Urbani die 18 Octobris datam, omnibus Monasteriis misit, intelligebantur.

(2) Cod. erronee *habueris,* quod et alibi loco *humeris* repetit.

(3) Totus hic passus ita confuse in Ed. habetur, ut et PP. Edd. fateantur, sensum ipsius non facile intelligi posse: « *Sic autem sollicite ac solemniter praemissis insistas, quod tuum officium esse possit in conspectu divinae Maiestatis acceptum ac fructuosum et consolatorium Monasteriis memoratis praefatoque domino cardinali — qui firmam gerit fiduciam, quod huiusmodi officium per te sollicite debeat exerceri — nec non et Ordini nostro, qui sibi ad supportandum hoc onus, quod humeris suis imposuit, in ac parte voluit offerri iuvamen* ».

(4) Cod. *que sunt.*

(5) Hic Bonaventura, et die 13 Decembris Cardinalis Ioannis (Cfr. Doc. V), ut patet, formulam stricte iuridicam praescribunt, quod Urbanus IV per litteras *Inter personas* non fecerat (Cfr. p. 671). Amborum tamen generum Instrumenta valorem etiam post hoc tempore habuisse, Instrumenta Monasterii S. Francisci Interamnensis diei 11 Iunii, et Monasterii Florentini diei 25 Ianuarii et 15 Octobris 1264 manifestant. Cfr. sup. 675; Wadding IV, 281.

DOCUMENTA INEDITA
AD HISTORIAM FRATICELLORUM
SPECTANTIA

Tractatus Fr. Andreae Richi de Florentia, O. F. M. contra Fraticellos.

(*Continuatio*) (1).

Octaua conclusio est examinare quasdam propositiones, quas *Micheliste* (2) educunt de dictis pape *Iohannis* in supradictis suis decretalibus, quas dicunt hereticas et diuulgant vt hereses per mundum, et videre si dicende sunt heretice, uel catholice asserende.

Prima propositio (3) est ista: Asserere xpm inquantum hominem ab instanti sue conceptionis habuisse ex dei datione vniuersale dominium rerum omnium temporalium, sicut habet verus rex et dominus in temporalibus, est hereticum. Huic propositioni contrarium videtur dicere papa *Iohannes 22us* in decretali [*Quia*] *vir reprobus;* dicit enim quod est catholica, et negare eam

(1) Cf. AFH III, 253-267; 505-529.

(2) Propositiones hic et deinde ab Andrea Richi adductae, et tamquam haereticae a Michaelistis Fraticellisque Iohanni XXII obiectae et ex eiusdem decretalibus, praesertim *Quia vir reprobus* haustae, inveniuntur partim in: *a*) *Appellatione Michaelis de Caesena* contra decretalem *Quia vir reprobus* facta Monachii 26 mart. 1330. Propositionum seriem quam ista appellatio continet P. Eubel edidit e codicibus Vaticanis 4009 f. 85ss et 4010 f. 146ss, ad calcem constitutionis praedictae, *BF* V, 426-27. *b*) *Littera ministri generalis* [*Michaelis de Caesena*] *missa per ordinem contra dominum Iohannem papam XXII*, Monachi 24 jan. 1331. Has litteras integre habes ap. Eubel *BF* V, 427ss ex codice Vaticano lat. 4010 f. 206-212. *c*) in pluribus scriptis Gulielmi Occam et ipsius Michaelis a Caesena editis a Goldast, *Monarchia* II, Francofordiae 1614, et quidem non solum circa paupertatem, sed etiam circa SS. Trinitatem, Providentiam divinam, visionem beatificam, quas propositiones ex sermonibus Papae desumpsisse praetendunt Michaelistae et Fraticelli.

Auctor noster hic refutat tantummodo propositiones circa paupertatem, e quibus Michaelistae errores Papae construere frustra tentabant. Nos hic in notis adducemus textus correspondentes e bulla *Quia vir reprobus* et e documentis sub *a* et *b* indicatis.

(3) Cf. *Quia vir roprobus BF* V, 441-442: « *Secundo quaeritur, utrum Christus alicuius rei temporalis dominium habuerit et quale. Quod autem dominium rerum temporalium habuerit, sacra scriptura tam in testamento veteri quam in novo in multis locis testatur,* [sequuntur loci per duas integras columnas]. *Praemissa autem, scilicet regnum et universale dominium, habuit Christus in quantum Deus, ab aeterno eo ipso, quo Deus pater genuit eum; et in quantum homo, ex tempore, scilicet ab instanti conceptionis suae, ex Dei datione: ut patet ex praedictis* ». Hanc propositionem obicit Michael de Caesena in *Appellatione* 16 mart. 1330 *BF* V, 426 nota « 1° *quod dominus noster Iesus Christus in quantum homo ab instanti suae conceptionis habuit dominium rerum temporalium huius mundi, sicut verus rex et dominus in temporalibus* ». Cf. etiam Litteras citatas Michaelis de Caesena, a. 1331 *BF* V, 430 col. 1.

est contradicere sacre scripture, que *Xpm* , ' *dominum etiam rerum temporalium,* et sic dicit eam hereticam ex materia, quia dicit, quod continetur in sacra scriptura, non tamen [f. 17v] facit eam hereticam virtute sententie sue, quod esset facere eam hereticam ex forma. Ad hanc propositionem, dico quod postquam papa facit eam hereticam, quia contradicit sacre scripture, tenenda est heretica inquantum contradicit sacre scripture, etiam si papa non diceret; dicit enim sacra scriptura Xpm dominum mundi. Et dicit 2° papa *Iohannes* quod hoc dominium ab instanti sue natiuitatis in vtero. Et dicit 3° quod tale dominium non debuit abdicare, nec invenitur in sacra scriptura ipsum abdicasse. Et sic papa *Iohannes* videtur repugnare decretali pape *Nicolai,* que dicit: *dicimus quod abdicatio proprietatis omnium rerum tam in speciali quam in communi propter deum meritoria est et sancta, quam Xus viam perfectionis ostendens verbo docuit et exemplo firmauit, quamque primi fundatores militantis ecclesie, prout ab ipso fonte [h]auserant, in volentes perfecte viuere per doctrine ac vite ipsorum alueos deriuarunt,* et sic aperte et prima facie videntur hee due decretales contradicere. Set ostensum est primo capitulo huius tractatus quomodo in sensibus valent sine reali repugnantia concordare. Verum quia multiplex modus est accipiendi dominium et in hiis propositionibus, quas hereticas dicunt, equiuoce sepe sumitur dominium, ideo vt omnia particulariter pateant, distinctionem primo pono de dominio, 2° ponam aliquas conclusiones, 3° instabo et soluam instantias.

Primo, Multiplicem acceptionem huius dictionis *dominium* premictam.

2° Circa quemlibet modum acceptionis Xpo conuenientem conclusiones ponam.

3° Aliquas instantias circa quemlibet modum acceptionis dominii obiciam et soluam.

Quantum ad primum dico quod multipliciter accipitur dominium. Nam:

Aliquod est dominium consequutiuum dignitatis.

Aliquod est dominium possessiuum proprietatis.

Aliquod est dominium commissiuum facultatis.

Aliquod est dominium concessiuum potestatis.

Dominium consequutiuum dignitatis est cum ex aliqua dignitate aliquis prefertur indignioribus et minus digna subiciuntur dominusque dicitur eorum; et est hoc dominium 2x secundum quod est duplex dignitas, scilicet naturalis et virtualis. Dominium consequutiuum ad dignitatem naturalem est sicut ad hominem esse sequitur, quod sit inferiorum dominus et hoc nature sue dignitate, sicut etiam ad esse rationale sequitur ipsum esse dominum irrationalium, vnde et Aristoteles primo *Politicorum* (1) dicit: quod aliqui sunt serui naturaliter, aliqui domini naturaliter, et exemplificat quia barbari eo quod carent ratione, naturaliter sunt serui Grecorum, qui pollent ratione, sic et vir preest mulieri. Et Vgo (2) prima parte *de sacramentis* in vltimo dicit: Sublimis et primus opifex deus mundum fecit et hominem mundi possessorem et eius dominum, vt ceteris omnibus sue dignitatis condicione dominetur, et subdit rationem dicens: causa mundi homo est, quia propter ipsum mundus est, ideo eius dominus, causa hominis deus est, quia vt deo seruiat homo factus est, et sic etiam ad esse patris sequitur naturaliter quod dominus sit filiorum. Et etiam aliud do-

(1) Cap. 1. ed. cit. I, 482-483.
(2) Hugo a S. Victore, P. L. 176, 204. Richi citat quoad sensum tantum.

minium consequutiuum ad dignitatem virtutis. Ad hominem enim iustum sequitur vt sua sint omnia iuxta sententiam Augustini 19 *de ciuitate dei* c° 13° (1): sine virtute nil tuum est, cum virtute mundus tibi cedit. Et in epistola ad Vincentium (2): *Quamuis res queque terrene a quocunque non recte possideri possint,* recte tamen possideri non possunt, *nisi* aut *iure diuino quo cuncta iustorum sunt, aut iure humano quod in potestate regum terre est. Ideoque res* [f. 18r] *vestras falso appellatis, quas nec iusti possidetis et secundum leges terrenorum* regum *amictere iussi estis.* Ad idem Ieronimus ad Macedonium (3): *Credenti totus mundus diuitiarum, infidelis etiam obolo eget.* Differunt tamen hec duo dominia consequutiua. Nam dominium, quod consequitur dignitatem nature, immutabile est, quia suum fundamentum immutabile est, scilicet natura humana, et ideo istud dominium, quod consequitur dignitatem nature hominis, aliqui vocant domininm naturale, aliqui dominium originale, aliqui dominium diuinum. Dominium autem virtuale pro statu isto mutabile et variabile est, quia virtus transit in vitium, et sic qui primo erat iustus et per consequens dominus omnium, factus peccator perdit dominium et fit seruus vitiorum, quin etiam et iustorum. Est autem sciendum, quod hec dominia consequutiua non sunt dominia ciuilia, quia legibus ciuilibus non subduntur, sicut nec per leges ciuiles dantur nec auferuntur. 2° etiam nota, quod dominium consequutiuum non est renuntiabile, sicut nec suum fundamentum; non enim est renuntiabile esse hominem, uel esse virtuosum. 3° nota, quod hoc dominium non dat quod per ipsum quis possit exire in actum contra legem ciuilem, nisi forte in casu necessitatis extreme. Sed de hoc alias, non enim per hoc dominium potes accipere, que ciuiliter sunt alterius hominis, etiam si tu sis iustus et alter sit peccator. Set in hiis que per legem actributa alicui persone non sunt, vt fere siluarum et aues vage et pisces non appropriati, exire potest quis in actum et libere sibi appropriare et sua ciuiliter facere, et qui primo erat dominus ex nature dignitate, post acceptionem factus est dominus legi humane subiectus in eo quod cepit.

2° loco circa dominium consequutiuum sunt ponende conclusiones. Prima conclusio quod in X° vt homine fuit dominium consequutiuum dignitatis tam naturalis quam virtualis eminentissime. Probatur prima pars. Quia dignior in naturalibus ceteris est hominibus, iuxta articulum dampnatum *Parisius,* qui est quod, qui dixerit animam X[i] non esse perfectiorem etiam in essentialibus anima Iude *Error* (4) [?], quia perfectior fuit ceteris animabus, ideo X[us] dicebat de seipso: *ecce* (5) *plus quam Salomon hic.* Tanto enim deus fecit animam eius et corpus perfectiora, quanto ordinauit ad digniora; opportuit enim vt anima eius vigeret memoria, intelligentia et libertate voluntatis et capacitate comprehensionis pre omnibus, quia a deo facta erat ad perfectius se habendum ad diuina opera meditanda; de corpore etiam patet per doctores quod pre filiis hominum dicitur speciosus. Fuit etiam dominus omnium dominio consequutiuo ad virtutes, quia virtuosior omnibus; ipse enim est *dominus virtu-*

(1) Cfr. P. L. 41, 641.

(2) C. XII n° 50; epistol. classis II, ep. 93, P. L. 33, 315.

(3) Est epistola ad Paulinum, ep. 53 n° 10, P. L. 22, 549.

(4) Sic videtur legendum. Minio sublineatum est, ut ordinarie scriptor facit pro textibus iuris Canonici citandis. Ubi haec propositio habeatur et quo tempore proscripta sit non inveni.

(5) Luc. XI, 31; Matth. XII, 42.

tum(1) et ipse est deus virtutum, cui deus tantam gratiam contulit, quod maiorem ei conferre non potuit, sicut dicit magister sententiarum in 3° dist. 13 (2), plenus enim fuit gratia et virtute de cuius plenitudine accipiunt vniuersi, gratiam ergo pro gratia, et ex hoc caput ecclesie est constitutus a deo.

2ª conclusio. Dominium consequutiuum dignitatis quantumcumque magnum stat cum sum[m]a paupertate. Hec conclusio probatur, quia ex dignitate naturali uel uirtuali paupertas in homine non inficitur, cum virtus [f. 18v] naturam non inficiat, nec natura virtutem, set potius naturam virtus perficiat. Et patet quod in Xpo et dignitas naturalis et virtualis fuerunt in sum[m]o et paupertas sum[m]a simul in Xpo cum omnimoda conuenientia extiterunt.

3ª coñclusio quod in dominio consequutiuo dignitatis, siue naturalis, siue virtualis, inter *Michelistas* et *Iohanistas* non est discordantia. Patet hoc, quia decretales, propter quas est discordia inter eos, de hoc dominio non loquuntur.

3° loco quo ad hoc dominium consequutiuum dignitatis erat mouere aliquas obiectiones et soluere, quarum prima sit ista: Videtur quod juri dignitatis naturalis et dominio possit renuntiari. Patet, quia in sepe dicta decretali pape *Nicolai,* que incipit *exiit,* dicitur quod Xps, apostoli et Fratres Minores omni juri renuntiauerunt et solo nudo et simplici vsu rei voluerunt esse contenti, et patet de facto quod Xps renuntiauerit juri regni, quod naturaliter sibi obuenerat, dum dixit (3) *regnum meum non est de hoc mundo;* similiter beatus *Ludouicus* (4), cui ex naturali progenie regnum sibi succedebat, dum frater Minor effectus est, juri primogeniture sue renuntiauit et regno, vt dicitur in priuilegio sue canonizationis (5).

2ª obiectio est quia videtur quod Adam et sua posteritas perdiderit per peccatum dominium dignitatis tam naturalis quam virtualis. Nam dicit glossa Gen. 2° (6) super illo verbo: *Maledicta terra in opere tuo, spinas* etc: *Postquam* suo *conditori* homo *subditus esse noluit,* iuste *dominium* in quo fuerat constitutus *perdidit* et sic non amplius est rerum creaturarum [sic] naturaliter dominus.

3ª obiectio: Si ex dominio consequutiuo dignitatis naturalis, omnia sunt hominum et ex dominio consequutiuo dignitatis virtualis omnia sunt justorum, omnia erunt communia et nil videtur esse proprium, cum non videatur maior ratio quare vna res sit magis vnius quam alterius, et sic quilibet haberet portionem suam in qualibet re, nec poterit quis vti aliqua pro libito suo, cum eque sit aliorum sicut sua.

Ad primam obiectionem respondeo, quod aliquod est jus et dominium naturalis dignitatis, quod oritur ex naturalibus principiis speciei, et aliquod ius et dominium naturalis dignitatis, quod oritur ex particulari condicione alicuius particularis hominis (uel alicuius familie uel) (7) progeniei uel parentele; et hoc dicitur naturale, per successionem naturalem,

(1) Cf. Ps. 23. (2) Cf. P. L. 192, 781. (3) Ioh. XVIII 36.

(4) S. Ludovicus episcopus Tolosanus O. F. M. non erat primogenitus sed secundogenitus Caroli II, regis Neapolis. Sed saepe invenitur ipsum renuntiasse primogeniturae, quod sic potest intelligi, quia de facto, quando Sacerdos ordinatus et frater Minor effectus est, renuntiavit haereditati regni Neapolitani, ei obventurae ob fratris maioris nati, Caroli Martelli mortem († 1295). AFH I, 278 sqq; II, 197 sqq; 378 sqq.

(5) *BF* V, 111. (6) Potius III 17; est Glossa ordinaria ad Gen. I, 28.

(7) In margine.

non quia tale dominium sit a natura isti uel illi, set per electionem uel ex potentia maiori, uel prudentia uel beneficio datur vni homini et sibi per generationem succedentibus naturaliter. Jus et dominium, quod consequitur principia essentialia speciei, renuntiabile non est, quia in potestate nostra non est, cum consequatur naturam communem, que in omnibus illius speciei est, et sic est in proposito de dominio et iure naturalis dignitatis hominis, quo dominus est omnium inferiorum... (1), tamen isti dominio potest quis renuntiare, vt nolit dominari actualiter alicui rei extra se. 2º autem dominio, quod consequitur particularia principia, puta familie uel alicuius progeniei uel particularis hominis, potest renuntiari, quia non est naturale nisi quia succedit per generationem naturalem, voluntarie tamen fuit concessum uel assumptum in principio; de primo dominio patet exemplum, quia pater non renuntiare potest iuri et dominio filiorum; de 2º patet exemplum, quia hereditatibus possunt naturales filii renuntiare.

[f. 19r] (2) Ad 2am obiectionem respondeo quod dominium illud, quod consequitur hominem in quantum homo, de quo *Gen.* (3) primo: *dominamini piscibus maris* etc., non fuit ex peccato reuocatum, set perturbatum ex pena peccati, quia diminutum est a perfecto modo dominandi. Nam homo post peccatum non dominatur pacifice et inperturbate bestiis, set per violentiam; et hoc vult dicere glossa (4), que dicit quod homo *perdidit dominium;* debet intelligi quod homo, quia rebellauit deo, perdidit dominium inperturbatum, quo cuncta animalia sine resistentia obediebant homini, nunc post peccatum perditum est istud dominium, non tamen omne dominium, quia non dominium etiam violentie inferende, iuste tamen et ordinate.

Ad 3am obiectionem respondeo quod equiuocatur de dominio. Nam dominium, quo homo dicitur dominus omnium inferiorum, non est dominium quo omnia inferiora sint alicuius hominis propria, ymo nec omnium hominum. Multa enim animalia sunt in mari et terra, que non sunt sub alicuius hominis actuali dominio. Est ergo dominium, quo homo est dominus omnium, quedam nature prestantia et dignitas, digna, vt omnis inferior natura ordinetur ad eam, et homo iuste faciat quamlibet talem creaturam etiam cogendo sibi seruire, cum vult et potest, cum alteri non est appropriata, ita quod non sit cum iniuria alterius. Supponitur etiam quod non abutatur ea, set iuste vtatur, et sic tale dominium est quasi habituale et magis commune quam dominium ciuile. Et ideo licet quilibet homo dicatur dominus omnium inferiorum, et omne inferius dicatur sub dominio cuiuslibet hominis, sic fuit a principio dominus omnium; cum hoc tamen stat quod vna creatura inferior non sit subiecta nisi vni, vt bos uel equus Martini solum est subiectus ciuiliter Martino. Naturaliter tamen et dei ordinatione omnia inferiora sunt subiecta omni homini, etiam illa, que ignota sunt omni homini et non cedunt in vtile uel vsum alicuius hominis, dicuntur subiecta isto modo habituali homini, vt fere siluestres et pisces occeani maris. Patet ergo solutio quia dominio habituali non est distinctio, nec appropriatio set in dominio ciuili fit appropriatio, et sic non sunt communia in seruitio.

2m dominium vocatur dominium possessiuum proprietatis et de hoc sicut de precedenti dominio procedamus. Primo enim multiplicem eius acceptionem tangam,

(1) Sic in textu; in margine vero: *actuum* (scl. *Apostolorum* II, 36).

(2) In margine hic apponitur: *Nota quod dominium naturale hominis non fuit ex peccato reuocatum, set perturbatum.* (3) Gen. I, 28. (4) Glossa ordinaria ad Gen. I, 28.

2º aliquas conclusiones ponam,

3º obiciam et obiecta soluam.

Quantum ad primum, dico, quod dominium possessiuum proprietatis, quod equiualet dominio ciuili et mundano, quod dominium sic a juristis describitur: quod est dominium earum rerum, quas in rebus nostris esse dicimus, quod nostro proprio nomine possumus alienare, vendere, donare, repetere, exceptiones dare et alios actus juridicos proprio nomine exercere. Hoc dominium ciuile, mundanum et litigiosum tanquam inperfectum et odiosum caritati, fratres abdicauerunt totaliter exemplo Xpi et apostolorum, qui docuit non repetere pallium si auferatur (1).

2º erat ponere conclusiones. Prima conclusio quod loculos, quos X^us et apostoli leguntur habuisse in euangelio, recipiebantur a Xpo et ab apostolis vt communiter datos pro omnibus pauperibus, qui Xpm ymitabantur. Probatur, quia alias non dix-[f. 19v] isset Xps apostolis: *vos date illis manducare,* nec dixissent apostoli *euntes emamus eis panes ducentis denariis et dabimus turbe* Mt. 6º (2) et Luc. 9º (3), et alibi cogitabant apostoli quod X^us dixisset Jude, quod *egenis aliquid daret* (4). Non enim esset iustum quod darent pauperibus, si auctoritatem posse eis dare a dante elemosinam non accepissent et nomine pauperum non acceptassent; ideo vbicumque in euangelio de loculis fit mentio, semper fit mentio quod pro aliis sint dispensandi, non solum pro Xpo et apostolis.

2ª Conclusio. Quod verisimile est et credendum, quod licet Xps et apostoli et pauperes Xpm ymitantes essent in communitate viuentes sub loculis, tamen Xps et apostoli recusabant in eis habere jus in communi. Patet hoc quia perfectior (5) abrenuntiatio est abrenuntiare in proprio et

(1) Cfr. Matth. V, 40.

(2) Lege: XVI, 16-23, nisi sit mendum scribae, et legendum *Marc.* VI, 37.

(3) v. 13.

(4) Ioh. XIII, 29.

(5) Hic auctor sequitur doctrinam specifice franciscanam, quam professus est S. Bonaventura, Iohannes Pecham, Petrus Iohannis Olivi, Alvarus Pelagius. Hic (*de Planctu Eccl.*, II, 60, ed. Lugd. f. 201vb, ed. Ven. f. 148rb) sic expositionem suam resumit: « Ex quibus omnibus et aliis pluribus iuribus et rationibus propter breuitatem omissis, et ex iis que plenius inseruntur in libro *de perfectione euangelica,* quem composuit *frater Ioannes* de ordine minorum, *archiepiscopus Cantuariensis* et solennissimus magister in sacra pagina, et *Apologia* [*Pauperum*] *fratris Bonauenture,* cardinalis episcopi Albanensis, magistri de solennioribus mundi tempore suo, de ordine fratrum minorum, liquet manifeste, quod christus et apostoli non habuerunt aliquid proprium nec in speciali *nec in communi* ». Hanc doctrinam scl. Christum etiam in communi nihil habuisse et Ordinem in communi nihil habentem esse perfectiorem Ordine in communi habente, professus erat etiam S. Thomas Aquinas in controversia cum Gulielmo a S. Amore, deinde vero in *Summa* contrarium docuit, et ideo a zelatoribus paupertatis Ord. Min., impugnatus, imo a Michelistis et Fraticellis aliquando ut haereticus habitus est. Cf. Ehrle *ALKG* III, 517 ss. II, 658; A. Ott, *Thomas von Aquin und das Mendikantentum,* Freib. i. B. 1908, passim.

Controversia igitur inter Praedicatores et Minores de Christi et Apostolorum paupertate absoluta, de dominio rerum usu consumptibilium et aliis quaestionibus annexis iam saec. XIII saeviebat (de quo cf. etiam textum disputationum inter Praedicatores et Minores Oxonie a. 1269 habitarum, editum ab A. G. Little, *The Grey Friars in Oxford,* ib. 1892, 320-335, et tractatum Ioh. Pecham contra praedecessorem suum in sede Cantuariensi Robertum Kilwardby O. P., nuper editum a Felice Tocco in vol. II, 91-147 *Societatis Britannicae Studiorum Franciscanorum,* Aberdoniae 1910, et ab eodem A. in *La Questione della Povertà nel secolo XIV secondo nuovi documenti,* Napoli 1910, p. 174-275), et demum cum tali vehementia erupit sub Iohanne XXII, ut totum orbem catholicum commoverit, gravissimasque habuerit sequelas. — Characteristicum est quod

in communi, quam solum in proprio. Et patet, quia sicut perfectio est vni soli persone renuntiare omnibus in proprio, sic consimiliter perfectionis est vni communitati, uel conuentui uel vni religioni renuntiare sibi proprio, uel etiam patet si quilibet de congregatione renuntiet parti, que (1) sibi tangit et super quam in communitate habet jus; tunc enim equiualebit renuntiare etiam in communi. Patet ergo conclusio, quod s[c]ilicet non est inconueniens, quod si in vno conuentu uel collegio sint aliqui perfectiores, quin aliquid maioris perfectionis agant, super alios communes et tamen simul in collegio viuent. Sic ergo Xps et apostoli et pauperes sequentes Xpm habebant loculos. Set Xps et apostoli nolebant ibi jus civile in communi habere, set solum recursum ad vsum necessarium. Et sic credo quod fuit etiam post Xpm, quando refertur in *Actibus Apostolorum* (2), quod erant fidelibus *omnia communia,* debemus intelligi: verum est ex parte offerentium, vel ex parte volentium partem in communi acceptare. Set apostoli, quia perfectiores, in communi cum aliis partem habere recusabant ciuiliter saltem. Et tamen cum eis in communi viuebant.

3ª Conclusio. Quod maius dominium, idest extensius, habuerunt Apostoli super loculos tempore Xpi uel etiam in primitiua ecclesia, cum omnia erant eis communia, quam discipuli, licet discipuli habuerint maius dominium proprietatis in communi quam apostoli, licet apostoli nil habuerunt ciuiliter in proprio uel communi, quam illi discipuli, qui habebant jus in communi et poterant conqueri pro jure suo in communi, si non equaliter dispensetur eis, vt fecerunt Greci, quia *vidue eorum* contempnebantur *in ministerio cotidiano* (3); Glossa (4): *in cotidiana dispensatione minus reci-*

Bernardus Guidonis O. P. († 1331) in *Practica Inquisitionis,* ed. Douais, Paris 1886, p. 278 scribit: « Item (examinandus Beguinus interrogetur) si audivit dogmatizari quod habere aliquid in communi diminuat de perfectione evangelice paupertatis ». Adhuc saec. XV doctrinam S. Thomae et Praedicatorum sic exponit Cardinalis *Iohannes a Turrecremata* O. P. in tractatulo, uti mihi videtur inedito, conservato in *Codice Vaticano latino 974* f. 63vb-65ra, ex quo sequentia transscribo f. 64vb:

« *Nona conclusio* non est maior perfectio semper dicenda ubi paupertas fuit maior, patet conclusio quia, ut dicit sanctus Tho[mas], instrumentum animi non propter se queratur, sed propter finem modo [?] tanto aliquid fit melius quanto maius est instrumentum, sed quando est fini magis proporcionatum sicut medicus non tantum magis sanat quanto maiorem dat medicinam, sed quanto medicina est proporcionata morbo ut dictum est. Cum ergo paupertas sit instrumentum acquirendi perfectionem et non est necesse dicere quod ibi sit maior perfectio ubi fuit paupertas maior. *Decima conclusio* religio non est perfectior quanto maiorem habet paupertatem, sed quanto eius paupertas est magis proporcionata communi fini et speciali, patet ex dictis. *Vndecima conclusio* quod habere aliquid in communi non diminuit perfectionem religionis, patet ex 1º Ioh. ubi legitur quod Xps loculos habuit ubi reseruabantur ea oblata et patet de apostolis et discipulis Xpi post resurrectionem, a quibus omnis religio sumpsit originem, precia prediorum seruabant et distribuebant unicuique prout opus erat eis, *Actuum* 4, nichilominus licet maior paupertas videretur fuisse nichil habere nec in proprio nec in communi, non tamen ubi nichil eciam in commumi seruaretur aut haberetur, dicenda esset talis religio perfectior religione Xpi et apostolorum habentium aliquid in communi ». Pariter *S. Antoninus Archiep. Florentinus* O. P. († 1459) doctrinam thomisticam hac in quaestione defendit in capite *De errore Fraticellorum circa paupertatem Christi et Apostolorum; Summa Theologica,* IV, tit. XII, c. 4, ed. Veronae 1740, p. 625-675 de quo eum impugnat auctor collectionis *Monumenta Ordinis Minorum,* Salmanticae 1511, Tractatus secundus f. 260v-261v: « Improbatio domini Anthonij (!) qui tenuit non posse separari vsus licitus a proprietate in rebus consumptibilibus ».

(1) Codex: *quem.* (2) IV, 32. (3) Act. Ap. VI, 1.

(4) Haec verba non habentur in Glossa ordinaria, nec in interlineari.

piebant. Hec conclusio patet, quia solum ad apostolos pertinebat dominium dispensandi et recipiendi pro aliis et nulli alteri erat concessuum ante electionem septem (1) diaconorum. Alii enim ab apostolis solum habebant jus in partem communitatis sibi contingentem, set in aliis nil juris uel dominii habebant, et sic apostoli poterant extensiue, quia super omnes partes et super omnes homines, set solum hoc dispensatiue.

3° loco circa hoc dominium sunt adducende obiectiones et apponende solutiones. Prima obiectio sit hec: Si habere ciuile dominium distrahit ab euangelica perfectione, sequitur quod ecclesia reseruando sibi ciuile dominium fit inperfectior et sic melius [f. 20r] et perfectius ageret non reseruando; videtur enim quod papa faciat se inperfectum, vt faciat fratres Minores perfectos.

2ª obiectio sit hec. Si fratres Minores totum possunt agere de rebus, quibus vtuntur per commissionem, quod potest (2) proprietarius de propria possessione, quid perfectionis maioris ascribitur fratribus ex hoc modo habendi, quia videtur quod nulla in rei veritate, set solum fantastice.

3ª obiectio sit hec: Cum X^us et beatus Petrus nec pro se, nec pro aliis apostolis et discipulis voluerint habere tale dominium, vt alii possent perfectius uiuere, nec etiam ordinauerint quod aliquis reseruaret sibi dominium, ut X^us et apostoli possent perfectius deo vacare, quare ecclesia sibi reseruat tale dominium? et cum xps et apostoli non vixerint sub reseruato dominio, quare fratres Minores difformiter uiuunt X° et apostolis sub reseruato dominio?

Ad primam obiectionem respondetur, quod ecclesia ex caritate non ex cupiditate tale dominium sibi reseruat, nec per hoc plus afficitur ad mundum, set magis exurgit in deum, nec percipit ex hoc ecclesia realem vtilitatem, set dilatat misericorditer suam caritatem, non ergo fit inperfectior set deo carior.

Ad 2^am obiectionem respondeo, quod ad propria quis plus afficitur quam ad aliena et proprietarius plus anxiatur et sollicitatur circa custodienda propria uel recuperanda propria quam commissarius, plus etiam superbit et presumit proprietarius de propriis quam commissarius de commissis, et ideo non est equalitas inter eos. *Cuius enim non sunt oues proprie, videt lupum venientem et fugit,* set *pastor cuius sunt oues proprie ponit animam suam pro ouibus suis,* Io. X° (3).

Ad 3^am obiectionem respondeo, quod xps et apostoli presupponebant loculos esse dantium vsque ad consumptionem, uel esse communitatis, non ipsorum, non tamen ciuiliter, quia nolebant in hiis habere nisi solum simplicem vsum, etiam si dans ex parte sua libenter daret communitati, quia actiones specificantur a recipiente, non totaliter a dante, uel etiam si erant communitatis, Xps et apostoli utebantur in necessariis. Quare autem X^us non retinuit sibi tale dominium sicut papa, uel quare papa sibi retinet, quod non fecit Xps, est quia Xps fuit primus in isto ritu viuendi et debuit vt prior et perfectior (strictius) (4) et rigidius obseruare et in se exemplare sicut principalis in sua religione. Dominus papa non est abstrictus (5) ex voto ad istum ritum, uel etiam si esset voto abstrictus, seruare debet vt persona priuata. Set vt persona publica de tesauro ecclesie et de cunctis fidelibus debet esse sollicitus et prouidus dispensator. Xpi autem tempore ecclesia tesauros non habuit, nec multi tunc

---

(1) Codex: *sectem.* (2) Codex: *patet.* (3) V. 11-12.
(4) In margine. (5) Lege *adstrictus.*

erant fideles, vt propter multitudinem hominum opporteret etiam de comestibilibus esse sollicitum, quin etiam sufficiens erat miraculo prouidere multitudini, cum expedire videret. Legitur enim bis turbas miraculose panes multiplicando satiasse. Et sic patet de 2º dominio.

3m Dominium est commissiuum facultatis, circa quod sicut circa alia priora:

Primo vocabulum declarabo,

2º aliquas conclusiones probabo,

3º obiciam et solutiones dabo.

Ad primum dico, quod dominium commissiuum facultatis est cum dominus alicuius rei concedit alicui quod possit de re propria domini aliquid disponere, puta consumere, uendere, alienare, donare et cetera similia, non tamen quod aliter [f. 20v] quam sibi concesserit et nomine domini qui concessit; et hoc modo fuit concessum Iosep a scutifero Pharaonis (Futifaro) (1) de quo in Ps. (2) dicitur: *Constituit eum dominum domus sue et principem omnis possessionis eius,* et *Gen.* 39º (3). Ait Iosep: *Ecce dominus meus omnibus michi traditis ignorat quid habeat in domo sua, nec quidquam est, quod in mea non sit potestate* etc. Verum est tamen, quod hoc dominium habet multos gradus. Aliter enim conceditur hoc dominium a viro vxori, aliter filio, aliter seruo et aliter conceditur fratribus Minoribus a papa uel a dante elemosinas.

2º Pono conclusiones. Prima conclusio quod hoc dominium necessarie ponit duo distincta dominia, primum eius, qui simpliciter est dominus concedens, 2m eius, cui ex concessione datur auctoritas et potestas et per consequens dominium ad concessa, sub tamen concessione, a primo domino. Sic in proposito de Iosep: Aliter Futifar erat dominus sue possessionis, quia simpliciter et absolute, set Iosep non aliter quam per concessionem dicebatur dominus. Lege tamen ciuili et canonica non conceditur dominus, set seruus uel commissarius et tamen in scriptura sancta dicimus dominum.

2a conclusio quod licet in lege canonica uel ciuili licentia distinguatur a commissione uel etiam a iure vtendi, large tamen loquendo et ad vsum hominum potest dici jus et dominium et potestas et commissio. Probatur, nam qui dat licentiam, dat vnde licentiatus aliquid potest, quod primo non poterat, ex quo videtur concessum jus et posse in aliquo, in quo primo carebat posse in illo. Et quia concedens licentiam subicit sibi rem suam, videtur posse dici dare sibi dominium in rem suam. Et est dominium ad actum in hanc rem, non in re absolute, quia non est dominium absolutum, set est dominium limitatum, puta quod sis dominus tibi ad eliciendum actum circa hanc rem meam, quod prius non poteras licite. Vnde licentia videtur esse auctoritas media inter permissionem et jus vtendi, sicut vtuntur juriste. Nam permissio non est actus positiuus in permisso, quia nil confert ei cui commictitur, nisi priuatiue, set licentia dat jus positiuum, vnde licite actio licentiati licita ex hoc fiat, tamen non durat, nisi dum vult licentians, et ideo non dicitur simpliciter jus, set limitatum jus ad voluntatem licentiantis. Et patet hoc. Nam si do alicui licentiam, vt vtatur seruo meo, uel equo meo, uel vt corrigat filium meum, num ne eo ipso subicio illi seruum, equum uel filium, vt ille, quando voluerit, possit exercere actum suum in illis? et hoc est dare dominium posse sic agere. Vnde dicet talis: concessit michi potestatem et dominium vtendi seruo suo et rebus suis et corrigendi filium.

1) In margine. (2) CIV, 21. (3) V. 8-9.

3ª conclusio. Quod licet stricte loquendo non sequatur: agit licite, ergo agit juste, large tamen loquendo et ad vsum hominum potest admicti consequentia. Prima pars conclusionis patet, quia aliquis est actus medius inter justum et injustum, vt dicit philosophus in *Topicis* (1); confricatio barbe nec videtur dicenda justa nec injusta, et sic ad quod licentiaris et potes agere, nec ideo justus, et non agere, et non eris injustus. [f. 21r] 2ª pars patet, quia qui agit conformiter ad aliquam legem justam, agit juste. Nunc autem lex est justa, quod quis possit licentiari ad aliquid agendum; non enim est injusta nisi transeat super opus injustum; ergo agens conformiter legi juste, juste dicitur agere. Similiter in actibus particularibus ordinatis ad finem consequentia videtur tenere, quia sunt actus uel ad bonum finem eliciti uel ad malum, et non est medium, eo modo quo loquebatur xps (2): *qui non est mecum, contra me est* et apostolus ad Ro. (3): *Omne quod non est ex fide, peccatum est.* Et sic in particulari materia potest concedi.

3º Sunt dande obiectiones et soluende. Prima obiectio contra primam conclusionem: Aliqua xps et apostoli habuerunt et dispensauerunt propria auctoritate, que non habuerunt ab aliquo concedente, ergo auctoritate propria dispensauerunt, sicut proprietarii domini, nec expediuit ibi esse duo dominia. Habuit enim Xus dispensare talentum, quod ex ore piscis Xus iussit extrahi et pro se et Petro exactoribus publicis solui (4). Sic et apostoli pisces, quos capiebant, etiam Xº distribuerunt (5), nec ibi videtur dominus aliquis licentians fuisse.

2ª obiectio: Cum xps et discipuli invitabantur ad prandia, quid in cibis appositis adquirebant ipsi uel etiam alii invitati. Non enim videtur quod adquirerent dominium, quoniam dominium est domini, cuius semper est cibus, donec in propria specie est in ore commedentis, nec videtur quod acquirant vsum sine omni jure, quia non esset magis justus quam injustus, et videtur esse sine ratione et per consequens abusus. Item vsus non cadit in rebus consumptibilibus vsu, quia est jus ad percipiendum fructum rei, preseruata substantia rei, que hic non preseruatur; nec videtur quod acquirerent vsum cum jure uel dominio, quia esset contra decretalem *Nicolai* supradictam in qua dicit, quod Fratres Minores sicut et xps et apostoli renuntiauerunt omni juri, et nudo vsu, omni expoliato jure, voluerunt esse contenti, quin etiam perfectior status fuisset, si omni juri, quod inde potuerunt contrahere, renuntiassent. Licentia etiam in cibis, qui vsu consumuntur, videtur esse dominium, eo quod dat licentians auctoritatem licentiato, vt, quod erat primo licentiantis, transferatur in licentiatum et amplius non sit licentiantis. Quis ergo modus fuit assignandus perfectior, verior et decentior abseruationi xpi et apostolorum et Fratrum Minorum?

3ª obiectio est hec. Cum vsus facti in pecunia non sit perfectis hominibus, qui perfectissimam paupertatem voto susceperunt, licitus, eo quod pecunia non est necessaria ad victum, et sine ipsa potest quis sufficienter gerere vitam, quomodo xps et apostoli, qui fuerunt in statu et obseruantia perfectissima, loculos potuerunt habere? hoc enim, scilicet recursum habere ad pecuniam, magis ad diuitias pertinet quam ad necessitatem vite, quoniam sunt accidentales diuitie, invente preter necessitatem, et ideo prohibite Fratribus Minoribus perfectissimam paupertatem vouentibus, etiam pro infirmis fratribus et pro fratribus induendis. Dicitur enim in regula fratrum (6): *Precipio firmiter fratribus vniuersis, vt nullo modo*

(1) Aristoteles, *Topicorum*, lib. IV, cap. 3, ed. cit. I, 210-211.
(2) Matth. XII, 30; Luc. XI, 23. (3) XIV, 23. (4) Cf. Matth. XVII, 26.
(5) Cf. Ioh. XXI, 10-13. (6) Regula II, C. 4, *Opuscula S. Fr.*, Ad Cl. Aq. 1904, 67.

denarios uel pecuniam recipiant per se uel per interpositam personam. Tamen pro necessitatibus etc. vsque ibi, *eo semper saluo, vt, sicut dictum est, denarios uel pecuniam non recipiant;* [f. 21v] non enim videtur vsus pecunie stare cum perfectissima paupertate.

Ad has obiectiones respondeo. Ad primam dico, quod xps et apostoli ex dominio consequutiuo dignitatis, siue naturalis siue virtualis, habuerunt posse facere sibi deseruire hec inferiora, ad usum hominis creata, actu autem possidere, hoc quilibet potuit ad libitum. Xps ergo et apostoli exierunt ad actum faciendi sibi deseruire pisces, quos sumpserunt, et talentum. Set non sic proprietarie et cupide, quod ciuiliter litigare pro hiis vellent, quia non ad diuitias set ad indigentias subleuandum hoc agebant. Distribuebant enim huiusmodi pisces, non tanquam domini ciuiles, set tanquam ex caritate, ea, que ad usum sibi acceperant acceptantes. Qui autem sic ab eis recipiebant, in potestate habebant recipere illa solum ad usum et non ad ciuile dominium, uel etiam ad ciuile dominium. Vnde xps et apostoli solum usum querebant, set exactores, qui talentum receperunt, ciuiliter sibi ascripserunt, datum pro xpo et beato Petro talentum; et sic patet responsio ad primam obiectionem.

Ad 2am obiectionem dico, quod sine dubio supponendum est a fidelibus, quod xps et apostoli, cum inuitati ad prandia ibant (1), esto quod ex necessitate paupertatis esset necessarium uel saltem opportunum eos inuitationem recipere, nichilominus tamen ad vtilitatem invitantis uel aliorum ibant, vt docendo, miracula faciendo, uel exempla mo[n]strando prodessent hominibus illud intelligentibus, vt discurrendo per prandia et cenas, ad que xps invitatus accessit, poterit faciliter fidelis meditator percipere. 2° dico quod invitans erat proprius ciborum dominus. 3° dico quod xps et apostoli uel alii inuitati erant domini suorum actuum, et vsus potentiarum erat in eorum potestate, et sic erant domini posse vti uel nolle vti, quantum est ex parte vtentis et elicientis vsum. 4° dico quod vsus rerum in conuiuio appositarum proveniebat ex duobus; primo ex dominio invitantis, cuius ciuiliter apposita erant, 2° ex dominio actuum et elicitationis vsus, qui est in potestate vtentis, et ex uoluntate invitantis subiciebantur tali dominio vsus apposita, vt ex voluntate inuitantis inuitati exercerent actum, in quo sunt proprii domini in rem suam appositam et sic in hoc concurrunt duo dominia, quorum primum est separatum ab vsu, quia est dominium eius, cuius est res, 2um est dominium inseparabile ab vtente et vsu, quod est exercere proprias potentias in vsu, quarum est dominus, ut patet. 5° dico quod iste vsus est non vsus juris, set naturalis et ideo inpertinenter loquutus fuit in hac materia papa *Iohannes,* vbi supra, adducendo diffinitionem vsus in jure positam, vt arguat vsum rei vsu consumptibilis a dominio non distingui, quia non agitur hic de vsu causidico juris, set de vsu potentie, quo in actu est potentia exercentis circa aliquid, secundum quod communiter dicimus; nos vtimur pane, vino et consimilibus. 6° dico quod, quia condecens est, ille, qui est dominus civilis appositorum, vult quod invitatus ab eo ad conuiuium vtatur dominio potentiarum suarum, exercendo eas in vsu in re sua vsu consu[m]ptibili, ita quod priuetur concedens dominio rei et transeat (2) in vilitatem invitati vtentis illa re, et ex hoc potest aliquo modo iste vsus terminatus ad consumptionem rei dici dominium, quia terminatur in consumationem totalem rei ad suam vtili-

(1) Cf. Matth. IX, 11; Luc. V, 29; XI, 37; Marc. II, 15.

(2) Codex: *transeant.*

tatem et priuationem dominii inuitantis, cuius res primo erat. 7° dico quod [f. 22 r] hec inuitatio non est simpliciter licentia, set est inuitatio, precatio et voluntas precibus conpellens ex caritate uel dilectione, et secundum papam *Iohannem*, que dat jus invitato. 8° dico vitiosum est in fide omnia xpi et apostolorum opera scruptinio uel[le?] subicere rationis, ut probantur credibilia; supponenda enim sunt perfecta et inde eorum perfectio meditanda, non primo discutienda et post fide tenenda; multa enim supra omnem nostram investigationem operatus est xps et apostoli. Et sic patet 2ª obiectio.

Ad 3ᵃᵐ obiectionem respondeo. Concedendo quod qui perfectam vouerunt paupertatem non possunt pecunie loculos tenere propter rationes tactas, nisi forte in casu necessario, in quo aliter sibi subueniri non potest commode et honeste et sine impedimento maioris boni. Nunc autem dico, primo, quod xps in habendo loculos personam sumpsit inperfectorum non perfectorum, vt est habitum supra. 2° dico quod, quia multitudo magna sepius sequebatur xpm etiam extra ciuitates (1) et non erat eis actum (2) portare neccessaria, puta panem, vinum et alia, nesciebatur etiam ab apostolis quot erant, qui debebant sequi xpm, et pro quot preparare deberent, ideo commodius fiebat per loculos pecunie quam per portationem victualium; non sic est conueniens Fratribus Minoribus, quos non sequitur talis multitudo, nec tantus fructus euenit fidelibus, nec eis competit alios pauperes uel sequaces pascere, set potius conuenit eis pasci a fidelibus. Ex caritate xps hec opera faciebat uel neccessitate sua et aliorum, non ex cupiditate, nam sepe dicebat: *habeo* (3) alium *cibum manducare,* et *non* (4) *ex solo pane viuit homo,* cum etiam tunc pane indigeret et famem realiter sustineret. Et sic patet solutio instantie et per consequens totum tertium dominium.

4ᵐ dominium concessiuum potestatis, et de hoc sicut de precedentibus:

primo vocabulum istius dominii declarabo,

2° conclusiones 3ᵉˢ circa illud formabo,

3° circa dicta obiciam et responsa dabo.

Dico ergo primo quod dominium concessiuum potestatis est, cum dominus rei dat alicui sibi amico potestatem liberam super res suas ad accipiendum sibi et in suum vsum et dominium conuertendi ciuiliter et proprietarie, vt possit vendere, alienare et eicere et queque voluerit proprio nomine facere. Talis, cui sic potestatiuum dominium conceditur, potest dicere, quod est dominus habitualis omnium que habet; sic effectus et vsitatus modus loquendi est apud vulgus, licet non apud leges; isto modo, licet largiore, vtuntur amici multum invicem confidentes, quorum vnus offert alteri omne quod habet, et potest tam in particulari quam in vniuersali dicere: hec tua sunt, quia amicorum *omnia* sunt *communia,* ut dicit Seneca (5).

Circa hoc dominium pono conclusiones. Prima conclusio. Ponere tale concessiuum dominium collatum esse a deo patre suo dilecto vnigenito xpo quo ad humanitatem, siue vt homini filio dei, in omnibus hiis temporalibus, non videtur dissonum fidei, nec scripture sacre, nec dictis

(1) Cf. Matth. VI, 25; Luc. VII, 11; Marc. III, 7; Ioh. VI, 2 ss.
(2) Lege *aptum*. (3) Ioh. IV, 32. (4) Matth. IV, 4.
(5) Lib I, ep. 6. *Opera omnia*, ed. Haase, III, Lipsiae, Teubner, 1886, p. 10: « Sciunt enim [amici] ipsos omnia habere communia ». Cf. etiam, *De beneficiis* eiusdem Senecae, lib. VII, cap. 2. et 12, ed. cit. II, 1884, 137, 142.

sanctorum, iuxta illud Mt. 8 (1): *omnia michi tradita sunt a patre meo.* et Io. 17 (2): *mea omnia tua sunt et tua mea.*

2ª Conclusio: Tale concessiuum dominium stat cum perfectissima paupertate, nec oportet ex necessitate ad perfectionem seruandam paupertatis renuntiari. Probatur, quia ex tali oblatione nil actualiter fit eius, cui fit talis oblatio, etiam si acceptet oblationem, quia adhuc per illud posse, quod acceptat, nil est adhuc deductum ad actum; potest enim sistere in posse sibi accipere que vult et quando vult, et tamen nil accipere pro tunc; et sic non conuin- [f. 22 v.] citur aliquid habere proprium uel in communi, nec habere aliquid, quod opporteat renuntiari ad perfecte paupertatis obseruationem. Alias xps, cui a patre facta est hec oblatio, renuntiasset tali oblationi, quod non invenitur, uel etiam (profitens) (3) in ordine Minorum, non cogitur tali oblationi renuntiare, si facta sit sibi a quocunque domino, in quo jus non habet talis profitens.

3ª Conclusio: Posito hoc dominio concessiuo potestatis in xpo uel etiam in apostolis, videntur posse ad concordiam reduci due prefate opiniones, puta pape *Iohannis* et *Michaelistarum,* saltem in hoc dominio non discordant. Patet, quia tale dominium, vt dicit 2ª conclusio, non repugnat, set stat cum perfecta paupertate, et per consequens non dissonat *Michelistis*, qui militare se credunt pre aliis pro summa xpi et apostolorum paupertate. Ex alia parte tale domimium non dissonat, set consonat pape *Iohanni,* qui non querit aliud, nisi quod concedatur xpm dominum omnium temporalium et habuisse a deo tale dominium, licet non percepisse vsum uel fructum.

3º loco sunt obiectiones mouende et soluende. Prima est hec: Cum deus pater sciuerit ab eterno xpm ex perfectione paupertatis tale dominium concessiuum potestatis in exequutione non debere ponere, alias declinasset a perfecta obseruatione ar[c]tissime paupertatis, cur sibi obtulit? videtur enim non solum otiosa et superuacua, set etiam ad inperfectionem inclinatiua, ipsa enim temporalium obligatio videtur homini viatori temptatio.

2ª obiectio. Cum renuntiatio talis dominii sic oblati sit maior elongatio a mundi dominio, cur xps non renuntiauit, set potius acceptauit et propinquiorem se fecit dominio temporalium, vt patet, quia sola acceptatione fit dominus.

3ª obiectio. Cum ponendo hoc concessiuum dominium faciliter concordare possint tam *Micheliste* quam *Iohanniste* et decretales, que sic videntur opposite, quomodo viri tam excellentes, qui habuerunt hoc tractare, non perceperunt conuenientiam, et finem posuerunt disputationibus? Nam si nos scioli considerantes omnia vtriusque partis obiecta, conspicimus faciliter inter opiniones convenientiam, quanto magis tante fame et dignitatis doctores et tam celebre consilium, quantum exprimitur super hanc materiam celebratum ad constitutionem decretalis, que incipit: *Cum inter nonnullos!*

Ad hec respondeo. Ad primam obiectionem, cum dicitur: Cur pater celestis etc. respondetur quod ex tali oblatione patuit magis virtus xpi, que circa resistentias et temperantias perficitur, sic etiam et famem intulit et temptationem et quia xps restitit, virtuosius thriumphauit. Apertius ergo et gloriosius apparet xi ad perfectam paupertatem amor, cum tam fuit propinquus ad possidendum omnia et propter paupertatis perfecte

1) Revera XI, 27. (2) V. 10. (3) In margine.

obseruationem nec ad modicum voluit suam paupertatis obseruantiam relaxare, profecto magne perfectionis ostendit nobis exemplum.

Ad 2am obiectionem responsio similiter, quod licet esset maior elongatio a mundi dominio renuntiasse illi dominio concessiuo, non tamen fuisset exercitium tante virtutis; in maioribus temptationibus magis effulget virtutis trihumphus et magis patet exemplum probe operationis et ideo xps temptari se passus est, vt nos in nostris temptationibus auxiliemur.

Ad 3am obiectionem respondeo: Credo, ymo non dubito, quod vtraque pars opinantium vidit, quod per variam acceptionem vocabulorum opiniones concordabant, tamen proteruia fuit in causa, quia quilibet volebat alteri parti superesse et quia a principio vna pars alteri et econtrario heresim iniecit, ad concordiam ex verecundia reuerti nolu- [f. 23 r.] erunt, set in rixas et criminationes amplius scanderunt. In hiis culpa inexcusabilis fuit ex parte *Michaelistarum,* qui temerarie nimis in papam *Iohannem* heresym iactauerunt; et sic patet solutio ad obiecta et per consequens ad totum dominium (1).

Nunc dico ad *primam propositionem,* quam hereticam asseruerunt *Michaeliste.* Cum enim dicunt, quod asserere xpm in quantum hominem ab instanti sue conceptionis habuisse ex dei datione vniuersale dominium rerum omnium temporalium, sicut habet vniuersalis rex et dominus temporalium, est hereticum, dico quod si *Micheliste* intelligunt dicere, quod sit hereticum Xm habuisse dominium rerum temporalium eo modo, quo habent reges temporalium, qui percipiunt bona euentus et fructus sui regni et preliantur pro defensione, ne sibi accipiatur (2) regnum, uel fructus regni diminuantur, credo quod dicant verum, quoniam iste modus habendi contradicit euangelio et doctrine xpi, qui docet *in judicio* (3) uel prelio res temporales non defendi, et in hoc non discordat ab eis papa *Iohannes,* quia dicit quod xps a perceptione fructus regni abstinuit. 2o dico quod *Michaeliste* intendunt per illam propositionem, quam dicunt hereticam, quod xps non fuerit rex temporalium, nec ius habuerit defendere in judicio uel in prelio regnum suum etiam ex caritate pro salute aliorum et non ex cupiditate sua, dico quod papa *Iohannes* non reputat istam hereticam, set concedit etiam quod apostoli hoc potuerunt et perfecti viri hoc inveniuntur fecisse. Videtur igitur dicendum, quod si fuit rex temporalium, hoc potuit vbi caritas mouebat, nisi aliud magis exemplare et vtile apparuisset. Et ideo videtur michi, quod concedere sub intellectu *pape Iohannis,* non sit concedere hereticum, ymo catholicum, supposito semper quod xps verus fuerit rex temporalium sicut alii reges, qui actualiter regunt et possessionem tenent. Dico 3o quod si *Michaeliste* intendunt negare quod xus non est dicendus rex temporalium, dico hic cum papa *Iohanne,* quod contradicunt sacre scripture, que xpm dominum et regem dicit etiam temporalium. Debet ergo quilibet catholicus simpliciter concedere, quod dicit sacra scriptura, siue dicat quod *pater maior est filio* (4), siue quod pater non est maior filio (5), set quodlibet dicit sacra scriptura et quodlibet est concedendum, et negare est contradicere euangelio et infertur heresis; et sic (intendit) (6) papa *Iohannes* inferre heresym in *Michelistas.* Concedatur ergo cum sacra scriptura quod xps fuerit rex etiam temporalium, quia est catholicum, set quomodo fuerit rex et dicatur do-

(1) Hoc iudicium Andreae Richi de controversia inter Iohannem XXII et Michaelem de Caesena iustissimum est.

(2) Sic codex, melius tamen legendum esset *arripiatur.* (3) Cf. Matth. V, 40.

(4) Cf. Ioh. XIV, 28. (5) Cf. Ioh. XVII, 21-22. (6) In margine.

minus videndum in 4^{or} modis distinctis istius vocabuli: dominium. Et si 4us modus, qui est dominium concessiuum potestatis, posset saluare sacram scripturam, ita quod sacra scriptura particularius dominium non intendat testificari de xpo, nisi dominium commissiuum potestatis, non discordaret ab opinione *Michaelistarum,* nec contradiceret sacre scripture, nec papa *Iohannes* posset inferre heresym, licet videatur se sentire quod dominium actuale habuerit, set tamen ex hoc non potest inferre hesesym in negantes, si solum ponant dominium commissiuum potestatis, ex quo per hoc dominium saluatur scriptura.

Ad 2^{am} propositionem (1) quam hereticam dicunt, que est: quod dicere quod xps in quantum homo viator per successionem temporis adquisiuit sibi et habuit in speciali dominium proprium et immediatum vestimentorum, alimentorum, calciamentorum (2), loculorum partim per collationem fidelium, partim per emptionem est hereticum, dico quod heretica esset, si acciperetur dominium ciuile et proprietarium de quo est supra dictum; set non heretica [f. 23 v] si accipitur dominium vsus xpi in hanc rem concessam uel aliter licite vsu deputatam, uel etiam non est heretica secundum modum loquendi pape *Iohannis,* qui vocat dominium quod conceditur ad vsum consumptiuum, patet supra.

3^{a} propositio, (3) quam hereticam dicunt, est: quod dicere quod xps nunquam consuluit apostolis abdicationem omnis proprietatis et dominii omnium rerum temporalium est hereticum. Patet quod est vera pro dominio ciuili et proprietario, non pro aliis dominiis.

4^{a} propositio, (4) quam hereticam dicunt, est: quod dicere quod xps non dedit aliam legem apostolis quam discipulis, intelligendo per discipulos quoscunque fideles, vt Iosep ab Aramatia, qui in speciali erat diues (5), et Lazarum (6) et Simonem (7) leprosum et Dorcam (8), qui habeba[n]t dominia in speciali, est hereticum. Ad hanc dicit papa *Iohannes,* quod non invenitur, quod xps aliam

(1) Bulla « Quia vir reprobus » *BF* V, 442. « *Et nihilominus habuit* [Christus] *dominium rerum aliquarum temporalium non ab instanti suae conceptionis, sed postea successive modis aliis utpote ex collatione fidelium vel emptione acquisitas: et quae sint illa, videamus* ». Prosequitur ib. ostendens ex locis N. T. illa fuisse tunc *vestimenta, calceamenta,* loculos etc. — Est quoque Propositio II appellationis Michaelis 26 mart. 1330, *BF* V, 426 nota. « *quod dominus noster Iesus Christus, in quantum homo, per successum temporis diversis modis acquisivit sibi in speciali dominium proprium et immediatum quamplurium rerum temporalium, sc. vestimentorum, alimentorum, et loculorum* »; Cfr. litteras eiusdem *BF* V, 430, col. 1. (2) Codex habet *calmamentorum.*

(3) Cf. Ead. bulla *BF* V, 438, col. 2. « *Ad hoc autem... dicimus, falsum esse, quod* [Christus] *consuluerit apostolis et discipulis suis ad minus, quod non haberent in communi:...* ». Prop. VI appell. cit. l. c. 427, col. 1: « *Quod Christus numquam consuluit apostolis nec aliis discipulis abdicationem proprietatis et dominii omnium rerum temporalium in speciali nec in communi* ».

(4) Bulla cit. l. c. 444; « *Nec reperimus, quod Iesus dominus noster aliam legem vivendi discipulis dederit et aliam apostolis suis...* ». Et Prop. IV appell. cit. l. c. 426, « *Quod Christus non dedit aliam legem vivendi apostolis quam quibuscumque aliis discipulis, per discipulos intelligens quoscumque fideles Christi, quod patet per eius verba, quae talia sunt:* « *De discipulis autem constat, quod habuerunt aliqui multa: de Ioseph ab Arimathaea, de Lazaro, Martha, Maria Magdalena, de Tabita, quod interpretatur Dorchas, quam Petrus resuscitavit* ». (Cf. quoque Bull. cit. l. c. 444 c. 1. et litteras Michaelis 1331, l. c. 430, not.). (5) Cf. Matth. XXVII, 57. (6) Cf. Ioh. XII, 2. 3. (7) Cf. Matth. XXVI, 6; Marc. XIV, 3. (8) Cf. Act. IX, 36, 39.

legem dederit apostolis quam discipulis, eo quod ante missionem apostolorum ad predicandum; ex forma enim vocationis apostolorum nil apostolis invenitur injunctum nisi sequela. Patet Mt. 4º (1), quando vocatus est Petrus et Andreas, Iacobus et Iohannes et Mattheus et similiter in vocationibus aliorum apostolorum non inuenitur quod injunxerit xps eis nisi sequelam, et licet ipsi relictis omnibus dicantur sequuti xpm, non invenitur tamen quod reliquerint vestimenta.......... (2) nec domum; nam post primam vocationem, quam narrat Iohannes (3), fuit vocatus Petrus et Andreas alia vice de piscatione, sicut habetur Luc. 8 (4). Post hanc 2am fuerunt vocati 3º, quam vocationem narrant Mt. (5) et Mr. (6) et sicut dicit Glossa (7): Prima vocatio fuit ad simplicem notitiam, 2a ad familiaritatem, colloquium et complacentiam, 3a ad inseparabilem sequelam et obedientiam. Et sic per hoc tempus conuersionis non invenitur data lex, alias non iterum dedisset, cum ad predicandum misit; superfluum enim fuisset nouiter dare, si ante data fuisset; nec ista opinio videtur heretica, quia dicit papa *Iohannes* quod non invenitur in euangelio quod tempore vocationis apostolorum alia lex sit data apostolis quam discipulis. Hec enim est vera, licet etiam apostoli aliam legem viuendi perfectiorem assumpserint quam discipuli, vnde dixit Petrus pro aliis: *Ecce nos reliquimus omnia* (8), hoc tamen non invenitur adhuc precepisse eis Xm. Et etiam quia inveniuntur multa habuisse postea, dicit papa *Iohannes* quod reliquerunt quo ad affectum, nondum tamen quoad realem effectum. Cum autem missi sunt ad predicandum, tunc realiter dicti sunt apostoli, quia apostoli missi interpretantur. Tunc multa precepta data sunt apostolis, patet Mt. 10 (9) et Mr. 6º (10) et Luc. 9 (11), vbi precepit eis Xus quod nichil ferrent *in via, nec aurum, nec argentum in zonis, nec peram, nec duas tunicas* etc. Set hec precepta videntur fuisse temporanea, non pro omni tempore. Primo, quia invenitur quod post reditum a predicatione habuerunt loculos, sacculum et peram licite, sicut patet Io. 4º (12). Luc. 22º (13) et Io. 13º (14). 2º, quia dicit Augustinus in *libro euangeliorum* (15) quod illud non fuit preceptum, set potestas data recipiendi necessaria ab hiis, quibus euangelium predicabant, que apostolis obseruare licuit, et non seruare. Et quod fuerit temporale mandatum patet, quia Luc. 22º (16) xps dicit: *quando misi vos per mundum, nonquid aliquid defuit vobis? et nunc dico vobis, qui habet saculum* [f. 24r] *vendat, similiter et peram* etc. Videtur etiam hoc preceptum fore pro determinato tempore (17), ad determinatum opus, puta predicandi, quia cum xps misit discipulos 72 predicare (18), fecit etiam eis hec mandata, nec tamen invenitur, quod omnes illi discipuli renuntiauerint, esto quod in predicatione nil secum ferrent iuxta Xi mandatnm, et hoc vt non pretio rerum, set animarum zelo predicandi officium expeditissime exercerent.

Dico ergo ad hoc, quod licet hereticum sit negare hec non fore dicta sub forma precepti et exponendum est dictum *Augustini*, qui dicit quod non fuit preceptum, set licentia accipiendi necessaria. Intelligit enim non quod non fuerit preceptum non ferendi secum aurum etc., set quod non

(1) V. 18-22. (2) Hic habetur parvum spatium vacuum in codice. (3) I, 40-46. (4) L. c. non invenitur, sed V, 4-11. (5) IV, 18-20. (6) I, 16-18. (7) Cf. Glossam ordinariam ad Matth. IV, 18. (8) Matth. XIX, 27. (9) V. 5-34. (10) V. 8-12. (11) V. 3-5. (12) V. 8. (13) V. 36. (14) V. 29. (15) Cf. locos citatos in prima *Conclusione* supra p. 276. nota 6. (16) V. 35-36. (17) Cf. hac de quaestione Ott, *Thomas von Aquin* etc. 62 ss. (18) Cf. Luc. X, 1.

fuit preceptum accipiendi ab illis, quibus predicabant, necessaria, uel etiam non fuit preceptum laborandi et lucrandi victum, vt faciebat Paulus apostolus. Non ergo solum preceptum set etiam licentia. Dico etiam quod non videtur michi, quod *Michaelite* possint inferre heresym in asserentem talia precepta fuisse temporalia, uel non fuisse data nisi apostolis, quia multi doctores dicunt fuisse temporalia, et euangelium narrat etiam data discipulis et in euangelio non expresse discernuntur hec. Post aduentum etiam Spiritus Sancti, apostolis et discipulis habitantibus in Ierusalem, non invenitur modus nisi vnus viuendi, ille videlicet modus, qui describitur *Actuum* 4º et 6º sine proprio et in communi habendo, nec doctores distinguunt, set omnibus illum modum viuendi actribuunt, tam apostolis quam discipulis, et ideo non videtur posse inferri hereticum, si dicatur, quod non invenitur alius modus viuendi ordinatus apostolis post aduentum Spiritus Sancti quam discipulis. Credo tamen quod licet non inueniatur expresse, tamen perfectior modus viuendi seruabatur ab apostolis etiam viuendo in communi cum discipulis, quam seruarent discipuli, et quod apostoli in communi nil habere ciuiliter volebant. Discipuli in communi ciuiliter habere uolebant et ex hoc *factum est murmur Grecorum adversus Hebreos, eo quod despicerentur in ministerio communi vidue eorum* (1). Conquesti enim sunt Greci, quod de communi erario, de quo uiuebant fideles, non prouidebatur eque viduis grecis conuersis, sicut hebreis. Apostoli autem, quia licet viuerent simul cum Grecis et Hebreis, nec inveniatur in scriptura pro tunc alius modus viuendi appropriatus apostolis, tamen quia apostolorum erat perfectio maior et in illo communi erario jus proprietarium, uel civile, etiam in communi habere recusabant, set solum administrationem pro aliis, et in hoc conueniret etiam papa *Iohannes* et non vinceretur hereticus, qui sic sentiret, vt puto.

Ad *5am propositionem* (2), quam hereticam dicunt, que est: quod xps non precepit simpliciter et absolute apostolis non portare *aurum* uel *argentum* nec *calciamenta*, set solum pro tempore, pro quo missi sunt predicare, set post reditum potuerunt habere [f. 24v] illa, hanc hereticam dicunt. Hic dico quod, quia multi doctores dicunt fuisse temporale preceptum obligans solum pro tempore, quo sunt missi ad predicandum, ideo temerarium videtur, quod sit error, alias oportet dicere quod Beda et Augustinus (3) et alii senserunt heretica. Ad 2am partem propositionis, que est quod post reditum a predicatione potuerunt illa, que inhibita eis fuerunt, habere, non videtur hereticum, nisi intelligatur de habere ciuiliter et proprietarie, quia multi doctores hoc tenent.

Ad *6am propositionem* (4), quam hereticam dicunt, que est: quod

---

(1) Act. VI, 1; cf. IV, 32-37.

(2) Bulla cit., 444, c. 2. « *Si vero consideretur tempus, quo missi fuerunt ad praedicandum, videtur quod illo tempore aliqua fuerint eis interdicta;* [i. e. ut statim subiungitur: *aurum, argentum, calceamenta* etc.].... *Ex quibus videtur, quod pro tempore viae praedictae tantum praedicta eis fuerint interdicta...... Si autem consideratur tempus post reversionem, tunc videtur quod eis licuerit habere praemissa in communi saltem.....* ». Et Prop. X appell. cit. 427.

« *Quod dominus noster Iesus Christus non, interdixit simpliciter et absolute apostolis suis ne possiderent aurum nec argentum et pecunias in communi et ne portarent calceamenta, sed solum inhibuit eis talia pro tempore viae, quando ibant ad praedicandum; post reditum autem a praedicatione poterant, ut dicitur, talia libere possidere et habere ac etiam portare* ».

(3) Cf. locos supra cit.

(4) Bulla cit. 445, c. 1. « *Si autem quaeratur de tempore post missionem Spiritus sancti, videtur adhuc distinguendum inter illos, qui ex Iudaeis conversi fuerunt in prim-*

apostoli singillatim proprietatem et dominium vestimentorum, alimentorum, caligarum et gladiorum habuerunt etiam post aduentum Spiritus Sancti in eos, et quod illa verba Petri(1): *Ecce nos relinquimus omnia* etc. non intelliguntur de abdicatione proprietatis, set solum de affectu cure et sollicitudinis, est hereticum. Hic dico quod ante missionem ad predicandum non erat factum preceptum relinquendi omnia, saltem non inuenitur in euangelio, et quia illa verba Petri fuerunt dicta ante talem missionem, ideo temerarium judico dicere, quod sit hereticum, quod intelligatur de abdicatione proprietatis.

Ad 7am *propositionem* (2), quam hereticam dicunt, que est: quod apostoli habuerunt et habere potuerunt in speciali et singillatim dominia castrorum et villarum et aliorum, quia non reperiebatur, quod xps dederit eis aliam legem quam discipulis, quibus licitum fuit. Hic dico quod apostolis non licuit habere ciuiliter et politice, set prout erant administratores fidelium et bonorum ecclesie.

Ad 8am *propositionem* (3), quam dicunt hereticam, que est: quod stante perfectione euangelica, apostoli potuerunt habere bona temporalia inmobilia, vt agros et predia, et quod talia in Iudea non retinuerunt, non fuit nisi quia preuidebant se transituros ad gentes. Hic dico quod qui dicit hanc hereticam, habet hereticare papam Melchiadem et qui in decreto hanc propositionem posuerunt, uel exponere.

Ad 9am *propositionem* (4), quam hereticam dicunt, que est: quod

tiva ecclesia Ierosolymitana, et inter gentiles. Quoad conversos ex Iudaeis videtur quod... omnia quae habebant sibi invicem communicaverunt... ». Ab hac communione bonorum Apostoli non erant exclusi uti patet ex *Actibus* et ex epistola Clementis Romani ad b. Iacobum episcopum Hierosolymitanum [XII, qu. 1. cf. l. c. 419 not.] etc. et confirmatur ex loco quodam Hieronymi qui « *Expresse quoque innuit et supponit, quod ante illam communionem habere potuerunt apostoli et discipuli eorum aliqua in proprio et in communi* ». Haec propositio deest in appell. cit. sed in litteris ad fratres minores 24 Ian. 1331, ubi dicitur quod papa Ioa. dogmatizare praesumpserit inter alia « *quod b. Petrus apostolus et alii apostoli Iesu Christi etiam post mortem Christi et* post missionem Spiritus sancti *in eos factam in rebus temporalibus eis concessis sive assignatis habuerunt proprietatem et dominium tam in speciali quam in communi* ». — *BF* V, 430 nota.

(1) Bulla cit. 417, 1. *Petrus dixit:* Ecce nos reliquimus omnia etc.; *non dixit:* « *Nos vendidimus omnia et dedimus pauperibus* », *sed dixit:* « Nos reliquimus omnia. *Possunt enim res temporales relinqui quoad curam et affectionem illarum sine dominii abdicatione...* ».

(2) Cf. quoad primam partem istius propositionis locos ad Prop. VIII et quoad alteram partem cf. ad prop. IV.

(3) Cf. Bulla cit. 417, 1. « *Et si quaeratur, quare apostoli agros et domos non retinebant in Iudaea, sed potius illis venditis habebant eorum pretia in communi, respondet Melchiades papa dicens:* « *futuram idest transituram ecclesiam in gentibus idest ad gentes apostoli praevidebant, idcirco praedia in Iudaea minime sunt adepti* ».... *Ex praedictis patet, quod apostolis fuit licitum, in Iudaea, si voluissent, retinere praedia; nec voto compulsi sunt, quod illa retinuerunt, sed voluntate propria, quia se non contracturos moram ibi, sed transituros praevidebant ad gentes* ». Cf. eamdem Bull. 419-20. Videas prop. V appell. cit. 426: « *Quod apostoli non abdicaverunt, sed habuerunt et licite habere potuerunt bona immobilia, ut agros et praedia quoad proprietatem et dominium in communi; et quod illa in Iudaea non receperunt nec retinuerunt, non fuit, quia hoc repugnaret eorum perfectioni, sed quia praevidebant in spiritu, se transituros ad gentes* ».

(4) Bulla cit. 419: « *Item eo, quod dicit* [Michael] *beatum Augustinum dixisse, apostolos vovisse rerum omnium abdicationem, dicit falsum; hoc enim beatus Augustinus non dixit, sed cum recitasset apostolos dixisse:* Ecce nos relinquimus omnia et secuti sumus te, *subiunxit:* « *Hoc votum potentissime voverant* »... (Sequitur explicans de quo voto

apostoli nunquam emiserunt votum abdicationis omnium temporalium. Hic dico primo, quod in euangelio non invenitur votum, set preceptum. Set Augustinus dicit, libro 17 *de ciuitate dei* capitulo 4° (1) super illo verbo: *Ecce nos relinquimus* etc., *hoc votum maxime vouerunt apostoli.* Set licet Augustinus dicat, non tamen hereticat negantes, nec Augustinus ostendit, vbi in euangelio exprimatur hoc votum, non enim est forma voti hec: *Ecce nos relinquimus* etc. uel etiam si esset forma voti, caderet votum magis super 2^am^ partem, que sequitur dum addunt: *et sequuti sumus te,* quia hoc est perfectorum sequi xpm, relinquere uero temporalia maxime fuit philosophorum; vel etiam Augustinus accipit votum pro voluntate, ac si dicat: *Ecce* voluntarie *relinquimus omnia,* idest, affectu *reliquimus omnia* illa dicta.

Ad *10^am^ propositionem* (2), quam hereticam dicunt, que est: quod apostoli potuerunt licite pro rebus temporalibus sicut pro propriis in judicio contendere et litigare. Hanc dicunt hereticam. Hic dico quod proprium ciuiliter non habebant et ideo pro proprio non poterant litigare, quia tamen administratores bonorum ecclesie erant, poterant, quia ad hoc mouebat [f. 25r] caritas, non cupiditas.

Ad *11^am^* (3), quam dicunt hereticam, que est: quod in prima multitudine credentium bona eis communia post distributionem bonorum, inter eos factam, non erant eis communia, set propria, quia quilibet efficiebatur proprietarius et dominus portionis sue assignate. Hic dico quod equiuocatur de fieri proprietarius, satis patet, non enim potest fieri eo modo, quo non licet in illa congregatione alicui aliquid habere proprium.

Ad *12^am^ propositionem* (4), quam dicunt hereticam, que est: quod votum religiosorum absque proprio viuere profitentium non se extendit ad illas res, quibus necessario eget vita humana. Hic dico quod papa *Iohannes* concedit istam propositionem, quia vt jurista (5) tenet, quod vsus non potest separari a dominio in rebus vsu

---

Augustinos loquatur, et convenit cum explicatione nostri auctoris). Cf. Appell. cit. 426, Prop. 3: « *Quod apostoli... nunquam a se abdicaverunt proprietatem et dominium omnium rerum temporalium nec votum abdicationis proprietatis et dominii omnium rerum temporalium emiserunt* ». (1) P. L. 41, 530.

(2) Bulla cit. 447-8. « *Cum ergo quaeritur, utrum apostolis et discipulis et eorum sequacibus pro rebus, quas habebant, licuerit et liceat litigare, videtur dicendum, quod illis, qui propria non habebant, pro rebus aliquibus tamquam propriis non licuit litigare; illis autem, qui habebant communia, pro illis ut pro communibus (animo ipsa bona communia defendendi vel repetendi sine fraude et alicuius iniuria) licuit litigare, praesertim illis, qui curam habebant illius communitatis, vel saltem alii eorom mandato...* ». Est Prop. IX Appell. cit. 427. « *Quod litigare in iudicio pro rebus temporalibus non distrahit nec diminuit a perfectione evangelica, et quod apostolis et viris evangelicis licuit in speciali et singillatim et etiam in communi pro rebus temporalibus in iudicio contendere et litigare* ».

(3) Bull. cit. 414, 2. « *Videtur etiam quod probabiliter possit dici, quod post distributionem bonorum usu consumptibilium, quae fiebat inter apostolos et credentes alios, ut dicitur* Act. cap. 2 et 4, *quilibet portionis sibi assignatae proprietarius et dominus posset dici* ». Cf. Prop. XI Appell. cit. 427: « *Quod bona ecclesiae primitivae sive multitudinis credentium, de qua scribitur* Act. cap. 4: « *Nec quisquam eorum... non erant illa communia post distributionem factam inter ipsos credentes, sed solum ante distributionem sive divisionem ipsorum* ».

(4) Bull. cit. 415, 1: « *Nec votum vivendi sine proprio videtur, quod se extendat ad talia, quibus necessario eget vita humana* ». Deest in appell. cit. sed est in litteris Michaelis 24 ian. 1331, l. c. 430 ubi dicitur: « ... *Et quod votum vivendi sine proprio ad res, quas necessario requirit vita humana, minime se extendit* ».

(5) Cf. eamdem expressionem in prima *Conclusione* p. 272.

consumptibilibus, eo quod non datur alicui vsus in jure nisi salua re, uel intellligit, quod vbi res consumitur, videtur transire in dominium vtentis, et illud vocat dominium.

Ad *13am propositionem* (1), quam hereticam dicunt, que est: quod xps habuit proprium in particulari et in communi res temporales. Hic dico quod verum est appellatiue, quia sic que xps habebat, appellabantur sua et suorum, nullo tamen horum modorum habuit ciuiliter et proprietarie.

Correlarium ad 8am conclusionem et vltimam sit hoc: *Micheliste*, post contractam heresym ex contumaci contradictione ad decretales pape *Iohannis* superius memoratas de xpi et apostolorum paupertate, in multas alias hereses et sententias ecclesiasticas et penas canonicas et peccatorum facinora sunt prolapsi. Nempe qui repagulum (2) aperit contumacie quasi luuone (3) precipiti in baratrum rapitur delictorum. Sic lapsi sunt *Michaeliste* de jam dicta contumacia in multas hereses pronephandas. Namque papam *Iohannem*, vtique legiptimum papam, ipsi primo hereticum vulgaverunt cum etiam suis omnibus successoribus in papatu, qui illas decretales sustinuerunt, uel etiam omnes, qui illas tenuerunt, uel catholicas putauerunt, uel eis adheserunt, inde ad nequitiora ruentes, electionem ad papatum: O summum pronephas in scandalum omnium fidelium sibi preripuerunt et quemdam fratrem *Petrum de Corbaria* ordinis Minorum et secte ipsorum sibi scismatice prefecerunt et post hoc *duci Bauarie*, iam pro imperatore electo, et post pro heresy dampnato, adheserunt et ad vsurpandam sibi coronam imperii vi sola armorum contra omnem juris ordinem, ducem ipsum associauerunt, imperatorem legiptimum predicauerunt et se ipsi duci confederauerunt (4). Cardinales scismaticos et episcopos ordinauerunt (5) et quod omnem haberent auctoritatem, ac si veri episcopi et cardinales essent, dogmatizauerunt. Sed in malum (6).

Romae, *e Collegio S. Antonii.*

(Continuabitur) P. LIVARIUS OLIGER, O. F. M.

---

(1) Cf. supra p. 690-91. propositiones I et II. (2) Codex: *repangulum.*

(3) Sic videtur legendum in codice; forsitan textus originalis habebat *illuvie*, vel provenit hoc vocabulum a quodam vocabulo italico illius temporis ac idem significare videtur ac torrens. Apud Du Cange desideratur.

(4) Hoc in memoriam revocat quod Occam Ludovico Bavaro dixisse fertur: « O Imperator, defende me gladio et ego defendam te verbo ». Trithemius, *de Scriptoribus ecclesiasticis*, ap. Goldast, *Monarchia* I, Hanoviae 1612, Introcuctio.

(5) Eubel, *Der Gegenpapst Nikolaus V und seine Hierarchie*, ap. *Historisches Jahrbuch*, XII, 1891, 276-308 collegit notitias de 8 Cardinalibus et 18 episcopis schismaticis creatis ab antipapa Nicolao V, quam dissertationem reassumit idem BF V, p. 353-4 nota 3. Registrum Nicolai V habetur in Archivo Vaticano Regesta Vatic. vol. 118, quod per modum regesti edidit idem P. Eubel sub titulo: *Der Registerband des Gegenpapstes Nicolaus V in Regestenform veröffentlicht*, in *Archivalische Zeitschrift herausgegeben durch das Bayerische allgemeine Reichsarchiv in München*, N. F. IV, München 1893, 123-212. Plura documenta ex eodem Registro Nicolai V iam ediderat sive in extenso sive per modum regesti S. Riezler, *Vatikanishe Akten zur deutschen Geschichte in der Zeit Ludwigs des Bayern*, Innsbruck 1891, p. 380-413.

(6) Hic cessat tractatus Fratris Andreae Richi in codice. Videtur autem aliquid deesse, uti iam introductione adnotavi (cf. p. 262). Hunc finem deficere vere lugendum. Nam auctor videtur hic texere ulteriorem historiam Michaelistarum, et forsitan eorum evolutionem prosequebatur usque ad tempus, quo scribebat. Hoc eo maioris momenti esse debebat, quod Andreas Richi ab initio huic pugnae astiterat.

COMPENDIUM CHRONICARUM FRATRUM MINORUM

SCRIPTUM A PATRE MARIANO DE FLORENTIA.

(Continuatio) (1).

Carolus IV imperator, Ordinis plurimum devotus, anno **1378** migravit ad celum. Post cuius mortem Helisabeth imperatrix habitum induit tertii Ordinis, et humiliter conversata miraculis claruit (2).

Eodem anno in Cereth Vualachie minoris, ab infidelibus arbores adorantibus duo Fratres fuerunt sacro martirio coronati (3).

Scisma ortum est anno prelibato, quale nondum fuit in Ecclesia Dei, quod duravit annis 40. Nam defuncto Gregorio XI, Cardinales crearunt Urbanum VI, italicum, a quo recesserunt 14 Cardinales Gallici, et in civitate Fundi alium crearunt, natione Gallum (*a*), quem Clementem VII appellarunt. Qui in Avinione resedit (4).

Frater Leonardus Generalis, hoc ipso anno ab Urbano VI fuit Cardinalis factus (5), sed ipse Clementi adherens ad eamdem dignitatem ab ipso Clemente fuit assumptus. Quapropter contra ipsum indignatus Urbanus, statim ipsum ab officio depositum declaravit et fratrem Lodovicum de Venetiis Vicarium Ordinis instituit et fratri Thome de Ferignano prefatam dignitatem contulit et episcopum Tusculanum fecit.

Clarebat tunc in Hyspania frater Rodericus Robicii, vir penitentie mirabilis, (**46** r:) amator paupertatis, mundi contemptor et spiritu prophetico illustratus, qui in conventu Valdeari Custodie Colimbriensis requiescit (6).

Valentinus de Narnio, sanctitate insignis, 30 annis solo pane et aqua contentus (*b*), in ecclesia Sancti Francisci de Assisio tumulatus, multis claruit miraculis (7).

Martinus, vir optimus et sanctus, qui moriens signis clarens in Fulgineo tumulatus [est] (8).

Niccolaus de Assisio, infirmarius, charitate plenus, vita sanctissimus, quem a Deo (*c*) mirificatum in celis, miracula attestantur in terris, que per eius preces et merita, Dominus quotidie operatur Perusio, ubi iacet (9).

(*a*) Cod. *Gallus*. (*b*) Cod. *contemptus*. (*c*) Cod. *adeo*.

(1) Cf. AFH I, 98-107; II, 92-107; 305-18; 457-72; 626-41; III 294-309.
(2) *Conf.* 362. Wadd. 1378, n. 11; 1381, suppl. n. 2.
(3) *Conf* 335, 556. Wadd. 1378, n. 12.
(4) Ab an. 1378—1417. Urban. VI, 9 april. 1378—15 oct. 1389. Clem. VII, 20 sept. 1378, — c. 31 oct. 1394. Raynaldus an. 1378 sqq. Glassb. 212s.
(5) A solo Clemente VII creatus est card. cf. supra p. 308, n. 5.
(6) *Conf.* 321, 535. (7) *Conf.* 202s., 504. Wadd. 1378, n. 12.
(8) Cf. supra p. 301, n. 6. Wadd. 1355, n. 2; 1366, n. 22. (1241, n. 25; 1213, n. 5). (9) *Conf.* 284, 504. Wadd. 1378, n. 12; 1413, n. 5.

Ventura, etiam laycus et sanctus, paupertatis amator, caritate ignitus, qui Fratres forenses recipiebat, Perusii discedens, ibidem miraculis emicuit (1).

Antonius de Tegminis, Pisanus, in legibus doctus, vita sanctissimus, in Monteluco, supra Spoletum, miraculis corruscat (2).

Leonardus de Montepolitiano, in omni scientia et virtute singularissimus habetur (3).

Andreas, Provincie Bononie, in Arimino signis claret et miraculis (4).

[Quinquagesimum sextum] Capitulum Generale (5) celebratum est Strigonii (*a*) Provincie Hungarie, anno Domini **1379** et Ordinis 171, per fratrem Lodovicum de Venetiis, Vicarium Ordinis, impensis Lodovici regis, in quo ipse frater Lodovicus in 25 Generalem electus est (6).

Anno Domini **1382**, illustrissimus Lodovicus, rex Hungarorum, 40 anno sui regni in Domino requievit. Hic ante mortem suam regnum dimictens, solique Deo vacans, cum Fratribus semper ibat in choro ad officium persolvendum habitu indutus ut Frater, et ita indutus obire voluit et sepelliri (7).

Eodem anno Urbanus papa fecit Sancte Romane Ecclesie Cardinalem fratrem Lodovicum Generalem (8).

[Quinquagesimum septimum] Capitulum Generale celebratum est Ferrarie, anno **1383** et Ordinis 175, per fratrem Lodovicum Cardinalem et Vicarium Ordinis, in quo fuit electus in 26 Generalem Ministrum frater Petrus de Cassano Provincie Sancti Bernardini, qui dum Provinciam Tuscie visitaret et iam fere duos annos Ordinem rexisset, (**47** v:) infirmatus, in conventu Pistoriensi vitam finivit (9).

Anno Domini **1384** frater Paulus Trincius, Pater Fratrum Observantium, habuit a fratre Guillelmo de Hast, Ministro Provincie Sancti Francisci, auctoritatem recipiendi ad Ordinem novitios. Nam usque modo ipse frater Paulus mictebat ad Ordinem confugientes, ad Ministrum Provincie, qui eos recipiebat, remictebatque fratri Paulo, sicque in dies familia ipsa numero et merito augebatur (10).

[Quinquagesimum octavum] Capitulum Generale celebratum est Padue, anno Domini **1385**, Ordinis 177; in quo frater Martinus de Sancto Georgio de Ripalo, Provincie Ianue, electus fuit in 27 Generalem Ministrum (11).

(*a*) Cod. *Strigonis*.

---

(1) *Conf.* 234, 504. Wadd. 1378, n. 12; 1254, n. 48; 1422, n. 6).
(2) *Conf.* 241. Wadd. 1313, n. 9; (1399, n. 24).
(3) *Conf.* 520. Wadd. 1378, n. 11; (1344, n. 8).
(4) *Conf.* 264, 524. Wadd. 1378, n. 12; (1292, n. 24, cf. 23).
(5) Wadd. 1379, n. 1. Glassb. 213. Gubernat. I, 172, III, 75-6. ChHLeg. I, 88.
(6) Cf. p. 308, n. 4.
(7) Wadd. 1382, n. 2. Lud. I, Magnus dictus (1342—1382, 12 sept.).
(8) Cf. p. 308, n. 4.
(9) P. 308, n. 7. Glassb. 215. Gubernat. I, 173, III, 77. ChHLeg. I, 88.
(10) Wadd. 1382, n. 3; 1384, n. 2-5, ubi litterae Guillelmi, quae et Gubernat. II, 10ss.
(11) Wadd. 1385, n. 1. Supra p. 308, n. 8. Gubernat. I, 173, III, 76-7.

Hoc ipso anno frater Lodovicus de Venetiis, Cardinalis, di[f]-famatus de proditione apud Dominum Urbanum, demersus est in mare cum aliis quinque Cardinalibus (1).

Ad requisitionem Regine Suetie et precibus monialium Sancte Clare de Sancto Laurentio in Panisperne de Urbe, Bonifacius papa IX, die 7 octobris Rome in cathalago Sanctorum ascripsit Sanctam Bircitam de Suetia (2).

Frater Martinus Generalis anno 1387 in Castro novo, Provincie Ianue, infirmatus, ibidem defunctus sepultus fuit. Quo mortuo, confirmatus est Vicarius Ordinis per Dominum Papam frater Henricus de Ast, Minister Provincie (3).

[Quinquagesimum nonum] Capitulum Generale celebratum est Florentie (4), anno prefato, per fratrem Henricum Vicarium Ordinis; in quo idem frater Henricus fuit in 28 Ministrum electus, qui fuit valde favorabilis fratri Paulo Trincio et suis fratribus de familia Observantie nuncupatis, etiam plurima loca sibi concedens Provincie (*a*) Marchie et Sancti Francisci et Rome (5). Unde ipse frater Paulus in Provincia Marchie instituit suum coadiutorem ad regendum prefatam Provinciam fratrem Franciscum de Fabriano. Hic frater Franciscus quinquaginta annos in omni sanctitate vixit, amplians et dilatans novam plantulam familie Observantium; qui tandem a Domino evocatus, corpus reliquit in loco Heremite apud Fabrianum (6).

Frater Paulus Trincius, cum iam esset tam ex rigore vite austere quam senectute nimis debilis, ac etiam oculis suis caligare cepisset, suum Commissarium et coadiutatorem instituit fratrem Iohannem de Stronconio, Provincie Sancti Francisci, ad regendum loca et Fratres sibi subiectos, et ipsum Florentiam destinavit, ut ibi aliquem locum caperet (*b*).

(47 r:) Hic frater Iohannes (7), omnibus pene virtutibus ornatus, et cum esset angelicus predicator ac miraculis et spiritu prophetie clarus, in diversis Provinciis quamplura loca Observantie fundavit et plures conventus ad regularem observantiam reduxit, et multos habitum sancte Religionis induit, qui in viros magne sanctitatis evaserunt. Hic frater Iohannes locum recepit in monte Fesulano apud Florentiam (8), per quem Deus uberes fructus collegit (*c*), et nimium regularis observantia inaucta est.

Florebat etiam tunc frater Angelus de Monte Leone, Observantie zelator precipuus, qui ob suam vitam sanctissimam pluries me-

(*a*) Cod. *Provinciam*. (*b*) Cod. *ceperet*. (*c*) Cod. *collexit*.

(1) Raynaldus, an. 1385, n. 2 sqq.; mense dec. 1385. Supra 308 n. 2.

(2) Canoniz. 7 oct. 1391. Bulla canoniz. *Acta SS.* oct. IV, 468-72. Cf. AFH I, 495; III, 182.

(3) Supra p. 308, n. 8. H. Alferus Astensis. Wadd. 1387, n. 1.

(4) Wadd. 1387, n. 7. Glassb. 216. Gubernat. I, 173, III, 77. ChHLeg. I, 89.

(5) Wadd. 1388. n. 1: 1390, n. 2. Gubernat. II, 12s.

(6) Wadd. 1390, n. 3. Gubernat. II, 13s.

(7) L. c. n. 4. Aquil. 17: Wadd. 1399, n. 49 (conv. Faesulanum) 1403, n. 1; conv. S. Juliani; 1415. n. 35-6; de quo Aquil. 16, 115.

(8) Cf. not. praeced.

ruit apparitione Iesu Christi consolari et spiritu prophetico claruit, miraculaque fecit et mortuos suscitavit (1).

[Sexagesimum] Capitulum Generale celebratum est Assisii anno **1390**, Ordinis vero 182; per fratrem Henricum Generalem (2), in quo Capitulo Magister Bartholomeus Pisanus presentavit librum de Conformitatibus Beati Francisci, quem nuper ediderat (3).

Hic frater Bartholomeus, Sacre Theologie Magister et magnus predicator, vir utique devotus et sue professionis zelator precipuus fuit et plurimos a demonio obsessos (*a*) liberavit, et alia miracula fecit. Scripsit enim multa, videlicet librum de gestis et dictis Salvatoris. Item, opuscula de passione, de resurrectione et de ascensione Domini. Item, opus, quod Mariale appellavit. Item, de vita et laudibus apostoli Pauli, magnum et pulcherrimum volumen. Item, librum de vita et laudibus Sancti Benedicti, per meditationes et fructus procedens, in duas partes divisum. Alium etiam composuit de laudibus et vita Sancti Dominici. Item, alia opuscula et vitam et miracula Beati Gerardi (*b*) de Valentia, et sermones multos, tam quadragesimales quam de Sanctis per totum annum. Clarebat etiam hac tempestate:

Frater Malcoaldus de Sancto Miniato, vir famosissimus et magni luminis, scientia decorus, nec non profunda humilitate preditus, ob quam ad sacerdotii (*c*) dignitatem nunquam ascendere voluit. Hic multos annos Bononie sacram theologia legit (*d*) (4).

Antonius de eadem terra, Magister Sacrae Theologie, predicator famosus per Italiam, Parisius quoque in lectura floruit (5).

(**47v**:) Franciscus Cremonensis, sacre Theologie et utriusque Iuris Doctor, sue eruditionis experimentum fecit. Ob quas virtutes Episcopus Bergomensis creatus est (6).

Anno Domini **1391** undecima die Novembris, in platea sancte Civitatis Hierusalem a Sarracenis ob predicationem vere fidei cum gladiis, innumerabilibus ictibus, crudeliter interfecti sunt frater Niccolaus de Sibinico, frater Donatus de Ruticinio, frater Petrus de Narbona, frater Stephanus de Lanich, corsus (7).

[Sexagesimum primum] Capitulum Generale celebratum est Colonie Alamanie anno **1393**, Ordinis vero 185, per fratrem Herincum Generalem (8).

Claude Blanvillain	1621	11 janvier	120
Jean Seillon, prov.	1623	9 juin	328
Laurent Le Creux	1623	12 octobre	718
Jean Chrystome Nigot	1629	12 décembre	729
Claude Martini	1630	29 juillet	537
Vincent Chevereau	1630	28 octobre	721
Pierre Bellot, prov.	1630	20 décembre	730
Jean Thomas	1631	31 mai	326
Germain Papon	1631	2 juillet	531
François Soyer, prov.	1631	24 septembre	548
Antoine Rousselle, prov.	1631	21 novembre	725
Edme Pichoret	1632	26 octobre	720
Grégoire Moreau	1633	8 avril	312
Denis Bausse, prov.	1634	19 mars	136
Philippe Verjus	1634	19 avril	316
Pierre Le Franc, prov.	1634	16 mai	324
François Le Maistre	1634	11 juin	329
Louis Broué	1634	24 juillet	536
Etienne Grosgnet	1635	5 mai	320
Jean Chapelle	1637	2 septembre	542
Gabriel Montfort	1637	14 septembre	544
Jean Pourreau, prov.	1638	23 mai	325
Jean Muguet	1638	11 juillet	533
Simon Pithiaut	1638	7 octobre	717
François Mignot	1638	16 novembre	724
Hilaire Huot	1638	8 décembre	728
Hugues de Bray, prov.	1639	10 mai	321
Pierre Baron	1640	4 novembre	722
Jean Baptiste Gendré	1642	21 mars	136

(1) Cf. Bibl. Nat., Coll. Dupuy, 88 (61), le placard de ses thèses soutenues le 21 nov. 1590. — A la p. 331, lire 1592 au lieu de 1692.

	ANNÉE	MOIS	PAGE
Louis Marie	1642	26 juin	332
Denis du Jour	1643	23 juin; 16 août 331,	539
Pierre Frechot	1643	20 octobre	719
Pierre Preshot	1643	21 octobre	720
Martin Meurisse, évêque	1644	28 novembre	726
Edme Piat	1645	25 septembre	548
Florentin Gallimard	1645	24 octobre	720
Edme Poullet	1646	26 janvier	124
Didier Parisot	1646	28 avril	318
Louis Capton, prov.	1646	26 novembre	726
Paul Coullon	1647	28 septembre	549
Edme Durand	1649	16 septembre	545
Thomas Baron	1649	11 décembre	726
Saro Gérard, prov.	1650	7 mai	321
Etienne Germain	1651	16 avril	315
Charles Sauvage	1651	23 novembre	725
Davion	1652	25 janvier	124
Laurent Blaisot	1652	12 juin	329
Anthelme Sethier	1652	6 novembre	722
Louis Jolly	1653	6 janvier	119
Antoine Du Teu, prov.	1653	16 janvier	122
Jacques Dunnepart	1653	8 mai	321
Pierre Boisleau	1653	9 octobre	718
Bonaventure Guyniot	1653	30 décembre	732
Pierre L'Eguisé	1653	31 décembre	732
Pierre Robbe, prov.	1655	24 février	131
Dominique Mailliot	1657	18 juillet	534
Didace de Montarlot	1658	11 mars	134
Nicolas du Puis	1659	9 janvier	120
Antoine Merat	1659	31 mars	138
Honoré Borelly	1659	28 août	542
Jean Vallengellier	1659	29 octobre	721
Claude Gerbault	1661	27 août	541
Henry Claude Leclerc	1661	28 octobre	721
Thomas Bernier	1662	2 octobre	716
Pierre Rogelin	1662	27 octobre	721
Benoît Vinot	1662	30 octobre	721
Edme Moreau	1664	13 septembre	544
Louis Daunay	1664	6 octobre	717
Philibert Veron	1665	6 juillet	531
François Mocquot	1665	12 novembre	723
Guillaume Bellot, prov.	1665	13 novembre	724
Edme Vinot, prov.	1666	4 février	126
André Brosse	1666	2 avril	310
Michel Tiné	1667	1er février	125
Bernardin Du Val	1668	29 janvier	125
Augustin Grif	1668	30 janvier	125
Hubert Miré	1668	26 septembre	548
Pierre Damilleville, prov.	1669	16 octobre	719
Savinien Lefort (1), prov.	1670	1er mars	132

(1) Le 5 février 1651, Daniel de Dongo, vic. gén. de l'Ordre, écrit de Rome pour la 3e fois au P. S. Le Fort, lui enjoignant de se rendre à Lyon où il enverra en son nom deux religieux au P. Vallier soi-disant provincial de St. Bonaventure, qui devra leur remettre le sceau de la province; que s'il refuse, le P. Le Fort devra requérir contre lui l'appui du cardinal de Richelieu, archev. de Lyon. (Bibl. Nat.; d'après une communication n'indiquant pas la cote).

	ANNÉE	MOIS	PAGE
Bernardin Chanterelle, prov.	1672	18 juin	330
Jean Le Clerc	1672	18 décembre	729
Bonaventure Pincot	1673	8 février	126
Philippe Baranger	1673	25 septembre	548
Edme Payen	1674	14 août	539
Pierre Raoul	1674	31 octobre	721
Pacifique Lauverjat	1675	24 mai	325
Romain Boyer	1676	27 juin	332
François Trouvé	1676	22 juillet	535
Nicolas Blanvillain	1676	15 novembre	724
Paschal Cathelin	1677	5 juin	327
Didier Chedot	1677	26 décembre	731
Bernardin d'Estienne	1678	3 janvier	119
Jean-Baptiste Tillon	1678	8 novembre	723
François Foigniart	1681	22 août	541
Louis Macquart, prov.	1682	10 août	539
Gilles Goupille	1683	19 avril	316
Adrien Guerin	1683	24 avril	317
François Loup	1683	5 décembre	727
Denis Bernaud des Marets	1684	4 mai	320
Antoine Constant	1686	9 avril	312
François Faure, évêque	1687	11 mai	322
François du Remort	1687	2 août	537
Paul Vauban	1688	2 mai	319
François Perrez	1690	10 juin	328
Edme Rousseau	1690	19 juin	330
Benjamin Aubert	1690	21 août	541
Sébastien Girard, prov.	1691	6 février	127
Jean Rousseau	1692	17 avril	315
Didace Vollos	1693	23 janvier	123
Laurent Grisard	1693	18 février	129
Gilles Cathelin	1693	24 août	541
Toussaint André Parmentier	1693	15 octobre	719
Paschal Truffé	1694	14 février	129
Nicolas Le Torre	1695	18 mai	324
Claude Bertault	1695	14 novembre	724
Jacques Gallement	1695	15 décembre	729
Jacques Dice, prov.	1696	25 février	132
Julien Personne	1696	12 décembre	729
François Robineau	1699	2 novembre	722
Julien Berron	1699	12 novembre	724
Nicolas Le Nain	1700	15 janvier	121
Louis Guillerot	1700	17 août	539
Luc Boënet	1703	18 novembre	725
François Boucher	1704	29 septembre	549
Bonnaventure Edme Pincot	1705	30 septembre	549
Jean Le Chauve, prov.	1705	14 novembre	724
Lestienne de Léon	1725	23 mars	137
Pierre Tobie Leboeuf	1730	1er octobre	716
Girard Forest	1753	10 mars	134
Charles de Caylus	1754	3 avril	311
G. de Brécord, prov.	XVIIe ou XVIIIe siècle,	1er janvier	118

Amiens, (Picardie), 21 janvier 1910.

P. Antoine Béguet O. F. M.

CODICOGRAPHIA

DESCRIPTIO CODICUM FRANCISCANORUM

BIBLIOTHECAE RICCARDIANAE FLORENTINAE.

(Continuatio) (1).

Cod. n. 1001, membr mill. 165×120 ff. 361 minutissimo charactere exaratus sec. XV. Ligatura recentior membranacea cum duobus foliis pro custodia in principio et ad calcem. Saepius scriptor pluribus coloribus utitur raroque margines ornantur. A fol. 4r-13r adest *Kalendarium SS.* elegantissime exaratum litteris rubeis, ceruleis, subnigris, necnon deauratis. Plurimae adsunt figurae. Omnia fere, quae in eodem continentur, quamvis quandoque in eis nomen auctoris non proferatur, pertinent ad Raym. Lullium, Tertii Ord. profess. Tituli quaestionum necnon alia plura ubique rubeo exarantur charactere. In hoc codice plurima adnotanda habentur:

1. f. 14r-32r. [**Logica discipuli** Magistri **Raym. Lullii**].

Rubr. « Incipit Loyca discipuli magistri Raymondi Lulii ». — *Inc.* « Quoniam secundum philosophum primo Elencorum: Qui virtutem ». *Des.* « tamquam ad suum ultimum finem reducendum. Deo gratias ».

2. f. 34r-43r. [**Ars brevis** Raym. Lullii].

Rubr. « Incipit ad laudem Dei ars brevis que intitulatur sic ». *Inc.* « Ratio quare facimus istam artem brevem est, ut ars magna facilius sciatur. Nam scita ista arte ». *Des.* « magister doceat scolares de predictis. Sequitur de fine huius libri. Deo gratias. Ad laudem et honorem Dei et publice utilitatis finivit Raymundus hunc librum Pisis in Monasterio Sancti Dominici mense Ianuarii Anno M.°CCC.^{mo} septimo Incarnationis dni. nr. Iesu Christi Amen ». = Edd. Turiasone 1619; Palmae Balear. 1669; ibid. 1744, et alibi. Cfr. Sbaralea, *Suppl.*, 627. Nic. Antonius, *Bibl. Hisp. vet.*, II, 126 n. 2.

3. f. 43v-45r. [Explanatio terminorum].

Rubr. « Sancti Spiritus assit nobis gratia ». *Inc.* « Carissimi ista sunt que debent sciri cordetenus mirabiliter ».-*Des.* « per modum perfectionis vel finis ».

(1) Cf. AFH I, 116-25; 438-42; II, 123-30; 319-24; 480-4; III, 333-40; 551-58.

4. f. 46r-94r. [**Tabula generalis ad omnes scientias**].

Rubr. « Deus in virtute tua magne bonitatis. Incipit tabula generalis ad omnes scientias. De prologo ». *Inc.* « Racio quare ista tabula ponitur esse generalis ». *Des.* « Et earum solutiones apparent in cameris. *De fine.* Finita est ars hec gratia et auxilio Domini Dei nostri, que ars multum est utilis ad exaltandum intellectum super alias scientias, quia est de principiis generalibus, per hanc artem destrui possunt infidelitates et scismata, et potest de necessario multiplicari ad contemplandum et amandum Dominum Deum nostrum, in cuius custodia hanc scientiam commendamus, quod dignetur sui gratia ipsam multiplicare et custodire, et a malis hominibus et invidiosis defendere, et hanc scientiam commendamus in custodia angelorum et sanctorum glorie Dei. Incepta fuit hec ars in mari in portu Tunicii in medio Septembris anno Incarnationis M.CC.XCIII, et fuit finita in eodem anno predicto in octavo (!) Epyphanie in civitate Neapolis ad honores Dei nostri et beate virginis Marie. Amen. ». = Cfr. Menendez Pelayo, *Blanquerna maestro de la perfección cristiana.* Madrid 1883 t. I, XXIII; N. Antonius, II, 127 n. 10.

5. f. 94rv. *Rubrica de differentia, concordantia et contrarietate.*

Inc. « Sensuale est illud »: = *Rubrica de quatuor principiis substantialibus. Inc.* « Causa est principium ». = *Rubrica de novem principiis accidentalibus. Inc.* « Quantitas est ». = *Rubrica medii. Inc.* « Medium coniunctionis. = *Rubrica de fine. Inc.* « Finis perfectionis ». = *Rubrica de maioritate, equalitate, et minoritate. Inc.* « Substantia est ens ». = *Ista sunt novem subiecta generalia in quibus omne quod est continetur, scilicet, Deus, angelus, cellum, homo et cetera. Inc.* « Ista novem ». = *De diffinitionibus subiectorum. Inc.* « Deus est illud ».

6. f. 95r-119r. [**Ars compendiosa inveniendi veritatem**].

Incipit opus cum duabus figuris, alia circularis est aliaque triangularis, in quibus plurima inscripta sunt verba. Extra triangulum, circa lineam hypotenusam: *Rubr.* « Deus qui est principium et finis omnium bonorum. Incipit ars compendiosa inveniendi veritatem ad tui laudem, gloriam et honorem ». *Inc.* « hec compendiosa ars inveniendi veritatem dividitur in quinque figuras ». *Des.* « ad suam simplicitatem quam ad aliam speciem ». = N. Antonius, II, 127 n. 13.

7. f. 119r-121r. [**Lectura compendiosa** super **artem inveniendi veritatem**].

Rubr. « Deus ad laudem et gloriam tuam, incipit lectura compendiose super artem inveniendi veritatem de figuris, et primo de prima figura que est S. ». *Inc.* « Circa quod sciendum est ». *Des.* « forme naturali, sicut beatissima crux ✠ nos redemit ». = N. Antonius, l. c. n. 19.

8. f. 123r-166v. [**Lectura** super **artem demonstrativam**].

Incipit cum oratione ad SS. Trinitatem rubricatis litteris exarata: « Deus pater et domine, qui deificatus es et deificabilis eternaliter et immense, Domine Deus Filius qui deificatus es et deificabilis sine fine, Domine Deus Sancte Spiritus qui deificabilis es in equalitate Patris » etc. — Prologus. — *Inc.* « Quoniam Deus

est multum recollibilis, intelligibilis ». *Des.* « cognitionis et.... omnipotentis Dei. Sit nomen Domini benedictum. Per manus fratris Nicolai Muckrenwale de Prussia Ord. Sancti Augustini ab incarnatione Domini M°.CCCC°.XVII, XX die mensis aprilis in monasterio Sancti Ieronimi de Cervaria Sancti Benedicti prope Portum Delfinum ». = N. Antonius, II, 127 n. VII.

9. f. 166r-240r. [**Compendium artis demonstrativae**].

In principio profertur oratio rubricis litteris exarata, quae incipit: « Deus sanctissime, existens ineffabiliter gloriosissimus » etc.

Inc. « Quoniam omnis scientia est de universalibus, ut per universalia sciamus ». *Des.* « et deffensionem Domini nostri Iesu Christi. Amen. Explicit commentum. Deo gratias Amen. Sui sapientia iuvet studentem. Amen. ». = N. Antonius, l. c. n. V.

10. f. 240r-241v. [De **regulis principiorum philosophiae**].

Rubr. « De regulis principiorum philosophie et primo de A. *Inc.* In principiis istis A. et B. ». *Des.* « et patrimonio ipsius B. Expliciunt regule regule huius artis ac eciam philosophie principia in benedictione Domini ». *Rubr.* « Istud opus parvum est completum per manus fratris Nicolai Muckrenwal de Prussia ordinis heremitarum Sci. Augustini ab Incarnatione domini M°.CCCC.XVII°, XVI die mensis marcii in Monasterio Sci. Ieronimi de Cervaria ordinis Sci. Benedicti, et hoc prope Portum Delfinum in Ianuensi diocesi ad honorem Dei et gloriose virginis benedicte. Amen. Ubi reperies Ihs. in rubricis istius libri non est de substantia libri ».

11. f. 242r-258r. [Liber de articulis fidei etiam **Apostrophe** dictus].

Incipit cum versibus, in quibus fit mentio Bonifacii VIII Pont. Max., cuius correctioni opus submittitur. *Inc.* « Suscipiat sublimis apes (!) reverenda corona ». *Des.* scripsit ut in robur fidei pertranseat istud ».

Opus incipit: *Rubr.* « Deus, in virtute tua sperantes in tua gratia confidentes, incipimus articulos fidei catolice per nostras rationes ». *Inc.* « Ad probationem articulorum ». *Des.* « nobiliora ac etiam fortiora ». *Rubr.* « Operis huius compositi loci descriptio. — Factus fuit iste tractatus Rome anno Domini M°.CC° nonagesimo sexto, et completus idem in vigilia Sci. Iohannis Baptiste precursoris Domini Iesu Christi cui placeat Dominum deprecari ut sicut ipse fuit preco lucis et luminis, et ipsum qui vera lux digito demonstravit suoque tempore fuit gratia inchoata sic placeat Domino Ihesu Christo novam lucem in mundo infundere, ad cuius lumen ambulantes infideles conversi nobiscum secure occurrant eidem Domino Ihesu Christo, cui est honor et gloria per omnia secula seculorum. Amen. ». = N. Antonius, II, 133 n. CCXXII. Ed. Argentorati, 1609, pp. 941-92, et alibi.

12. f. 259r-295r. [**Declaratio** Magistri Raymundi **contra 218 errores philosophorum**].

Rubr. « Incipit disputatio magistri Raimondi pro fide contra Sortem pro philosophis ». *Inc.* « In quadam silva iuxta Parisius stabat Raimundus tristis ». *Des.* « Explicit hec disputatio die veneris ante carnis brivium anno Domini M.CCXCVII. Iste liber valde est utilis cum in se multum de theologia . . . . tempus meum. Raymundus et Sortes cum libro compilato et cum spe et devotione librum presentaverunt Domino episcopo Parisiensi et Cancellario et rectori Universitatis ac dominis magistris ante dictis

et ab ipsis responsionem bonam humilem et devotam expectaverunt. Ad laudem Domini nostri Ihesu Christi et beatissime domine nostre matris eius, in cuius custodia ac beatorum angelorum hunc librum deponimus et commendamus. Et Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus de hac commendatione in die iudicii testimonium faciant. Amen. Virgo Maria sit semper benedicta ». = N. Antonius, 134 n. 231.

13. f. 296 r-354 r. [**Proverbia** Raymundi Lullii].

Rubr. « Incipit tabula proverbiorum Raymundi et primo de prima parte ». Desinit tabula f. 297r. Et sequitur: « R. Deus cum tua virtute. Incipiunt proverbia Raymundi lulii secundum ihu (?) De prologo etc. ». *Inc.* « Cum proverbium sit brevis propositio ». *Des.* « pro pena quam sustines per iustitiam laudes et benedicas Deum nostrum. Raymundus sua proverbia in civitate romana finivit ad gloriam et laudem domini Dei, in cuius custodia hunc tractatum commendavit et alios quos facit propter suum amorem. Benedictus sit dominus Deus noster. Amen. Anno Domini M°.CCXC° perfectus est iste liber in vigilia Sci. Luce. Deo gratias. Amen. ». = Plura eius Proverbia edita sunt. Cfr. Roselló, *Obras de Ramon Lull. Libre del Gentil e los tres Savis. Libre de la Primera e Segona Intenció. Libre de Mil Proverbis.* Palma de Mallorca 1901, pp. LXII-VII; 383-89. De quodam op. Proverb. ipse Lullus loquitur in epist. ad Iacobum II Aragoniae sic: « Notum sit vestre ex[c]else dominationi quod tramito vobis, domine, unum librum, quem feci de novo « de proverbis » nominatum, per Petrum de oliveriis, in quo libro multe subtilitates continentur......». Cfr. Roselló, *Boletín de la Societat Arqueológica Luliana.* Iuny-Iuriol, 1900. *Romania,* t. XI, 1882, p. 188 ss. — N. Antonius, II, 139 n. CXLIV. H. Finke, *Acta Aragonensia,* p. 879 n. 557.

14. f. 354 v-359 v. [Liber de **confessione**].

Inc. « Deus cum tua gratia et benedictione incipit liber de confessione. — Multi homines sunt qui desiderant scire ». *Des.* « penitentiam salutiferam. Explicit ars de confessione cum Dei laude et benedictione. Amen. ». Nic. Antonius, II, 130 n. CXLI. = Cfr. *Doctrina Pueril. Libre del Orde de Cavaleria: seguit d'una antiga versió francesa. Libre de Clerecia. Arte de Confessio.* Palma de Mallorca 1906, ed. Obrador y Bennasar. De confessionis tractatu authentia cfr. Prologum p. XXXV-VI; de MSS. et editionibus pp. 444-48.

15. f. 359v-361r. [Opus de conditionibus **confessionis**].

Inc. « Ihesus Christus dulcis memoria. — In Sacramento Poenitentie celebrando communiter conveniunt due persone ». *Des.* « suscipiet mediante divina gratia. Amen. ».

In fol. 361v. legitur: (*in marg.* M°CCCCXVIII) « Istud opus in scriptura absque Kalendario et figuris completum est per manus fratris Nicolai Muckrenwal de Prussia ordinis fratrum heremitarum Sci. Augustini de conventu provincia Thuring.... et Suven ob reverentiam Ieronimi in monasterio suo proprio scil.... vicem gerens dominus Beltrammus totius.... (*Caetera legi nequeunt*).

Cod. n. 1026, chart. mill. 305×225 ff. 123. ex diversis compactus codicibus. Ligatura recentior membranacea in dorso hanc exhibet inscriptionem: *Dante* | *Inferno* | *Boccaccio* | *Filostrato* | *Rime varie* | *Sec. XV.* Plures habet compositiones anonymas, inter quas:

f. 117v. « Stabat mater dolorosa ». *Des.* « In planctu desidero ». f. 121v. « Ordovai gliochi chosi innamorati ». *Des.* « Spingha la danza e fara saltatura ». = Harum auctor creditur frater Iacobus de Tuderto. Cfr. Morpurgo, *I manoscritti della R. Biblioteca Riccardiana di Firenze,* Roma 1900, pp. 18-20.

Cod. n. 1036 (O. II. 5) chart. mill. 295×220 ff. 204 saec. XV exaratus. In folio 179r. tredecim incipiunt carmina in honorem Dantis poëtae, in quorum fine sequentem apposuit notulam Bartholomaeus Ceffoni: « Questi 13 versi q[u]i di sopra sono quelli chesson depi[nti] e scritti nelle dippinture dov'e dipintto Dantte in Santa Liperata, o ver Santta Maria del Fiore, dove si lege al presente il Dantte per Maestro Anthoni frate di San Francescho: 1430, e'l detto Maestro Anthonio fece fare detta dipintura per ricordare a' cittadini che faccano arechare l'ossa di Dantte a Firençe et falli onore chome e' meritarebbe in dengnio luocho ». = Accuratior huius codicis descriptio, qui nihil aliud franciscanum profert, videsis ap. Morpurgo, l. c. pp. 29-33. — De hoc Fr. Antonio cf. Colomb de Batines, *Bibliografia Dantesca*, traduz. ital., I, II, Prato 1846, 575.

Cod. n. 1038 (O. I. 20) mill. 295×220 ff. 245 saec. XV exaratus. Tituli necnon litterae initiales rubricatae. Plura adsunt folia insitic. in principio et ad calcem. In dorso ligaturae legitur: *Dante Divina Commedia | Sec. XV.* Inter ff. 225v-245 ponitur opus Petri Bonacursii fratri Romulo conventuali S. Crucis Florentiae dicatum. Incipit cum figura depicta inferni; in superiori parte legitur: « Globo della Terra ». In inferiori vero: « Questa fighura dello inferno non si puo porre ne dipingere in aspecto piano per modo che collochio chorporale si possa vedere tucto, pero e necessità (?) considerarlo e vederlo collochio dello intellecto secondo che per la lectera e manifesto ». In margine fol. 226r: « *Lectera* » quae incipit: « Somma dilectione della vostra ». *Des.* « pero chominceremo ». = Non exprimitur in hoc codice nomen fratris *Romuli*. Cfr. Morpurgo, l. c. pp. 33-34.

Cod. n. 1049 chart. mill. 270×210 ff. 260 ex variis compactus codicibus. Ligatura coriacea; in dorso haec profertur superscriptio: *Iacopone | Laudi | Dante | commedia | Sec. XIV-XV.* In folio custodiae, quod in principio adest, haec leguntur: « Le poesie di Iacopone da Todi di questo ms. che non si legono nella veneta edizione del 1617 in 4° sono le presenti: — *Lo mio cor e la mente si mi fa languire* pag. 12. — *Si fortemente son tracto d'amore* pag. 19 a tergo. — *Goditi, godi nelle pene godi* pag. 22 a tergo. — *Amor dilect'amore* pag. 27 a tergo. — [*O*] *Amore muto che non vuogli parlare*, pag. 28 ».

f. 1r. *Rubr.* « Incominciano le laude di frate Iacobo da Todi in che modo lanima sia perfectamente transformata in Cristo per amore perfecto chiama a esso et lamentasi della soprardente carita sopraciessa in lei ».

(f. 1r.-5v) « Amor di caritade — Abyssami in amore ». (f. 5v-9v) « Sopr'ogni lingua amore — del nostro paver cuore. Amen. ». (f. 9v) « Lo Ihesu sguardo inflammato mi tiene — quivi pascie esca che ssi chiama vita ». (f. 10rv) « Homo che vuol parlare in prima de pensare — farie gran fracaso ». (f. 10v-11v.) « Un arbor e da Dio plantato — sarai in perfecto stato ». (f. 12r) « O iubilo di core — non si sente di fuore ». (f. 12rv) « Lo mio cor et la mente — che tucta gente sana et fa guarire ». (f. 12v-13r.) « La bonta infinita vuol — passandoti otiato ». (f. 13v-14v) « Amor divino amore — creparia si affocato ». (f. 14v-15r.) « Vorre in alto gridare — far gia mai cessança ». (f. 15r.) « Disiar Ihesu amore — tucta la fa rinbal-

dire ». (f. 15r-16v.) « Ad te mi son data — che paio glorificata ». (f. 16v-17v) « O amor che m'ami — sempre in idem stato ». (f. 18r-19v) « O Xpo amor dilecto — in lui sial nostro vacare ». (f. 19v-20v) « Si fortemente son tracto d'amore — sempre cia ingannato ». (f. 21r-22r) « Audite una tencione — in esto loco lassare ». (f. 22v-23r) « Goditi, godi nelle pene — e diverrai perfecto ». (f. 23v-24r) « Stabat mater dolorosa — paradisi gloria. Amen. ». (f. 24v-25v) « Recordare sancte crucis — gloriosa gaudia ». (f. 25v) « Guarda che non cagge amico — en mal sanire guarda ». (f. 26r) « O amor muto — de lei et del su tributo ». — (f. 26r-27r) « O Vergine piu che femina — con la facia legata ». (f. 27v-28r) « Amor dilect amore — dello legale amor ». (f. 28v-29r) « Sapete voi novelle dell amore — chenne salvimo ». (f. 29v-30r) « Amor dilecto amore Xpo biato — della tristança ». (f. 30r) « Amor divino amore — per volerme sanare. = Imperitia ligatoris nonnulla folia extra suum locum remanent. = Cfr. Morpurgo op. cit. pp. 40-41. Cf. Tenneroni, *I codici Iacoponici Riccardiani*. ap. *Misc. franc.*, I, 117 sg.

Cod. n. 1052 chart. mill. 285×200 ff. 96 saec. XV exaratus. Ligatura recentior elegantissime confecta. In dorso legitur: *Alighieri Credo | e | Altro.* Continet incissuras mira arte exaratas quibus vita B. M. Virginis repraesentatur. Adsunt inter alia

f. 15 v-88 v. [**Meditationes** vitae D. N. Iesu Christi].

Inc. « Incomincia il primo libro dele meditazione di Christo. Capitolo primo. Intra le altre grande virtudi che si legiono di Sta Cecilia vergine sie questa una grande ». *Des.* « de suo sanctissimo figliuolo che cci facci gratia che rendiamo lanima a lui quando verremo a partire di questa victta fiat, fiat, fiat, fiat, fiat. Amen. Deo gratias. Qui col nome di messer Ihesu finice la sua sanctissima et immaculatta vitta, della sua resurrectione et della assumptione della santissima madre vergine sempre Maria ». — Olim S. Bonaventurae hoc opus falso tribuebatur.

In fol. 95v. adest *Anima Christi* italice traducta, et tribuitur Ioanni Pont. Max. = Cfr. Morpurgo op. cit. pp. 47-48.

Cod. n. 1105 chart. mill. 290×215 ff. 119 saec. XVI exaratus. Ligatura recentior membr. Post folium custodiae duo alia adsunt insiticia in principio, quorum alterum opusculorum indicem continet. In fine etiam adest fol. custodiae vacuum, et vacua similiter inveniuntur nonnulla folia insitic. in corpore codicis. Inter plurima, quae continet, adest:

f. 1 r-19 r. [**Breviloquium quatuor virtutum cardinalium** Fratris Ioannis Wallensis].

Inc. « Chomincia il libro del modo come e signiori e lli prencipi debbono reggiere avendo le quatro virtu chardinali composto dessempli degli antichi doctori. — [S]echondo che dicie il savio Re Salomone nel libro de proverbii la misericordia ». *Des.* « utile alli huomini e a sse medessimo ne chonducha quell che e principio e fine Iddio benedetto In sechula sechulorum. Amen. Deo gratias ». = Intricatis litteris scriptus. Cfr. Morpurgo op. cit. pp. 122-27. — Sbaralea, *Suppl.*, 429.

Cod. n. 1122 chart. mill. 220×145 ff. 36 ab unica manu saec. XV exaratus. Ligatura recentior cum tribus foliis pro custodia in principio et totidem ad calcem. In dorso legitur: *Esposizion | del | Camm.*

di | *Dante.* Nonnullas habet notulas marginales. In fol. 1r figura infernum repraesentans invenitur depicta cum verbis pluribus inscriptis. In superiori parte figurae haec leguntur; «Questa figura dello Inferno non si puo porre ne dipigniere in aspecto piano per modo che coll ochio corporale si possa vedere tucto, e pero adimostra considerarlo et vederlo coll ochio dello intellecto secondo che per la lectura e manifesto». In eodem fol. verso alia adest figura, et supra ipsam legitur: «Chammino di Dante Aldighieri per lo Inferno, Purghatorio et Paradiso ritracto succintamente secondo la lectera propia et mandato a frate *Romolo de Medici,* conventuale in santa Crocie di Firenze». In fol. 2r: «Fratri Romulo de Medicis conventuali in Sancta ✠ de Florentia Pierus de Bonachursii notarius salutem». *Inc.* «Somma dilectione». *Des.* f. 2v.: «Et pero comincieremo. = Cfr. **Cod. n. 1038.**

Cod. n. 1126 (O. III. 11) chart. mill. 250×140 ff. 206 sec. XV exaratus. In principio quatuor folia insitic. inveniuntur, quae indicem exhibent, et ad calcem fol. pro cust. vacuum. In corpore codicis nonnulla folia vacua iacent, et litterae initiales quandoque rubro atramento sunt scriptae. Ligatura membr. in dorso sequentem exhibet inscriptionem: *Rime* | *antiche* | *Sec. XIV-XV* | *Sec. XV.* Inter plurimas notatu digna est:

f. 182 v-186 [**Compositio poetica** Fratris **Iacobi de Tuderto**].

Titulus recentior: «Di frate Iacopone da Todi». *Inc.* «Udite nuova pazzia». *Des.* «ch'io salvo o danato sia. Amen. Questa lalda di misser Iacopone da Todi quando entro alla religione a chui idio abbia avuto miserichordia e si mi dia a me scrittore H.» (?) = Haec ultima verba a manu saec. XV exarata fuerunt. Cfr. Tenneroni, *Misc. franc.,* I, 118.

Cod. n. 1155 chart. mill. 210×140 ff. 94 saec. XV. exaratus. Ligatura membr. in dorso hanc exhibet inscriptionem: *Rime* | *varie sacre* | *Sec. XV.* Adest folium pro custodia tam in principio quam ad calcem. Initiales litterae et tituli quandoque rubeo exarantur charactere. Notatu digna est:

f. 47 v-48v. [**Compositio poetica** Fratris **Iacobi de Tuderto**].

Rubr. «Di frate Iacopone da Todi». *Inc.* «La verita plangie ch'e morta la bontate». *Des.* «sia misso che purgi suo peccato. Amen». = Cfr. Morpurgo, op. cit. pp. 185-87. — Tenneroni, *Misc. franc.,* I. pp. 118. — *Boll. di cose franc.,* I, 190.

Cod. n. 1185, 5 chart. mill. 230×320 ff. 52. Ligatura recentior cum pluribus foliis pro custodia vacuis. In dorso legitur: *G. Veratti Paradossi* | *Sec. XVI.* Duo ultima folia vacua remanent. Est opus autographum Fr. Gregorii Veratti.

In f. 1r: «Paradossi XXXVI provati con le autorità della Sacra Scrittura e di molti illustri Autori per il R. P. *Gregorio Verato* Modenese Minore di osservanza Teologo». In f. 2r. Epistola

nuncupatoria D. Ludovico Giorgi, Procuratori S. Marci. *Inc.* « Disse gia il divino Paolo ». *Des.* « cose spirituali e temporali. Da S. Francesco del Diserto il di XI Aprile 1592. Di V. S. Cl.^mo humiliss.° s. Fr. Gregorio Veratti da Modena ». In f. 3 v: « Tavola delli Paradossi ». Incipit opus f. 4 r: « Diffinitione del Paradosso. A' lettori. Paradosso e voce greca e significa ». *Des.* f. 44 v: « sic ars deluditur arte. E di questo sia detto a bastanza ». Fol. 45 r-47 v: « Tavola di tutte le cose piu notabili che si contengono nella presente opera ». Fol. 48r-50v. « In lode del Cla.^mo Sig^r. Lorenzo Barbarico Proveditore e Capitano di Legnago ». *Inc.* « Se nell'aspetto ». *Des.* « chiamando ogni hor la morte ». Fol. 50 v. « A grado et grandezza delle poesie del P. Modena fatte al Ill.mo Lorenzo Barbarico. *Inc.* « Tal fiamma ». *Des.* « lo condusse in porto (?) Il Cap.° Modiana ». = Cfr. Morpurgo, op. cit. p. 242, ubi codex sub sign. 1185, E, describitur.

Cod. n. 1186, I chart. mill. 290×215 ff. 154 saec. XV, XVI et XVII exaratus. Ex diversis compactus. In dorso ligaturae hanc exhibet inscriptionem. *Transunti | di | Prediche | etc. Sec. XV.* Plura folia vacua iacent. Habentur notanda:

1. f. 20 v. [Compilatio sermonis Fratris **Roberti Caraccioli**].

« Predicando fra Ruberto in Santa Liperata l'anno 1481 del mese di marzo a di 10 nel tempo della Quaresima sopra 'l vangielo di San Giovanni que dice: In illo tempore: Ambulabat Iesus . . . . E prima disse chome chascuno ». = Sbaralea, I, 686 s.

2. f. 20 r. [Compilatio sermonis Fratris **Antonii de Vercellis**].

« Ihs. della Penitentia. — Per frate Antonio da Vercelli frate di San Francesco Observante predichando 1ª (*una*) Quaresima in Santa Liperata l'anno 1467; predicho in materia (?) della chontritione e dal . . . . chose principale ne faro qui apresso menzione ». *Inc.* « E prima disse che chontrizione e chome dire ». = Cfr. **Cod. n. 304** AFH II, 124. Sbaralea, 70 sq.; I², 74.

3. f. 20 v. [Compil. sermonis Fr. **Roberti Caraccioli**].

« Disse fra Ruberto di . . . . frate di San Francesco e oggi questo di . . . di marzo 1480 veschovo d'Aquino in 1ª (*una*) sua predicha fatta di Quaresima in Santa Liperata detto di sopradetto predichando della penitenza sopra il vangielo di Matteo della vignia. E disse in fine 1° (*uno*) che avessi . . . ».

4. f. 71 rv. [Compil. sermonis Fratris **Baptistae a Monte Falcone**].

« Ihs. Delle vanagloria. Fra Batista da Monte Falcho frate observante di San Francesco fecie 1ª predicha in Santa ✠ a di 26 di marzo nel vangielo di Giovanni su quelle parole che dichono. Nemo quippe in occulto quicquam facit et querit ipse in palam esse. E prima dichiaro ».

5. f. 66 r. [Compil. sermonis Fr. **Roberti Caraccioli**].

« Della avaritia. Disse e predicho fra Ruberto di . . . frate di San Francesco oggi veschovo d'Aquino questo di 28 di marzo 1481 in Santa Liperata appunto il di della meta della Quaresima. Fecie fare una quistione tra 'l povero e 'l riccho alla presenza di 1° frate di S. Francesco observante ».

6. f. 76rv. [Compil. sermonis **Fr. Roberti Caraccioli**].

« Per fra Ruberto frate observante di San Francesco e oggi veschovo d'Aquino menzione di parte d'una predicha sulle parole del vangielo di Giovanni: Ubi sunt qui te accusabant? . . . . . pechare. Fecie questa predicha in Santa Liperata la Quadragiesima a di 30 di marzo 1481. Le parole furon queste: Se l'uomo ».

7. f. 76v-77r. [Compil. sermonis Fr. **Baptistae a M. F.**].

« Per fra Batista da Monte Falcho in Santa ☩ fu fatta 1ª predicha a di 1° di marzo in Giovedi sulla pistola e vangielo che chorreva detto di dell'onorare el padre e lla madre che e de iure divino e nel Testamento vecchio e nel nuovo. E qui dichiaro el vangielo ». = Cfr. Morpurgo pp. 244-47.

Cod. n. 1230 (M. II. 7) mill. 165×125 ff. 81, saec. XIV exaratus ab eadem manu per totum. Litterae initiales in colore rubro et caeruleo. Tabulis ligneis ligatus corio in dorso coopertis, et tam in principio quam ad calcem duo adsunt folia membr. insitic. pro custodia. In secundo legitur: *Compendiloquium Incerti Auctoris de vita et dictis Illustrium Philosophorum.*

Compendiloquium Fratris Ioannis Guallensis.

f. 1 r. *Rubr.* « Incipit compendiloquium de vita et dictis Illustrium philosophorum ℟. ». *Inc.* « Cum enim debeamus apes imitari que flores ad mel faciendum ydoneos carpunt ». *Des.* f. 77 v. « et minus utiliter et caritative corrigat, minus bene dicta ordinet, confuse dicta suppleat, que desunt superadat que aliis prosunt ad illius honorem in quo omnes thesauri sapientie et scientie qui solus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum io (?) ideo (?) Et hec ad presens sufficiant de predictis. Deo gratias ». = Cfr. Morpurgo, op. cit. p. 301. — Sbaralea, 427-31.

Cod. n. 1247 (L. III. 22) chart. mill. 145× 110 ff. 156 ex duobus compactus codicibus saec. XV, a diversis manibus exaratus. Tabulis ligneis ligatur et in dorso pelle. Continet:

f. 74 r-156 v. [Tractatum **Fratris Ioannis de Rupescissa de consideratione quintae essentiae**].

« Primus liber de consideratione quinte essentie omnium rerum transmutabilium. In nomine domini nostri Ihesu Xpi incipit liber de famulatu philosophie Evangelio Domini nostri Ihesu Xpi et pauperibus evangelicis viris ». *Inc.* « Dixit Salomon sapientie libro cap.° primo: Deus dedit mihi horum scientiam veram. *Des. Scientia ad infigendum in celo nostro vim obdormitivam.* Faciunt obdormire cum nimia frigiditate sua constringendo aditus animalis spiritus stuporem inducunt. Et sunt hec papaver . . . ». = Mutilus est in fine. Nomen auctoris non profertur, sed opus est absque dubio Fratris Ioannis de Rupescissa O. F. M. — Cfr. Morpurgo, op. cit. p. 310. Cfr. **Cod. n. 439**, AFH II, 324; **Cod. n. 923**, AFH III, 555.

Cod. n. 1251 (Q. I. 3) chart. mill. 310×220 ff. 108 saec. XVI exaratus partim binis columnis (1r-87v) partim lineis plenis (88r-92v), sed compositio poëtica Fratris Iacobi de Tuderto (f. 93rv) quatuor columnis est scripta. Codex est miscellaneus, et quoad hist. franciscanam haec notanda habentur:

1. f. 88 r-92 v. **Sermo** Fratris Francisci de Monte Politiano.

« Una predicha di frate Francesco da Monte Pulciano dell' Ordine de Frati Minori Osse[r]vanti fatta in Santa ✠ (*Croce*) di Firenze addi XVIII Dicembre 1513 ». *Deletum:* « In Santa ✠ di Firenze ». *Inc.* « Quando il mare e turbato ». *Des.* « quanto che no tutto il contrario e dette la benedictione e fece fine ». = Sbaralea, 250; I, 265, ubi cod. iste citatur.

2. f. 93 rv. [**Compositio poetica** Fratris Iacobi de Tuderto].

« Lauda del disprezzo del mondo et amaestramento di confessione ». *Inc.* « Udite matta pazzia ». *Des.* « che forza caschun ch'invia. = Tenneroni, *Misc. franc.*, I, 118.

3. f. 93 v. **Expositio Orat. Domin.** S. Bonaventurae.

« Sopra del Pater Noster esposizione di Sto. Buonaventura. » *Inc.* « Per che tu forse potresti avere ». *Des.* « fare benigniamente in verso di noi ». = Cfr. Morpurgo, op. cit. pp. 312-14.

4. f. 97 r. [Consilia pia et orationes Fratris Cherubini Senensis].

Inc. « Sechondo la sentenzia ». *Des.* « l'anima tua va in luogo di salvatione. Per fra *Cherubino*. Iesus. Deo gratias. Amen. ». = Sbaralea, 190 sqq.; I², 203 seq.

5. f. 103 r. [**Prophetia** Fratris Iacobi a Tuderto].

Tit. « Profezia di frate Giachopone da ttodi dell' ordine de Minori osservanti ». *Inc.* « La giustizia minuita a torre la spada ». — Tenneroni, *Misc. franc.* I, 118.

Cod. n. 1254 (Q. I, 11,40) membr. mill. 380×270 ff. 305 binis exaratus columnis saec. XIV. Elegantissime scriptus cum litteris initialibus quandoque ornatis. In dorso legitur: *Leggende | de | Sancti.* Continet *Legendam auream* Iacobi de Voragine lingua italica versam.

1. 241 r-245 r. Vita S. **Francisci.**

Rubr. « Lanterpretazione del nome di san Franciescho frate minore ». *Inc.* « Francescho fu prima detto Giovanni ». *Des.* « per onore ». *Rubr.* « La vita ella morte di San Franciescho ». *Inc.* « Franciesco servo et amico ». *Des.* « San Franciescho nelgli anni del nostro Signiore ».

2. 273 r-278 v. Vita S. **Elisabeth.**

Rubr. « Lanterpretatione de nome di Santa Elissabetta. = (Haec eadem verba in folio verso repetuntur). = *Inc.* « Helisabeth es interpetrata ». *Des.* « di Dio sallegra ». *Rubr.* « La vita e lla morte di Santa Elisabetta ». *Inc.* « Helisabeth fu figliuola d'uno gentile re nobile ». *Des.* « e torno allegro et sano ad casa sua » = Cfr. Morpurgo, op. cit. p. 318.

(Continuabitur). P. Athanasius López, O. F. M.

BIBLIOGRAPHIA

1. **Thode, Henry.** — *Franz von Assisi und die Anfänge der Kunst der Renaissance in Italien. II. verbesserte Auflage,* [II edit.]. — Berlin, G. Grote'sche Verlagsbuchhandlung 1904, gr. in-8°, XXVIII, 644 pp. (et 76 tabulae). — (M. 20).
2. **Thode, Henry.** — *Saint François d'Assise et les Origines de l'art de la Renaissance en Italie. Traduit de l'Allemand, sur la deuxième édition par* Gaston Lefèvre. = Vol. I: *S. François et son église à Assise,* gr. in-8°, XVI, 326 pp. (41 planches hors texte). Vol. II: *L'Art franciscain,* in-8, 334 pp. (23 planches h. t.). — (*Les Etudes d'Art à l'étranger,* vol. I, II). — (15 Fr.).

1. Opus celeberrimum cl.mi viri H. Thode, modo in universitate Heidelbergensi Professoris, quod primum an. 1885 prodierat, eodem titulo (1 vol. in 8°; XII, 573 pp.), non solum factorum seriem exponit ordinariam, biographiam, historiam artium, picturam, architecturam ecclesiasticam et hagiographicam relate ad Fratres Minores etc., sed et discussionem de horum nexibus, quos philosophico-historicos dicunt, prodit, theses varias variorum generum inde deducens. Ob rerum nunc animo perspicacissimo et accurato, minutiis etiam inhaerenti, nunc autem currenti potius calamo in eo tractatarum copiam stupendam, non potuit, quin in plurimos exsereret influxum, admirationem generans, saepe etiam ad sibi contradicendum provocans. Delineavit A. stilo perito et peracuto, subtili ac magnifico S. Francisci Patriarchae, asseclarumque suorum actionem extensam et variam, eam considerans nova in luce, novis in adiunctis, relate speciatim ad artium, uti aiunt, renatarum evolutionem. Quod quidem aliis in vitis S. Francisci frustra quaerit lector artium studiosus, culturamque universam illorum saeculorum perscrutans.

En operis grandis partes singulae. Duas in Lectiones discerpitur totum, quarum prima de S. Francisco et eius in artem italicam influxu agit 3-387 (I, 1-322, II, 1-84), altera de momento FF. Minorum pro arte italica 391-566 (II, 85-242). — Sectio prior 4 complectitur partes, quarum I agit de S. Francisco 3-67 (I, 1-74). Ibi notandae sunt paragraphi, V: de characteristica Sancti 48-59 (I, 54-66) et VI: De S. Francisco et arte 59-66 (I, 67-74). Ibi quodammodo comparatur S. Franciscus cum Buddha (!?) 49 (I, 54 s.) et describitur uti vir affectuum praecipue, pleni animi in Creatorem et creaturas etc., uti poëta etc. Hic vero exponitur, quomodo S. Pater motus sui aevi adhuc sopitos versus naturam ac individualem animum noverit et solverit, omnes aequiparando, naturam bonam amore Dei illuminans, populoque se sermone etc. conformans. Tunc sequitur quodammodo libri culmen et momentum: Per operam S. Francisci suorumque, partim novas res (Vitam S. Francisci etc.)

praebentem populo ac artificibus, partim et res antiquas novo modo illustrantem, nova orta est ars, illa quidem quae « renata » hucusque perperam quidem dicebatur ex antiquitate classica rediviva saeculo XIV et XV. Nova revera ista ars renata: « seu ut melius dicam » ait 62 (I, 70), « ars nova christiana » originem suam duxit, non dicto tempore, sed diu antea, nempe saeculo XIII in quo essentialiter radicatur. Quae tunc vigebat ars etc. gothica, saeculo XV ineunte intercepta non est, sed organice et continue evoluta est in artem « renatam » (sic communiter dicitur), quae conceptus, ideas, motus etc. saeculi XIII continuavit, ope elementorum novorum, sed formalium tantummodo, quas rediviva antiquitas subministravit. Sic artes quaelibet promanando et progrediendo evolvebantur, usquedum culmen quoddam saeculo XVI attigerunt. « Id autem quod toti evolutioni isti commune est, scil. conceptus, qui religionem ac naturam harmonice colligant, nititur in S. Francisco. Non quidem dicendus est creator artis novae christianae, ast ipse ordoque suus fidem christianam profundiorem ac insimul planiorem populi subiicientes oculis corporis mentisque, creaverunt conditionem quamdam principalem artis novae grandis atque christianae » 63 (I, 71). Operae pretium erat hunc locum, totius operis gravissimum, integrum quam fidelissime interpretari, quia a plurimis pluries est exaggeratus et adulteratus, quasi Auctor dixisset S. Franciscum hoc intendisse vel praevidisse etc. Totius libri summa ac tenor revera ita dispositus est ab A. ut dictam sententiam probet, non unice quidem, attamen in hoc demonstrandum convergere debent singulae eius partes. Neque alios factores v. gr. Fratres Praedicatores 65 (I, 72) excludit, ac in specie ingenium Tuscorum praesertim, in artes propensum 68 s. (I, 70 s.), quod res novas veteresque novo modo tunc effinxit.

Pars ergo II de *picturis S. Francisci* ac eius Vitae factorum agit per saec. XIII-XV, 67-184 (I, 75-195), pars III de *Basilica S. Francisci* s. XIII-XVI, architecturam, picturas etc. describens 184-304 (I, 196-322 i. e. fin. tomi I); pars IV de ecclesiis Fratrum Minorum per Italiam 305-386 (II, 1-84). Distinguit domos primas 314 ss. (II, 1 ss.), ecclesias Umbriae et Tusciae tignaturis coopertas 318 ss. (II, 26 ss.) atque ecclesias Italiae Superioris testudinatas 343 ss. (II, 40 ss.), quae sive typum Basilicarum sive typum Cathedralium praeseferunt. Accurate singulae singularumque partes describuntur, et ichnographiis illustrantur, non secus ac partes II et III picturarum praecipuarum reproductione apte grateque ornantur.

Sectio altera libri in 4 discerpitur partes. Earum prima agit de *Fratribus Minoribus*, de (prima) evolutione Ordinis 391 ss. (II, 85-102), datque historiae conspectum; de scientiarum apud eos cultu 407 ss. (II, 102-111), de eorum *praedicatione* 415 ss., ubi plus de Fr. Bertholdo Ratisbonensi (II, 116-24) quam de aliis concionatoribus 420-30 (II, 111-24) de eorum *poëmatibus* 430 ss. (II, 124-148), ubi praecipue agit de S. Bonaventura 433 s. (II, 127 s.), de Fr. Iacomino Veronensi 434-9 (II, 128-33), de Iacopone de Tuderto 441-450 (II, 136-141). Eos maximi fuisse momenti in mysteriis publice repraesentatis Auctori suadent etiam *Meditationes vitae Christi*, quas tamen notamus certo S. Bonaventurae non esse, 451 ss. (II, 141 ss.). De *arte musica* O. F. M. agens 446 ss., (II, 146 ss.), penitus omisit Fr. *Iulianum de Spira*, qui an. 1885, i. e. tempore Iae editionis huius libri ignorabatur communiter.

Pars II delineat, quomodo FF. Minores « repraesentationes antiquas christanas sensibiles reformaverint » suo modo, 459-518

(II, 149-201), et quidem modum pingendi etc.: 1) Vitam Christi: pueritiam Iesu ac passionem; 2) Eschatologiam 496-500 (II, 181-5); 3) B. Mariae V. imagines ac mysteria 500ss. (II, 185ss.). — Pars III, 520-566 (II, 202-43) occasionem sumens ex *Allegoriis* celeberrimis Basilicae inferioris S. Francisci Assisii de *Figuris allegoricis* agit, dictas imagines accurate adumbrans easque Giotto tribuens magistro. — Postea et *S. Crucis allegoriam* in Basilica S. Francisci 544ss. (II, 222ss.), describit; *Arborem Vitae,* 546ss. (II, 224ss.); etc., atque *Allegorias Mortis* 554ss. (II, 232ss). — In epilogo 566-72, (II, 243-9), ideas expositas brevius compendiat, et continuationem et constantiam reformationis religiosae et artisticae a S. Francisco suisque derivantis, cui circa an. 1400 accessit et 'humanismus', denuo resumit. In fine divagatus ad reformationem M. Lutheri, similitudinem quamdam inducere paucis vult inter istum et S. Franciscum (!?), cum uterque vi animi et affectuum mira perpetraverit, 572 (II, 248s.).

Plura etiam praebet Appendix. 1) Dissertatio *de fontibus historiae* S. Francisci venit 575-86 (II, 251-66), quam an. 1885 scripserat. Huic adiecit 586-609 (II, 266-298): *Discussionem criticam de modernis dictorum fontium studiis.* Aliquatenus acri calamo haec exponit, non tamen integre, nec omnia opera huc facientia examinavit. Cum liber suus ansam quadamtenus praebuerit posterioribus 586 (II, 267), sibi sufficere dicit A. breviter sententias suas exponere, quin in labyrinthos deducat lectorem, quos construxerint praesertim Pauli Sabatier hypotheses. En disceptationis huius summa 608 s. (II, 297 s.): A) Notitias certas de S. Francisco invenimus imprimis in *duabus Vitis* Sancti auctore *Thoma de Celano,* quibus accedunt *Scripta Fr. Leonis* et quaedam notitiae quas *S. Bonaventura* a Sociis Sancti didicit. B) *Speculum Perfectionis* ineunte saeculo XIV scriptum est a quodam Spirituali, Legendas Th. Celanensis et Fr. Leonis adhibente et evolvente. C) *Legenda III Sociorum,* inutiliter et falso reconstructa 588 s. (II, 269), supplementum est *Speculi Perfectionis,* sed Thomae Cel. Vitis usa est, et *commentum* falsum dici debet, cum simulet se coaevam esse *Vitae II* Thomae Cel. Sequuntur III°: Documenta ad historicam Basilicae S. Francisci Assisii 609-11 (II, 298-300); IV: Descriptio Basilicae dictae ex Rodulpho Tossinian., *Seraph. relig. libri 3,* Venet. 1586, 247 r.-v.; 248 v-249 v; 611-5 (II, 300-5); V: Descriptio eius picturarum vitrinarum 615-20 (II, 305-12); denique VI: Descriptio (saec. XIV) Gloriae Crucis ibidem 621-24 (II, 313-8). Index 625-43 (II, 317-30) utilissimus est. Editio originalis germanica postea 58 imagines habet in 39 tabulis phototypicis. Versio autem gallica plures diversas imagines (absque ratione speciali habet, quia plures cum materia tractata minus colligantur) per duo volumina disseminatas; vol. I continet 41, vol. II vero 23, i. e. summatim 64. Ichnographias autem 18 ecclesiarum ex editione germanica transsumpsit, quae eas in textu inserta praebet delineata.

In libro huiusmodi, quem ante 19 annos scriptum Auctor bene (1904) sciebat aut esse in plurimis rescribendum aut in ingenio suo et modo conservandum, quamquam complura criticen moverent, multa gaudio essent plurimis, plura revera sunt, quae nos legentes titillarunt. Horum autem enumeratio nonnisi oleum ac tempus perderet, sive agatur de singulis dictis sive de ideis magis generalibus, quae variis e fontibus promanant. Pro editione II certe maiore nisu opus fuerat, ut singulas eius partes ad hodiernum tractatarum rerum statum A. allevaret. Hoc nec pro parte historiae artium integre et perfecte praestitit A. pro tot mo-

numentis de quibus ei sermo occurrit, licet eruditissimo professori hoc facillimum fuisset. — De basilica Assis. cf. AFH I, 217ss. — P. 71 n. 2 (I, 80) desideratur v. g. Westlake, *The authentic portraiture of S. Francis,* London 1897, etc. — De eccl. S. Francisci Senis, 337 s. (II, 36) cf. Lusini, V., *Storia della Basilica di S. Fr. in Siena,* Siena 1894; etc. etc. — Plurima desiderantur scripta in sectione II. — Ioh. Parens non obiit 1232, 392, (II, 86) etc. Ioh. Parmensis 394 (II, 88), Minister Glis fuit 1247-57 etc. etc. — Postquam 313 n. 1 notavit editionem novam Operum S. Bonaventurae praeparari [prodiit iam 1884-1902] semper editionem Peltier (Paris 1864-71) citat. — Notam vero istam versio gallica nequaquam correxit, — id quod et alibi penitus neglexit — sed eam sic vertit II, 108 n. 1: Nova editio Opp. S. Bonav. prodiit Taurini 1874 (!). Inde factum est, ut S. Bonaventurae adhuc tribuatur: *Diaeta salutis, Philomela* etc. — P. 321 (itemque II, 18) citatur MS. Fr. Bartholi, quod Parisiis edidit 1900 P. Sabatier. — In pictura p. 153 (I, 167 item) descripta non agitur de *Missa* dicenda sed de exsequiis; eadem scena est 155 s. (I, 170 s.). — P. 237 (I, 249 ubi peius: « *dona* » legitur sed sequentes 6 lin. omittuntur) nihil de « *beata* » quaerendum, sed legas: *prima abbatissa.* — P. 213 (item I, 225) Franc. Zampa et Hieron. Bartholomaei, in epigraphe (olim) Capellae S. Bernardini Assisii nominati, donatores fuerunt, non architecti. — In libro bibliographico 586 n. 1 (et II, 266) allegato nil de materia indicata invenitur etc. etc. — Notamus Auctorem omnino reiecisse theoriam P. Mandonnet de initiis Ordinis FF. Minorum et negare penitus « conflictum » illum inter Curiam et Sanctum 29, 591 (I, 31; II, 272 s).

2. Versio libri gallica elegans est certeque libro magnifico magis divulgando merito erit adiutorio. Paucissima, eaque minoris momenti, adiecit interpres notis originalis germanici secundo editi. Interpretatio generatim fidelis dici potest, saepius tamen liberior evasit, plura omittens, alia compendiosius reddens; cf. p. I, p. IX; desunt dicta ap. O(riginale) p. XVII et XVIII usque lin. 9. — P. XII compendiavit O XXII-XXIV. — P. 175 vertendum erat « *confession* » pro « *pénitence* », O 161. — P. 249 l. 3 lege 1272 pro 1572. — P. 258 s. falso vertitur locus de situ Christi O 216 s. — P. 278 c. quaedam omisit, O 266; e contrario p. 285 s. inserit dictum breve de *Leg. Aurea,* O 272. — *In vol. II* item v. gr. addidit pauca in nota 22, O 325, sed inde a p. 139 plurimos omittit versuum citationes quos Thode in linguam germanicam verterat, sed interpres aut gallice reddere eos non poterat, aut eas in linguam restituere originalem noluit. Saltem II, 140 debuit latinum textum proponere poematis *Stabat mater speciosa* O 447-9. Alias huiusmodi omissiones cf. I, 69, O 61-63; 272, O 257-9; II, 37, O 340 s.; II, 139, O 445; 141, O 450; 178 s., O 498; 194, O 509; 197, O 513; 212, O 530-32; 216, O 536; 219 s. O 538 s.; 239, O 561; 286, O 600 etc. — P. 222 deest: O 541-43, ubi agitur de imaginibus apocalypticis. Plures etiam omissae sunt citationes 220, O 540 etc. — O 541 n. 5 agitur de antiphona non de hymno. — O 584 itemque II, 264 lege AF III, 1 seqq. (non 323). — II, 264 lege 1625 pro 1645, suntque plures alia menda similia in sola versione. — I, 212, O 201 (cf. II, 299; i. e. in append. III) non agitur: « *de certains blocs de pierre traversière* », sed de « *tribertinis* », quod erat vertendum: « *blocs de travertin* »; item I, 111, O 100: « *Cantique du Soleil* », loco « *hymne au soleil* ». Uno sub respectu versio originali praecellit, quod scil. plures imagines nitidius in ipsa reproducantur. Typi maiores adhibiti molem libri auxerunt.

Quidnam profusi thesis cl.mi H. Thode de artibus renatis contineat, et ubi speciatim fidem superiaciat aliquatenus augendo, nemo est quin videat saltem quadamtenus, quanquam A. eius plenum tenorem denuo propugnat in editione nova libri sui celebris. Hic liber certe plurimum valuit meruitque in renatis artibus, iuxta data priorum saeculorum aequius et continuo quadam in progressione et incremento considerandis, in quo efficiendo sane non defuit actio efficax vitae religiosae et mirificorum plenae S. Francisci et Ordinum suorum gesta praeclara et occasiones ab his artificibus oblatae novae atque numerosae.

P. Michael Bihl, O. F. M.

1. **Pennacchi, Francesco,** Prof. — *Legenda S. Clarae Virginis, tratta dal MS. 338 della Bibl. Comunale di Assisi.* Assisi, Tip. Metastasio 1910, in-8°, pp. LXX, 140. — (Lire 7). — *(Società Internazionale di Studi Francescani in Assisi).*
2. **Robinson, Paschal,** O. F. M. — *The Life of Saint Clare ascribed to Fr. Thomas of Celano of the order of Friars Minor* [*A. D. 1255-61*] *translated and edited from the earliest MSS. With an Appendix containing the Rule of Saint Clare.* Philadelphia, The Dolphin Press, MCMX, in-12°, XLIV, 170 pp. — (1 doll.).

1. Postquam plures per annos in editionem criticam Legendae S. Clarae modo Fr. Thomae Celanensi communiter adscriptae curandam incubuit, ut plura MSS conferret etc., tandem in lucem edit opus suum Prof. Fr. Pennacchi Assisiensis. — In introductione plures discutit quaestiones cum Legenda connexas, primum de eius *auctore* inquirens, XIV-XXVI. Eam tribuit Thomae Cel., contra *Acta SS.* aug. II, 754-68, innixus (solummodo) in cod. Florentino, saec. XVII, versionem italam Leg.ae cum aliquibus adiunctis continenti, quem (Bibl. Nat. Cod. Magliabecch. XXXVIII, 135) Cozza-Luzi, *Boll. d. Soc. Umbra di Storia Patria,* I, Perugia 1895, 417-26 descripsit. Huic Codici tamen accedunt, XVIII ss. quaedam criteria interna, i. e. similitudines phrasium ac vocum (praesertim in Prologis, qui tamen iam ipso suo tenore magis inter se concordant), inter Legendas S. Francisci ab eodem Celanensi compositas ac hanc Leg.m S. Clarae. Insuper et Thomas Cel. *Vita I*, c. VIII, ed. Alenc. 22, elogiis cumulans S. Claram suasque filias, septem paragraphis — quae tamen non adeo perfecte cum Leg. S. Clarae concordant, uti A. autumat XXII ss., XXVII — aliquatenus innuit sibi animum fuisse Legendae Sanctae conscribendae. Haec vero vix rem in liquidum adducere possunt. — Sequitur in Genealogiam S. Clarae inquisitio « mendacia » genealogistarum saec. XVI et XVII explodens, ac negans S. Claram fuisse e familia « *Scifiorum* » (vel Scefiorum) XXIX ss. et negans « *Saxum Rubeum* » (Sasso Rosso) eius familiae fuisse XXXIII-VI. Caput tertium stabilit (*Leg.* n. 8) S. Franciscum deduxisse S. Claram primum in *monasterium O. S. B.* prope Bastiam S. Pauli, « de Abbatissis » dictum XXXVIII ss., unde eam collocavit in monast. S. Angeli de Panso (*Leg.* 15), quod non intra Assisium sed extra, ad latus meridionale Subasii prope monast. S. Benedicti fuit XL ss. Optime notat XXXVII S. Franciscum cum Guidone, episcopo Assisiensi locutum, fuisse de consilio Clarae domo aufugiendi, quare Guido ad S. Virginem cum palma descendit. Minus felix evasit

Cap. IV: *de I regula S. Clarae* disceptans, negligens penitus studia hac de re moderniora. Nullo modo regula S. Clarae, iuxta illam FF. Minorum modulata et 1253 ab Innocentio IV approbata, dici potest a S. P. Francisco anno 1224 composita, uti et P. Robinson, op. cit. 97, recte exponit. — Postea LV-LXII agit de relationibus inter Fridericum II imp. et Assisium anno 1243, cum imperator Innocentium IV Narnium colloquendi causa invitasset, assignans factum utrumque: Sanctae Monasterium suum (*Leg.* n. 21) et civitatem Assisium (n. 23) a Saracenis liberantis. Deinde, extra rem suam, exponit Fridericum II Assisii fuisse baptizatum LIXss., et Fr. Eliae misisse architectum Basilicae S. Francisci « Lapum Theutonicum » (??), quare forsan Fr. Elias in ea tumulasset « Reginam Cipri » i. e. Jolandam de Lusignano, primam Friderici uxorem (?). Cf. Böhmer-Ficker, *Reg. Imp.*, V, 1043. Cf. AFH II, 351, 524.

Tunc summario modo *Codices* 7 a se adhibitos LXIII-LXVIII aliosque LXIX-LXXIII notat, scilicet 12 Codices Legendam completam continentes et 10 eius formam abreviatam solummodo habentes. Illi 7 codd. sunt 1) British Mus. (Londinii) Cleop. B. II, [eum notat BM]; 2) Paris Bibl. Nat. lat. 3809 [Pa]; 3) ibid. lat. 5278, [Pb]; 4) Bruxellis, Bibl. Reg. 1638-49, [B]; 5) Ravennae, Bibl. Class. 133 [R]; 6) Novarae, Bibl. Capit. cath. n. 68, [N]; qui duo manci sunt) ac praeprimis cod. *Bibl. Com.* (S. Francisci) *Assisii* 338. Hunc pro editionis suae *basi* adhibebat semper. Quamvis vero eiusdem textus multis excellat, tamen saepius neque optimus neque bonus dici potest, ideoque tunc editori erat deserendus, et aliorum codd. lectiones ei substituendae. Cuius rei exempla aliquot adducimus statim. — Prius vero notamus nos editionem contulisse integram cum *codice* editori *ignoto* saec. XIV, qui *Brixinae* in conventu S. Clarae (an. 1236 fundato) adservatur, quique suo tempore accurate in *Archivo* describetur; signatur C. — Contulimus etiam editionem partim cum tribus Codicibus Bibl. Reg. Monacensis lat. 17478 et 18427, qui p. LXX simpliciter enumerantur. Illos signamus ex ordine E D G.

Pag. 1 l. 4 A (i. e. Cod. Assis. sive editio) *urgente;* Pa Pb *vergente;* C D G *ad occasum* (hoc add.) *vergente.* — P. 1 l. 9 *ss. ordinum:* C D add. *in ecclesia.* — P. 2 l. 2 *trahebat:* B C *voluptas,* pro: *voluntas.* — P. 2 l. 17 *quod mea* (*in litteris:* om. B Bm Pa Pb C D E G et iidem praeter G add.: *multum*) *ruditas formidabat.* — P. 8 l. 12 lege *eripere:* B Pb V D C G, (non *aripere:* A E). — P. 17 lege cum codd. [i. e. cum codd. ab Auct. citatis]: *vincientes* contra A. — P. 17 l. 17 *genimina* cum codd. contra *germina.* — P. 21 l. 1 cum codd. legas *paupertati...* et cum P tunc: *concinebat,* quod facillime confundebatur cum *continebat.* — P. 23 l. 18 lege *fore* (codd.), non *forent.* — P. 32 l. 9 *deventum.* — P. 34 l. 20 G *reserans* (A *referens*) *voluntatis arcanum.* — P 35 l. 22 Codd. *at proba* (G *pro*) *iuvencula.* — P. 37 l. 3 G *totonderat.* — P. 43 l. 3 *orationem de V membris* (Codd et G *plagis*) *Domini... ruminabat.* — P. 59 l. 12 ubi Innocentius IV morienti Clarae dixit: « *Utinam ego* (E om. *ego*) *tanta* (B Pa Pb C D E G: *tantum*) *venia indigerem* ». — P. 61 l. 5 ubi Clara Agneti dicit: *Magnam* (Pa Pb B R E G add. *inquit*) *tibi consolationem faciet Dominus, priusquam a te recedam* (pro quo B Pa Pb R C E G rectius habent: *priusquam moriaris*). — P. 62 L. 11. *Domino autem propitius* (C D *propius;* et G sic bene correxit e: *propitius*) *agente et iam quasi ad ianuam stante.* — P. 63 l. 1 lege *Iuniperus... ioculator* pro *iaculator*, sed D forsan consulto mutavit: *in Domino cordium iucundator.* — Ibid. l. 2 lege cum Codd. et C D G *saepe verba de Domino eructabat.* — P. 64 l. 6 *migrare*

(E *migrante* falso, sed add. *Creduntque*) *se in valle lacrimarum relictas*, etc. etc. — Plurimae variantes ab editore adnotatae mere *graphicae* sunt. — P. LXXIII Bibl. Havniensis idem est ac Kopenhagen etc.

His minutiis libri valorem minime diminuentibus, patet editionem hanc multo magis esse curatam quam interpolatam illam ap. *Acta SS.* aug. II, cui in pluribus antecellit. Adiecit eidem diligens Editor aliqua adiuncta, quae hic invenire plures iuvabit lectores. I^{m}): Cap. 15 *Actuum* (et *Floreti*) 98-101; II^{m}): *Actum* c. 43 i. e. *Floreti* c. 33; hoc evenisse A dicit 1235(?) Innocentio IV(?) (1243-1253) 102-4. III^{m}): Thomas de Cel. *Vita I S. Francisci*, c. VIII, 105-7. IV^{m}:) Bulla Canonizationis S. Clarae 108-18: BF II, 81; Potthast 16025; 16069. — Tunc sequuntur Sequentiae in honorem S. Clarae: 1) *En in regno claritatis*, 119-21. Chevalier. *Rep. hymnol.*, n. 5413; 2) *En praeclara virgo Clara*, 122; Chevalier, 5444; 3) *Clara lux apparuit*, 123 s.; Chevalier, 3314; 4) *Novae signo claritatis*, 125 s.; Chevalier, 12336; atque *O virgo clara genere*, 127, Chevalier, 13892; estque potius responsorium rhythmicum. — In fine adest index rerum utilis 129-39.

2. Splendidae excellentiae typographicae, stili perpulchri et amoeni est versio anglica Legendae S. Clarae, quam cum notis et introductione doctis vulgavit cl. *P. Paschalis Robinson*, O. F. M. Plures quoque imagines (14) phototypicae praeclara arte confectae in eo habentur. A p. 3-91 excurrit textus *Legendae S. Clarae*, qui eodem codice nititur, quo et editio cl. Fr. Pennacchi, scil. Assis. 338. Versio agilis ac fidelis neque unctione sana carens.

Introductio disquisitiones continet de fontibus historiae S. Clarae XIV-XXII, quos succincte enumerat; de auctore huius Legendae i. e. Thoma de Celano; ubi rationes eas habes, quas etiam Fr. Pennacchi exposuit, et de tempore, quo is Legendam scripsit, scil. inter an. 1255 et 1261 (XXII). Bene per transennam loquitur de scriptis hagiographicis medii aevi, neque ibi dicta a conceptibus cel. P. H. Grisar S. J. differunt XXXI s., 132. — Sunt ibi et brevia de MSS. et praeviis editionibus XL-XLIII. In finem A. relegavit *notas criticas*, illustrantes ea quae in prooemio VII-XIII, ac in Introductione dixit, necnon et locos quosdam ipsius Legendae. Saepius iure allegat A. suum *Inventarium Archivi S. Clarae Assisii:* AFH I 413-32. Ipse A. plura alia MSS. antiqua S. Claram tangentia Assisii, Hispelli, Spoleti in Archivo episcopali frustra quaesivit. — Inutiliter nobis A. videtur similitudines manifestas inter Legendam Sanctae et Bullam Canonizationis ex *Actis* processus repetere; immediata enim dependentia apparet, XXIX. — Partem discussionum, quas de fontibus S. Clarae promittit A. 130, iam edidit in AFH III, 433-47. Adiecit etiam opportunam versionem anglicam *Regulae S. Clarae* 1253; BF I, 671 ss; Eubel, *Epit.*, 251-7. — Denique index locuples volumen perpulchrum doctumque concludit, eius utilitatem pro legenti augmentans. **P. Michael Bihl**, O. F. M.

Cavanna, P. Nicola, O. F. M. — *L' Umbria Francescana illustrata. Con 127 foto-incisioni.* Perugia, Unione Tip. Cooperativa, 1910, pp. XV-415 in-12°. — Vendibile presso l' autore, *S. Maria degli Angeli*, Assisi (Umbria). — (Lire 8,00).

Inter tot libros, qui de S. Francisco scriptitantur et quotidie fere in lucem prodeunt, iam difficile evadit quid originale, quid novi repe-

rire. Est enim thema undique tractatum et propemodum exhaustum. Eo maiores gratiae agendae sunt R. P. Nicolao Cavanna, qui summo studio indefessoque labore tamquam pius filius vestigia Seraphici Patris in Umbria quaesivit, apparatu photographico conservavit, dexteroque calamo descripsit. Fructus tanti laboris ita abundant, ut incunctanter librum Patris Cavanna inter omnes alios topographicos, qui hac de re prodiere, et quos A. p. XII indicat, facile et iure iudicemus optimum.

Auctor librum in novem capitula divisit, sanctuaria totidem visitans itineribus. Ubi S. Franciscus incepit, ipse Cap. I incipit, a Portiuncula scil., cui sanctuaria attigua in planitie circumiacente exsistentia, uti Rigus-tortus, Cannarium, Mevanium aliaque accedunt. Cap. II civitatem Assisiensem cum S. Damiano complectitur. Mons Subasius III Cap. materiam subministrat, estque hoc unum ex totius operis pulcherrimis et novis notitiis ditissimum; imagines septem, locum Carcerum illustrantes miro lepore excellunt. Hoc Cap. Vallisgloriae absolvit Clarissarum monasterium, olim extra civitatem Hispellum exsistens. Iure merito A. de Abbatia S. Silvestri prope Hispellum disserens, reiicit, in *nota 17* (p. 155), opinionem: Gregorium IX olim huius monasterii abbatem fuisse. Ipse enim numquam fuit Camaldulensis, sicut Iacobilli, *Vite de' Santi e Beati dell' Umbria,* III, Foligno 1661, 305-306, Mittarelli, *Annales Camaldulenses,* Venetiis 1759, IV, 297, et alii rerum scriptores Camaldulenses praetendunt. Nec obstat bulla Greg. IX data Camaldulensibus die 28 Martii 1227 (Mittarelli, l. c. 295) qua Papa scribit: « Vos, qui ad pedes eius (Dei) sedetis iugiter cum Maria, et *quibus ab olim nos iunximus,* bitumine caritatis sollicitandos duximus... ». Nam, ut recte Felten, *Papst Gregor IX,* Freib. i. B. 1886, p. 9 observat, optime ipse aliquando potuit devotionis causa societate gaudere monachorum, quin ad Ordinem pertineret. — Perusium cum territorio est argumentum IV. Cap., in cuius fine describitur lacus Trasimenus; in insula enim maiore huius lacus beatus Pater Franciscus quadragesimale ieiunium observavit, uti *Floreti* capite VII narratur. Cap. V inscribitur: *Da Terontola a Orte.* A. sanctuaria franciscana visitat, quae hinc inde a linea viae ferratae plus minusve distant. Rem omnino novam narrat A. de *Fonte di Capodacqua e chiesa di San Luca* (229-236); ibi enim solidis innixus rationibus narrationem capitis XIII *Floreti* S. Francisci collocat. Capp. VI *La Valnerina,* et VII *La Valle Reatina* eodem fere modo illustrata partim iam erant a Luigi Lanzi, *Escursioni Francescane nei dintorni di Terni,* Perugia 1907. Nihilominus P. N. Cavanna hic etiam plura nova detexit: cfr. ex. gr. p. 324 ss. modum quo celebratur festum S. Francisci in loco *Poggio Bustone,* quae narratio vivide *Floreti* capitulum redolet. *Da Spoleto a Gualdo Tadino* est titulus VIII. itineris, dum ultimum, Cap. IX: *Da Gubbio alla Verna* inscribitur. Singula loca saepe pluribus imaginibus, quae exquisitum auctoris iudicium clare produnt, illustrantur. Index alphabeticus et charta geographica Umbriae, in qua sanctuaria speciali modo delineantur, practicam utilitatem augent dignamque operi coronam imponunt.

Ex hoc brevissimo conspectu lector ipse videt, quam ditissimam materiam historiae, topographiae, artis hic liber contineat. Accedunt lingua compta, notae et citationes abundantes, quae ad calcem uniuscuiusque capituli opportune adiunguntur. Momentum huius libri est multiplex. Habet enim inprimis valorem documenti; nam verbo et imagine nobis conservat tot tantaque S. Francisci et primaevorum eius asseclarum monumenta locorum et traditionum oralium, quae decurrente tempore,

magis ac magis depereunt. Aliud momentum est, quod nobis exhibet hoc opus multas habitationes primitivas fratrum, quales nobis fere describuntur in *Speculo Perfectionis*, Capp. 5; 9; 10; et ab ipso Bernardo de Bessa, *Anal. Franc.*, III, 674 paucis verbis depinguntur. Has misellas habitationes et ecclesiolas nudas comparando grandibus et sumptuosis ecclesiis Fratrum Minorum mox post mortem S. Francisci exstructis facile intelligitur indignatio primorum S. Patris discipulorum et ira Spiritualium in Communitatem, necnon actio indiscreta Fr. Leonis in Fr. Eliam, *Anal. Franc.*, III, 34, 72, 89. Videntibus reproductiones photographicas Patris Cavanna repetere licet, quod Ubertinus a Casali Portiunculam videns, de seipso scribit, nempe quod tunc *sanctae regulae intellectum* accepit. (*Arb. Vitae,* Prologus 1). Sane illarum silvestrium speluncarum incolae eisdem aspirationibus et *idealibus* animatos fuisse ac fratres in magnis habitantes urbium conventibus, plane impossibile videtur. Hinc illae irae saeculares inter zelatores et Communitatem. Aliud est quod affert hoc opus. Est enim velut vita illustrata S. Francisci intra terminos Umbriae, et hoc modo optima simul illustratio primorum fontium, uti Thomae Celanensis, S. Bonaventurae, Leg. sic dictae 3 Sociorum et posteriorum traditionum *Speculi Perf.* et *Floreti.* Utinam pro tota Italia talem topographiam franciscanam haberemus!

Pauca sunt quae corrigi aut adiici doctis cl. A. disquisitionibus possunt. Adnotamus sequentia. In genere monumentorum etc. partes iuxta historiae artium periodos magis distinguendae erant. P. XII[1] habetur quaedam confusio in citandis operibus cl. Joergensen. Addi ibi potuit: René Schneider, *L'Ombrie, l'âme des cités et des paysages,* Paris 1905. P. 216 citando ex alio auctore sermo fit de *Pietro Ridolfi Torrigna* (?) Agitur procul dubio de *Petro Rodulphio Tossinianensi, Historiarum Seraphicae Religionis ll. 3.* Venetiis 1586, auctore. In cap. VII p. 293 A. omisit mentionem et illustrationem eremitorii S. Eleutherii prope Reate, de quo *Spec. Perf.* c. 16. Pro conventu *Buon Riposo* p. 385 adduci potuit Gius. Bellucci, *Leggende Tifernati* in *Bollettino della R. deput. di Storia Patria per l' Umbria,* VI, Perugia 1900, 528-30. In eodem *Bollettino,* XII, 1906, 487-90, Campello della Spina loquitur de conventu *Montisluci* prope Spoletum (ap. Cavanña p. 333 ss.): *Di un santuario Francescano in pericolo.* Praeterea pro eodem conventu laudari potuit sequens opusculum: *Descrizione del Monteluco di Spoleto, Carme di Pier Francesco Giustolo, recato in rime italiane dall' abb. Pacifico Granieri, illustrato con erudite note dal cav. Pietro Fontana e corredato di analogo prospetto topografico,* Fuligno 1829. — Si maiores essent phototypiae, clarius plura conspicerentur.

Sunt exigua ea quae desideramus, nec ullo modo valorem pulcherrimi huius libri diminuere possunt. Immo P. N. Cavanna verum nobis exemplar huiusmodi literaturae exhibuit, et post tot labores, tot sacrificia, optamus, ut ipse liber in quam plurimorum manus prodeat. Linguae elegantia, imaginum ornamentum, disquisitiones criticae librum non minus iucundum reddunt animis piis et simplicibus quam viris doctis studiis franciscalibus inhiantibus.

Romae.

P. Livarius Oliger, O. F. M.

1. **Schlager, Patritius,** O. F. M. — *Beitraege zur Geschichte der Koelnischen Franziskaner-Ordensprovinz im Mittelalter,* Koeln, J. P. Bachem 1904; in-8°; XII, 304 pp. (4 Marc.).
2. **Eubel, Konrad,** O. F. M. Conv. — *Geschichte der Koelnischen Minoriten-Ordensprovinz,* Koeln, J. et W. Boisserée, 1906, in-8°, IV, 332 pp. (M. 6). — (*Veroeffentlichungen des historischen Vereins fuer den Niederrhein,* vol. I).
3. **Schlager, Patritius,** O. F. M. — *Geschichte der Koelnischen Franziskaner-Ordensprovinz während des Reformationszeitalters, nach meist ungedruckten Quellen bearbeitet.* — Regensburg, Verlagsanstalt, vorm. G. J. Manz 1909; in-8°, VIII, 319 pp. (4, 50 Marc.).

1. Historiam integram almae Provinciae Coloniae O. F. M. scribendam in se suscepit R. P. Patritius Schlager, filius Saxoniae provinciae, qui antequam ad opus in voluminibus doctis tractandum accingeretur, pluribus dissertationibus quaestiones quasdam erudite in ephemeridibus periodicis pertractavit.

Volumen I facta Provinciae Coloniae exponit per medii aevi decursum usque in annum 1517, qui duplici ratione finem libro imponit, cum Reformatio, sic dicta, tunc inceperit, cumque Conventualibus ab Observantibus divisis, Provincia antiqua in duas sit discerpta.

Ab origine orsus, primos Fratres Minores in Germaniam missos describit 4 ss., primos locos ibi fundatos, inter quos domus Coloniensis, prae caeteris Provinciae locis, primatum temporis obtinet. Eo adventaverunt an. 1222 Fr. Iohannes de Plano Carpinis et Barnabas Theutonicus, 6, 9ss. Primum locum in Valle Sionis, an. 1245 cum alio, donante episcopo Leodiensi, commutavere. Adumbrantur quoque conventuum fundationes per Thuringiam et Saxoniam etc. licet isti Coloniae nunquam adscripti fuerint, 13 ss. Provincia Rheni an. 1230 constituta (Iordanus, n. 57), in Capitulo Gli Romae 1239 (non 1240 uti p. 40 legitur) divisa est in Provinciam Coloniae et Argentinae, sive Germaniae Inferioris et Superioris. Illa paulatim 7 custodias comprehendit: per archidioeceses Coloniensem et Trevirensem, per Hassiam usque in Göttingam, Westphaliam, Hollandiam atque Brabantiam se protendens, extensione maxima. Capitulum II^um, 40-74, quantum documenta superstita, Chronicae variarum urbium, notitiae hic inde sparsae et maxima diligentia undique collectae hoc agere sinunt, de historia singulorum conventuum modo brevius, modo longius, agit, ubique satagens, ut res et facta certa adnotet, falsa ac dubia eliminet. Capite III 77-104, postquam verba, non omnino accuratissima fecit de Observantiae originibus in genere 84 ss., de syndicis apostolicis 79-82, et « Marthis » i. e. benefactricibus (praecipuis) agit, et de Schismate Occidentali, quod et Coloniam ad tempus, in duas partes scidit 88 s., describit initia atque progressus Observantiae regularis in singulis conventibus, sive in antiquis, sive in noviter fundatis pro FF. Observantiae. Redditibus, occasione anniversariorum praesertim, Fratribus oblatis, donationibus aliis libere factis, aliisque conventus bona quaedam stabilia sive proventus acquisierant. Censet ideo A. 74, 95, per saeculum XV usque ad adventum Observantium nullum conventum novum in Provincia fuisse fundatum. E 49 con-

ventibus quibus circa 1400 constabat Provincia, pauci scil. Daventriae (?), Campis (?), Falernae, post 1315 [cf. AFH I, 89], Noviomagensis (1335) ac Harlemensis (1339) saeculo decurrente XIV° initium ceperunt; caeteri vero omnes saeculo XIII; [*addo:* sed 1423, iun. 22 Martinus V Coloniae facultatem concessit fundandi conventum in *Buermalsen* in Hollandia; BF VII, 597]. Primus conventus pro PP. Observantibus constructus est Goudae 96 ss., quem isti tamen mox deseruerunt, ac 1439 tandem denuo occupaverunt; secundus eorum conventus Leydensis fuit (1445), olim monasterium III[ii] Ordinis S. Francisci; tertium Alcmariae (1445) etc. 98 ss. Vicaria Observantiae erecta est 1447. Statim, mirae vitae ac virtutis exemplum, in Scotiam quoque isti Fratres Observantiam intulerunt. — Capitulum II, 105-149 progressus Observantium exponit, pro quibus 23 novi conventus exstructi fuere, dum 24 antiqui paulatim, i. e. in annum usque 1517, ad eos transiere. Subnectitur series Ministrorum Provincialium (1240-1517) 150-154, ac series Vicariorum Prov. (1447-1517) 154-160. — Tertia pars libri eruditi de actione seu industria Prov. Coloniae systematice agit, et quidem de praedicatoribus, in quorum turba mirabili celeberrimi fuerunt Iohannes de Werdena, (c. 1400), auctor libri « *Dormi secure* », 165-167; Iohannes Blumenthal (c. 1340), Iohannes de Düren (c. 1410?), Tilmannus de Hachenburg, praeprimis autem Iohannes Brugman, (cf. AFH II, 613 ss.) 169-79, et Theodoricus Coelde de Monasterio, 179 s., Henricus Herp(ius), etc. etc. praeeminent. Ibi invenis quae egerunt FF. Coloniae Crucem praedicantes contra diversos Ecclesiae hostes 182-86; pro missionibus v. gr. Ioh. de Plano Carpinis 187-8, Fr. Guillelmus de Ruysbroek; dubium tamen est, utrum iste Prov. Coloniae fuerit necne. — De *scriptis* Fratrum Min. Coloniae loquens, ea dividit in libros pro instructione et aedificatione vulgi, opera scientifica atque ascetica. Ad illa spectat v. gr.: *Speculum Christianorum* Fr. Theodorici Coelde († 1515), suo aevo vulgatissimum, ac « primus catechismus vulgaris Germaniae » saepius appellatum, 192-8; *Vita S. Liduinae* († 1433) a Ioh. Brugman conscripta, 198-9, huius poemata, 202-5, *Meditationes vitae Christi,* 206-10; etc. etc.; opera alia mystica Henrici Herp(ii), 215-24; *Expositio Missae* Willelmi de Gouda, plus vicies edita usque ad an. 1500, 224-8; « *Epistola super actu reformationis ad ducem Clivensem* », Henrici de Berca, ed. 230-2. Plures doctius quam iam allegati scripsere, v. gr. Iohannes Coloniensis, Henricus de Werl 241-2, Henricus Goricensis, qui tamen vix vicecancellarius studii Coloniensis exstitit; Hermann Lappe 243; nec praetereundus nobis *Ioh. Duns Scotus,* 235-41, qui Coloniae fatis cessit. Forsan idem reapse est ac « *Fr. Iohannes Lector* », qui an. 1307 actui capitulari Conventus Coloniensis subscripsit 236. — Demum Capitulum III 245-284, brevius recenset Fratres *sanctitate* praecellentes 248-53, charitatem Fratrum in leprosos et pestilentes 253-59; confraternitates in FF. ecclesiis 259, horum relationes cum clero saeculari 261-8 et cum populo christiano 277-84, atque episcopos ex Provincia assumptos 272-5 enumerat. Paucissima de Beghinis interserit 270-1, minima de *Clarissis.* Notatu digna charitas et benevolentia Fr. Iohannis de Diest, O. F. M., episcopi Lubecensis, erga leprosos, qui 1260 pro sororibus quae et ipsae leprosae erant et lepra correptis in Schwartau prope Lubecam inserviebant, statuta peculiaria composuit, 255-6; cf. R. Virchow, *Zur Geschichte des Aussatzes* ap. *Archiv für pathologische Anatomie und Physiologie,* XVII, Berlin 1860, 320 ss.

Si librum istum indefessa sollertia undique ex archivis atque libris typis cusis collectum, in quo res tam variae ac per dissitas regiones sparsae coadunantur in unum, diligenter, critice ac sobrie, stylo unice facta et eventus proponenti et exponenti, examinaveris attente, licet lacunae plures ob documentorum inediam passim occurrant, grato animo illum, quem non: *Historiam Prov. Coloniae,* sed *syntagmata* ad istiusmodi historiam conficiendam inscripsit auctoris modestia, compluribus pro quaestionibus consules saepius.

Poterat P. Patritius plura adhuc eruere e *Bullario Franc.*, praesertim e continuatione P. Conr. Eubel (vol. V-VII), neque frustra inspexisset Sbaraleae, *Suppl. ad SS. Scriptt. O. M.*, etc. — Bulla, qua Eugenius IV Vicariam Observantiae erigit 286-7, iam edita est ap. Waddingum, XI², 450-1 (Regest.). Henricus de Molenark, archiep. Coloniensis 265, iam 1231, 28 aug. conservator privilegiorum FF. Minorum constitutus est; cf. Sbaralea, BF I, 75 etc. ibid. 352, an. 1245, 14 febr. etc. — Provincia Scotiae c. an. 1234 instituta est, 102; cf. Eccleston, AF I, 235; ed. Little, 51. Supra 605. Documentum capituli Fuldensis 1315 editur AFH I, 88-93. — Ex B. de Bessa AF III, 680, liquet S. Bonaventuram Prov. Coloniae visitasse; cf. l. c. 241 s. — Et revera S. Bonaventura sermonem habuit Coloniae, II dominica cuiusdam Adventus, *Opera,* IX, 1901, 49 s. — De Fr. Thoma de Celano 12, n. 6 dicta antiquiorem modum redolent. — De Iacobo I comite de Horn, fundatore conventus Weertensis 111, qui et ipse O. F. M. factus est, plura invenisset ap. Aurel. Pompen, O. F. M., *Jacob de Eerste, Graaf van Horne,* extr. ex: *Publications de la Société historique et archéologique dans le duché de Limbourg,* XL, 1904, 211 pp. — De conventu Antwerpiensi cf. Steph. Schoutens, O. F. M. *De geschiedenis van het Minderbr. van Antwerpen,* (II ed.) Antwerpen 1908; cf. AFH II, 144 s. — De conventu Fritzlariensi primum agit ad an. 1299, cum certe iam an. 1236 exstiterit: (cf. infra sub num. 2). Cf. Falkenhainer, *Geschichte hessischer Städte und Stifter,* Cassel 1841-42, 2 voll. II, 31 ss. et H. v. Roques, *Urkundenbuch des Klosters Kaufungen,* Cassel 1900, 1902, 2 voll. I, 80, 97. — De conventu in Hofgeismar, cf. Falkenhainer, l. c., II, p. IX, n. 5. Roques, l. c., I, 412 s. — Plura de conv. Hersfeldensi vulgata sunt ap. L. Demme, *Nachrichten und Urkunden zur Chronik von Hersfeld,* Hersfeld 1891, I, 13, 147, 166, 245, 271, 299. Documentum anni 1301 quod ex Fort. Hueber, O. F. M., *Dreyfache Cronickh von dem dreyfachen Orden... S. Francisci,* München 1686 [non 1886, uti p. VI habetur] cognovit, integrum est ap. Ad. Bürvenich, O. F. M. *Annales Provinciae Thuringiae,* 1672 (MS. bibl. cl. P. Binterim, modo Düsseldorpii) p. 48.

De fundatione conventus Fuldensis scil. 1237, ac de bulla indulgentiae Innocentii IV 1246 (non 1245) cf. AFH II, 512. — Historiola de initiis conventus Limpurgensis recte reiicitur, sed de anno, quo conventus coeperit, nil inde constat. Ornatius etiam narratur ista origo ap. Bürvenich, MS. cit. p. 16 et ap. *Metropolis ecclesiae Treviricae... Broweri et Masenii S. I. opus...* ed. Chr. de Stramberg, Confluentibus (1855, 1856, II voll.), II, 404. Guardiano autem qui in doc. ap. Gudenus, *Codex diplomaticus,* II, Francof. et Lipsiae 1747, 112 memoratur: *Theodorici* nomen fuit 34. — De initiis conv. Marpurgi cf. Huyskens, *Quellenstudien z. Gesch. d. hl. Elisabeth,* Marburg 1908, 95 ff.; cf. et Bücking, *Geschichtliche Bilder aus Marburgs Vergangenheit,* Marburg 1901, 57 ss. — Nihil dixit A. de controversia circa Immaculatam B. M. V. Conceptionem inter O. F. M. et O. F. Praedicatores Marburgi orta, quam-

que lantgravius Hassiae Henricus III (1458-83) an. 1476 in favorem O. F. M. decidit, documento cuius textum latinum ipse postmodum vulgavit *Verehrung der unbefl. Empfängnis in den Rheinlanden,* ap. *Pastor Bonus,* XVI, Trier, 1904, 352-60, german. vero antiquum vernaculum ed. Rady, J. B., *Geschichte der kathol. Kirche in Hessen* (722-1526) *hrsg. v. J. M. Raich,* Mainz 1904, 340 ss; cf. Bücking, l. c. 59 ss. — P. 85 ubi opinatur auctor litem inter Iohannem XXII et Ludovicum IV, Bavarum, (1322 seqq.) parum attinuisse ad FF. Coloniae, omnino obliviscitur chronistae cuiusdam huius Provinciae, quem anonymum primus editor Martinum Fuldensem vocitavit: Eccardus, *Corpus hist. medii aevi,* I, Lipsiae 1723, 1642 ss. Stetit enim iste a partibus Ludovici Bavari, cf. de eo Hoogeweg, H., *Die Chronik des sog. Martinus Fuldensis,* Paderborn 1883, 77 ss. — Item praetermisit Fr. Geraert, conventus S. Trudonis, (saec. XIV), qui versibus belgico vernaculo exaravit *Leuven van Sint Christina,* ed. J. H. Bormans, Gent 1850, et vitam S. Luitgardis Tongrensis, ed. Bormans, ap. *Dietsche Warande,* III, Amsterdam 1857. Bormans, *S. Christina,* p. XII coniecturavit etiam hunc eumdem esse ac Fr. Gerardum de Lienhout vel Linchout, qui poema de Natura Universi compegit, ed. J. Clarisse, Leiden 1847 (*Werken van de Maatschappij van nederlandsche Letterkunde,* N. R. IV). Plura autem subnotare potuit A. 244 s. de « *Karlmeinet* », poemate 30000 versuum de Caroli Magni etc. fabulis et traditionibus, quod tribuitur Fr. Hermanno guardiano Limburgensi; cf. Goedeke, *Grundriss zur Gesch. d. deutschen Dichtung,* I², Dresden 1884, 65 ss. Liber vero ab A. allegatus: J. Bartsch, *Ueber Karlmeinet,* prodiit Norimbergae 1861. — De Observantia in Scotiam a Provincia Coloniae invecta, cf. nunc W. Moir Bryce, *The Scottish Grey Friars,* Edinburgh and London 1909, I, 52 ss. Qua occasione notamus: Si subscriptio codicis (apographi) Bolland. olim. Lovaniensis, de quo Sabatier, *Specul. Perf.,* Paris 1898, CCII ss., AFH I, 308, reapse sonabat: « Fr. *Cornelius Ziriczee* », qui ergo 1454 novitius erat, diversus esse debet prorsus a Fr. Corn. Ziricsee, qui 1447 alios Observantes duxit in Scotiam, 102; Moir Bryce, l. c.; infra 775. — Alius scriba ap. Sabatier, l. c., CCVI etc. Quae MSS. produnt Obs. Coloniae valde assiduos fuisse in antiquis nostri Ordinis legendis studendis et exemplandis. — Hoc et Brugmani *Meditationes de Vita I. X.* manifestant, qui divisiones Passionis non e proprio penu hausit, uti censet A. 207, sed ex Ubertini de Casali, *Arbor Vitae,* Venetiis 1485, fol. 1r ss. — Documenta Fr. Willelmi de Waltmannshausen etc. in lite Trevirensi 276, habes ap. MG SS XXIV, 414-456; quaedam ap. Ann. de Latera, *Supplem. Bull. Fr.,* Romae 1780, 167 ss. — Bulla cit. 152 n. 2 edita est ap. BF VII, 18; cf. et l. c. VII, 56; VI, 554 etc. Cf. etiam AFH III 580 s.

Pluribus A. usus est MSS^is (cf. p. V), quorum textus aptius in notis adiecisset, ut et aliis praesto essent examinandi causa. Allegandi modus in genere sobrior est, quam ut lectori perscrutanti plene satisfacere possit. Plura longe in appendice addere et edere potuit A. Ibi habes I°: 185, doc. 1265, 7 Iuli, de conv. Limburgensi; II°: 285-6 epist. episc. Monasteriensis 1282 syndicos pro conv. Marburgensi instituentis; III° loco editum iam ap. Waddingum, X², 450-1 legitur; IV, V, VI: 288-93 sunt actiones et docc. circa Observantiam Marpurgi constituendam 1495; VII: sunt litterae affiliationis datae civi Andernacensi a Fr. Arnoldo Min. Prov. 1339; VIII demum: tales litterae eidem tributae a Min. Gli Guillelmo Farinerii 1351, 21 oct., sed temporis nota e textu non elucet. — Explicit indice sat copioso.

2. Alterius prorsus generis est, titulo non obstante, « Historia » Minoritarum i. e. FF. Min. Conventualium Coloniae. Haec usque in annum 1517 cum illa P. Schlageri coincidit, deinde vero, natura sua, ab ea dividitur. Liber P. Conr. Eubel, auctoris famosissimi, maximam partem fundatur in MS. Archivi PP. Conventualium Romae: *Deductio historica provinciae Coloniensis Ord. FF. Min. S. Francisci Conventualium,* quod a P. Bernardo von der Beck inceptum, huius Confrater anonymus 1735-1739 continuavit et absolvit. Fundatur *Deductio* saepe (non semper) in Archivis antiquis Provinciae et singulorum conventuum, modo deperditorum. Inde eius valor et pretium, relatum etiam ad opus P. Schlageri, quod pluribus in rebus et factis particularibus complet. Non autem omnium conventuum historias texuit *Deductio,* sed illorum tantum, qui suo tempore adhuc erant vel novi accreverant Coloniae PP. Conv. Editor textum non simpliciter in linguan vertit germanicam sed, quoad potuit, eumdem prosecutus est usque ad excidium singulorum conventuum, qui ad unum omnes saeculi XIX ineuntis perturbationibus et saecularizatione (1803 seqq.) misere periere simulac Provincia ipsa. Addidit quoque, ubi potuit, notitias historicas antiquioris aevi, hinc inde collectas sive ei ministratas.

Primo 4-8, exponitur Provinciae status iuxta Barth. Pisanum, ubi addit conventus in Cassel (?) et Weissenstein [?? hic erat O. S. Aug.] prope dictam urbem et aliquot notitias peculiares aliorum conventuum. — Cap. II inscribitur: « *De conventibus per Observantiam et per Reformationem deperditis* », 8-14. Illi fuerunt numero 24, hi autem 16, ita ut c. 1600 soli 13 remanerent, e quibus 4, scil. Duisburg, Oberwesel, Höxter (Huxaria) et Fritzlar ad tempus disparuerant, et primus ex eis ante an. 1619, caeteri 3 postea recuperati fuerunt. Ex aliis conventibus Andernacensis 1615 ad Observantes devenit 9; Neussensem vero (1615) ac Paderbornensem Jesuitae 1592 sumpserunt 9-11. — Praeter iam dictos 4 conventus, tentaverunt et plures alios recuperare vel occupare 1620 seqq., qui non solum antiquitus Prov. Conv. Coloniae sed et Argentinae et Saxoniae fuerant 16-26; quorum nullus tamen diutius eis remansit. — Praeter dictos autem, alios acquisiere 13 novos, ita ut anno 1712 provincia denuo 26 numeraret domos, quas in 4 custodias diviserunt: Coloniensem nempe, Westphaliae, Trevirensem et Hassiae. De hoc Cap. III, 14-27. — Horum 26 conventuum, quibus c. 1782 accessit conv. in Solingen 282, omnibus iunior, historia describitur cap. IV, 27-282, de historia externa et structura conventus et ecclesiae, de altaribus, devotionibus, de officiaturis specialibus et solemnioribus, confraternitatibus, de stationibus parochiarum, sepulchris, benefactoribus, etc. de redditibus et possessionibus, de studiis, de rebus specialibus conv., de guardianis, quorum catalogum, ut etiam Fratrum memoriae dignorum, partim texuit, etc. etc. Plurium conventuum *Chronicae* saec. XVIII conscriptae supersunt, partimque vulgatae fuerunt; cf. 59, 68, 69, 192, 210, 233, 285. In pervetusto Conventu Coloniae (1222), servabatur quoque patina quaedam S. Francisci 43, (Schl. 262). Conventus hic 1625-35 « primae classis vel de mensa generalitia » fuit, quod tamen Coloniensibus minime arrisit privilegium. — De praegrandi statua B. M. V. e fornicibus ecclesiae Bonnae pendenti sed an. 1748 remota, agitur 76. Officia chorusque Bonnae solemnius quam aliis in conventibus celebrabantur 78. Conventuales Clivii tempore Reformationis optime agebant et civitatis incolas a defectione praecavere summe adlaborabant 124.

Ultimus Guardianus conv. in Neersen (1558-1803): P. Ludolphus Eggerath an. 1803 ecclesiam B. M. V. Immaculatae dicatam, S. Na-

poleoni dedicavit, quo artificio a Napoleone I obtinuit saltem, ut ecclesia qua parochialis declararetur et ipsi restitueretur 162. — Antiquae ecclesiae Monasterii 1656 addita fuit navis tertia 167; in ea Fr. laicus *Andreas Oxel* c. 1655 imagines B. M. V. et S. Antonii Pat. pinxit 168. Dicti conventus fuit et Fr. *Franc. Gaugreve* architectus celebris, quem et Comes de Nesselrode ad exstruendum castrum suum arcessivit (71, 171. — Cum Lantgravius Ernestus de Hessen-Rheinfels ad catholicam rediisset religionem, anno 1670 loco Iesuitarum in Langenschwalbach advocavit Min. Conventuales 247. — Isti in conventu in Bocholt multum adlaborabant, ut catholicis in partibus Hollandiae adiacentibus auxilia spiritualia impenderent 198 (an. 1635), indeque factum est, ut 1651 conventum alium in Zwillbrock in hunc finem specialem construerent 216 ss. — Pluribus in conventibus *gymnasia* publica habebant 140, 150, 152, 163, 245, 260, 278, 282; saepius etiam, ubi eis conventus novi offerebantur, conditio adiecta fuit gymnasii talis saltem aliquas classes condendi, 201, 208. Cum Princeps Elector an. 1774 Bonnae Academiam institueret, plures cathedrae Minoritis concreditae fuerunt 97-8; quae Academia 1786 in Universitatem est provecta 99.

Cap. V, 283-97 seriem Min. Provincialium texit. Appendices 298-311: plures notitias de conventu Erfordiensi continent 298-301; documenta fundationum conv. in Siegburg 304-7 et Neersen 306-9, doc. permutationis conventus Conv. Treviris, quod Iesuitae 1570 assumpserunt 230 s., cum conventu monialium S. Germani 309-11. Demum concludit opus index, iuxta auctoris consuetudinem bonam, duplex et locuples minoriticus et aliarum rerum ac personarum 313-332.

Series antiquior Ministrorum Provinciae 284, ab illa P. Schl. 150 ss. plurimis discrepat, nec tamen correcta evasit. Documentum Hersfeldense, Bürvenich, MS. cit. p. 48, 14 ian. 1301 subsignarunt: « fr. Gerhardus, minister Coloniensis, fr. Hermannus custos Hassiae et fr. Hermannus guardianus Hersfeldensis », ex quo apparet Gerhardum (de Pomerio) non 1304-9 sed iam 1301 immo et 1300 ministrum Prov. fuisse. — Uterque (Schl. et Eubel) omisit Fr. Petrum de Tewkesbury, Anglum, quem Ada de Marisco pluries « Ministrum Coloniae » dixit an. 1250 et circa, cf. *Monumenta Franciscana*, ed. Brewer, London. 1858, I, 308, 313; cf. supra p. 613, n. 5. Ergo tempus Fr. Conrado assignatum (1245-71) omnino limitandum est. Fr. Rolandus autem an. 1503 adhuc in officio erat; AFH II, 519. — P. 268 n. 2 lege: « *Fritzlarer Dombibliothek* ». Pro conventu Frideslariae complures notitias ipsi nos A. subministravimus, cf. 269 nota 1. Quasdam invenis modo in nostra *Gesch. d. Franziskanerkl. Frauenberg*. 4, 51, 196 s. Suppresso conventu illo, aliqui Fuldam missi fuerunt, l. c. 218; itemque alii Minoritae e conv. Huxariensi 280. De Fr. Henrico Fritzlariae in choro an. 1275 fulmine occiso cf. Glassberger, AF II, 88. — Catalogus insignium reliquiarum huius conventus anni 1528 editus est a Dr. Kissling, ap. *Studien aus Kunst und Geschichte Fr. Schneider gewidmet,* Freiburg 1906, 119 ss. indeque secundo a P. Beda Kleinschmidt, O. F. M., ap. *Jahrbuch d. sächs. Franzisk.-provinz,* 1907, 46-51. — Revera 261, an. 1615 ecclesia conventus devastata erat miserrimae, fenestris destructis etc. (Würzburg, Kr. Arch. Acta ref. Fridesl.) etc. — Campana conventus (ex anno c. 1890 in cathedrali Frideslariae) hanc habet inscriptionem: *anno dom. m.cccc.lvi. o . rex eterne . populum . tuum . ledere . sperne . maria . hece . ich* . etc. etc. — Plura de reformandis conventibus (c. 1470 seqq.) et recuperandis (c. 1610 sqq.) per Hassiam etc. documentorum regesta invenisset A. ap. Herm. Barlo, *Epitome Croni-Veridica erectionis... Prov.*

Thuringiae etc. (1709) ed. ap. *La Palestina e le rimanenti missioni franc.*, I, Roma 1890, 49 ss. II, 1891, 37 ss.; ubi I, 239 memoratur etiam Copia obedientialium celebri P. Conrado Kling a Min. Prov. Observ. (contra E. 22) S. Iohannis Bapt. Saxoniae 1518, 2 febr. datarum. Cf. et l. c. I, 368 s. — Inter episcopos suffraganeos, quos plures quam Schl. 273 ss. Eubel, *Hierarch. cath.*, II, 305-9 adnotavit, nominandus venit Ioh. Spender (Marburgensis), E. 38 s., 54, 131, 252; Schl. 121, 143 s. — Uterque A. omisit Fr. Iacobum de Iülich, qui 1376 ope documenti pontificii falsificati pluribus in dioecesibus diu suffraganeum actitabat. Sed 11 mai. 1388 condemnatus est carcere perpetuo et 4 post annos denuo inquisitus, 30 sept. 1392 mortis poena crimina luit, cf. Fr. Muller, *Archief voor de geschiedenis van het aartsbisdom Utrecht*, XXIV; I. van Gulik et W. Moll, *Kerkgeschiedenis van Nederland*, II Arnhem 1865, 167. — Ioh. de Zieriksee, Schl. 274, episc. Ultraiectens. etc. revera est Ioh. de Sierk, nec O. F. M. fuit. — Fr. vero Henricus de Lützelburg (l. c. 273) idem est ac H. de Chiemsee, BF V, 609. De conv. Clarenberg 12 s., cf. modo O. Merx, *Urkundenbuch des Clarissenkl. Clarenberg*, Dortmund 1908. De conv. Luxemburgi, cf. J. Grob, *Recuil d'actes et de docc. conc. les FF. Min... Luxembourg*, ibid. 1909, cf. AFH III, 386. — Utrumque A. effugit etiam Alexander Alemanicus, qui Coloniae docuit, Sbaralea, *Suppl.*, 10; I² 10-11; item Albertus Mediolan. l. c. 7, cf. et Wadding, VI², 108; correctorium alterius Iohannis de Colonia, ALKG II 545 s., 266; Hermannus Coloniensis, lector Oxoniae, c. 1342, cf. Little, *Grey Friars at Oxf.*, 236 s. Iohannes Contractus, Wadding, SS 200; 137²; 136³. — De Gasp. Trullenck, cf. Wadd., 144; 98²; 99³. Sbaralea, 301; I² 319; Franchini, *Bibliosofia*, 280. — Revera et P. Eubel bibliographiam FF. Conv. a se tractatorum magis curare debuit, etsi quando plus in eam animum adverterit, 89, 152, 182 s., 186, 231, 240, 297. In vituperationem quoque cadit, quod fata Conventuum Conv. per saeculum XVI pereuntium praeteriit; quia P. Schl. de eis esset acturus 14. Has notitias *Deductionis* prodere omnino debuit, praesertim quia ad thema Patris Schlageri iam non spectant. — De Gerwino Haberland cf. Goedecke l. c. II², 236. Eius « Daniel Susatemis » an. 1848 denuo editus est a L. Fr. von Schmitz, Soest in-8°. — Inter alios E. omisit Ioh. Stommel de Meinerzhagen, prof. Univ. Colon. apostatam (c. 1535), cf. Iacobs, *Joh. Meinerzhagen und das Interim*, ap. *Zeitschrift des bergischen Geschichtsvereins*, XXIX, 1893, 238-68, item Ioh. Kymaeum Fuldensem Conv. de quo Kimm, I. I., *Vita Ioh. Kymaei*, Marburgi 1728; Goedecke, II², 211 s.

3. R. P. Patr. Schlager opus inceptum alacriter sat prosecutus, iam volumen secundum, (licet non tale inscribatur) in lucem edit. Exponit facta Provinciae Observantium Coloniae ab anno 1517 ad annum usque circiter 1620. — Primo cap. narrat historiam novae Provinciae, optimo spiritu animatae 20 ss., quamque Fr. Willelmus de Alkmaar primus Minister regebat 1517-19. Post successoris sui Conradi Wesaliensis mortem (7 dec. 1520), electus est P. Mathias Weynsen 26, qui bis Provinciam gubernans 1520-24, 1525-28, an. 1527 ipse proposuit 30, Provinciam esse dividendam ob nimiam extensionem etc. Omni via, nec sine dolo, in hoc adlaborabat, quod iam 1528 obtinuit approbante illud Clemente VII 10 iun. 1529 et demum 23 maii 1532. Dissensio autem perdurabat, cum nova Provincia, Germaniae Inferioris dicta, quae longe plures conventus quam Mater Colonia sumpserat, alios concupiret. Ab anno 1519-32 Coloniam gubernavit celeberrimus P. Nicolaus Her-

born, praeco verbi divini contra pseudo-reformatores tunc surgentes et iam plurimum vigentes, disertissimus et fortissimus, quique summe contra istos 34 ss., 206 ss. opere, verbo, scriptisque contendebat, non secus ac pro Missionibus in novo orbe provehendis 41-6. Obiit an. 1535. — Cap. II 51-115 inscribitur: Pugnae ac iacturae (1535-1584). FF. Minores Obs. et FF. Praedicatores prae aliis Ordinibus 55-6, pro muro se opponebant novae doctrinae 57 ss. Iam 1520 scripta Lutheri proscripserunt 59. Anno 1528 Marburgum relinquere coacti sunt post certamina dira; et conventus Universitati addictus est, 62-71. Idem Philippus, Magnanimus dictus, eos 1528 Grünberga expulit 73, et Willelmus, comes Nassoviae, eos 1534 e Siegen detrusit 75-9. Eodem modo, ob tenacitatem Fidei eiecti fuerunt 1555 Emdena (Faldern) in Frisia 88, aliisque e conventibus, quos vi et imperio Protestantes occupavere; sed conventum Moguntiae sumpserunt 1577 Iesuitae 128, qui et Confluentinum occupare intendebant 130-1. — Ministri Prov. Coloniae viri insignes erant, inter quos nomino P. Steph. de Zevenaar 1538-40, 1543-46; Ludov. de Aurich, 1540-43, 1549-52; cf. AFH I, 174, Servatium Noetberg 1554-60 etc. etc. Plurimum Provinciae nocuere « turbationes, sic dictae, Truchsessianae » 110 ss., sed Fr. Iohannes de Hayo, Scoto, primum Commissarius papalis 1581-85, dein Provincialis 1585-89, ansam praecipuam dedit, ut Provincia denuo floresceret, quod cap. III exponitur 116-205, mireque successit. Tunc novi conventus fundati sunt, praesertim Coloniae, ubi prius antiquum conventum PP. Conv. occupare voluisse videntur Observantes 124. Anno 1551 parvam domum incolebant, sed an. 1589 ad conventum Tertiariorum regul. S. Francisci, pene desertum, agente Nuntio, transiere 138 ss. Appellabatur « *ad Olivas* », quae forma dialectica, aliquatenus immutata, sonabat potius « *ad Elephantum* ». Huius conventus, amodo principalis, historiam gloriosam fusius descripsit A.: *Zur Geschichte der Franziskanerobservanten und des Klosters ad Olivas in Köln*, ap. *Annalen des historischen Vereins für den Niederrhein*, LXXXII, Köln 1907, 51-91 eamque brevius hic repetit, 135 ss. Sufficiat nomina quorumdam Patrum insignium hic recensere: Henricus Regius, Min. prov. 1589-92, ac 1596-1600, Petrus Vriends, 1504-1596 linguarum orientalium cultor 158, Franziskus Rensinck 1608-1616, demum celebris et optimus Nicolaus Vigerius 1610-13, 166 ss., cui successit P. Ioh. Schwering 1613-16, et Ioseph Bergaigne 1616-19. Interim novi conventus fundati sunt et antiqui recuperati; 1615 domum PP. Conventualium Andernaci subintroiere 199; catholicos in Hollandia adiuvabant, expulsos fraterne hospitabant et 1610 in conv. Halberstadii, qui solus e Saxoniae Provincia remanserat, Patres miserunt 197.

Ultimum libri capitulum 206-290 industriam FF. Min exponit per dictam periodum, de studiis, praeprimis de praedicatione, scriptis etc. actitans. Notandum quomodo Patres conventus Brulensis prope Coloniam sacrum suggestum cathedralis vicinae Metropoleos efficaciter et egregie tenebant, e quibus nominandi Nic. Herborn, Iohannes Haller, disputator cum Protestantibus validus 232 ss., P. Ioh. de Deventria 249 ss. Antonius Broich de Königstein 260 ss. Henricus Helm 263 ss., etc. etc. Omnes isti plures libros evulgarunt contra Pseudo-Reformatores, Anabaptistas etc. P. Ant. Broich etiam concordantiam realem S. Scripturae compegit 220 ss., P. Andreas Placus *Lexicon Biblicum* etc. P. Amandus de Ziericsee 222, 228 inter alia *Chronicam... ab exordio mundi*, 1534 edidit etc. etc. P. Matthias

Weynsen celebrem *Fasciculum myrrhae* etc. — In *appendice* A. edit.: I) 291-2. Litteras indulgentiae archiep. Siffridi Moguntinensis, pro conv. Marburgensi anno 1225 oct. 19 datas e MS. B. i. e. *Annales Prov. Coloniae O. F. M. Regul. Obs.*, 1658 (1685), quos scripserunt PP. Iacob. Polius et Ad. Bürvenich (modo in Bibl. publ. Dusseldorpii). Circa anno autem *1225* scrupulus grandis nos premit, nec dubitamus quin *1235* legendum sit, cum litterae datae sint « *Pontif. nostri anno V* » quod pro Sigfrido (1230-49) solummodo valere potest, et pro an. 1235. Hanc temporis notam eis dat etiam H. Barlo, l. c., I, 240. Edit II) 292-5 Epistolam Fr. Nicolai Herborn ad Hassiae Lantgravium; III) 295-6 Inventarium Sacristiae conventus Corbacensis, (1543); IV) 296-7 Litteras Fraternitatis spiritualis a PP. Carthusiae Coloniae FF. Min. datas (1587); V) 296-9 Litteras confirmatorias pro conv. in Beurig (1617), et VI) 299-301 pro conv. Monasterii; demum VII) 300-3 Statuta Confraternitatis SS. Sacramenti Coloniae (1611) cf. 227 s. — Sequitur catalogus fontium saepius adhibitorum 303-8, et ultimo index sat copiosus.

In introductione libri conspectum historiae Provinciae ante an. 1517 praebet 1-10, enumerans etiam Monasteria *Clarissarum* 10-11, *Tertiariorum* 12-3, atque *Tertiariarum* 13-6, cum anno fundationis, ubi eum indicare potest, necnon et saepius succinctam de eis bibliographiam. Antiquissimum e monasteriis Clarissarum, quae 23 erant, Luxemburgi fundatum est an. 1264. Tertiariorum domos enumerat 9, quarum prima ex anno 1300 Coloniae erat; Tertiariarum denique domus numerum 70 attingebant, antiquissima an. 1320 tribuitur, item Coloniae. Sperandum sane fore, ut A. alia occasione plura de his institutis publicet. Etiam Luxemburgi Sorores Griseae habitabant etc. Grob, l. c. 5. — P. 100 s. memoratur anonymus Fr. Minor pictor qui 1518 et 1527 Corbaci duas imagines miras confecit; praeter alias quae aliis in locis ei tribui debent. Iam anno 1581 Fratres Limburgum revertisse videntur, cf. H. Barlo, l. c. I, 672. De conv. Marburgi, l. c. 140 s. etc., in Siegen. l. c. 367 s. Saepissime etiam isto in volumine lector in notis textus MSS. allegatorum frustra quaerit, 23 ss., ille autem pro quo 30 remittitur ad MS. B., editus est ap. *Chronol. hist. leg.*, I, 256.

Volumen istud eruditum facta gloriosa Provinciae Coloniae per tempora infesta describens plausu dignum est magno, non secus ac praecedens volumen primum, neque ullus lector non e corde desiderat, ut et sequens mox in lucem edat Auctoris docti et indefessi industria.

P. **Michael Bihl**, O. F. M.

Schwager, P. Friedrich, Priester der Gesellschaft des Göttlichen Wortes, (S. V. D.) — *Die katholische Heidenmission der Gegenwart im Zusammenhang mit ihrer grossen Vergangenheit.* — Steyl, post Kaldenkirchen (Rheinland) 1907-09. 1 vol. in-8°, pp. 446, M. 3,00. — (Sunt IV partes: I. Das heimatliche Missionswesen, p. 1-74. II. Die Mission im afrikanischen Weltteil, p. 79-220. III. Die Orientmission, p. 223-312. IV. Vorderindien und Britisch-Hinterindien, p. 317-446).

De immensis Ecclesiae Catholicae in toto terrarum orbe diffuso laboribus pro fidei dilatatione non pauci iam prodierunt libri lingua germanica conscripti. Qui tamen fere omnes nostris temporibus obveterati,

praesentem minime respicere possunt statum operis missionarii. Hunc defectum removere studens, opus citatum magna circumspectione a cl. A. compositum, non unum alterumve tantum Ordinem, sed omnium Societatum catholicarum pro propaganda fide inter infideles certantium labores, sudoresque facili et eleganti stylo ante oculos ponit. Quot testimonia splendida cl. A. pro indefesso Missionariorum zelo attulerit, longum est hic referre. Solum id unum intendimus, Ord. Fratrum Minorum in 4 libri fasciculis memorata inquirere, quamvis negandum non sit, illos eum non obtinere locum, qui eis tam quoad numerum Missionariorum quam quoad extensionem operis videtur deberi.

I. In primo fasciculo A. fontes respicit, e quibus tot pro opere missionario complendo vires Ecclesiae emanant, perlustrando ad id varias Nationes et indicando participationem singularum ad tam egregium opus complendum. Antequam id A. aggreditur, phases operis missionarii praeteriti temporis breviter percurrit, incipiendo a claris S. P. Benedicti filiis in regionibus septentrionalibus Evangelium disseminantibus. Sed ubi Dominicanos una cum Cisterciensibus et Praemonstratensibus in Provinciis Balticis ad partes sept.-or. Germaniae strenue adlaborasse dicit, nihil, ne verbo quidem Franciscanos eisdem in plagis evangelizantes, v. gr. in Rigensi civitate, Livoniae capite, iam ab anno 1234 manentes commemorat. Encomio celebrat intentionem ipsius egregii Seraphici Ordinis Fundatoris Fratres sui Ordinis pro dilatatione Evangelii ad varias terrae partes destinandi, quae quidem intentio mox iam praesertim in Asiae regnis, antehac vix cognitis, praesertim in regno Karakorum, ad effectum perducitur (11). Laude extollit A. b. Raimundi Lulli conatus ad Linguarum Orientalium peritiam in Occidente dilatandam et Fratrum Minorum invictum animum per plus quam sex saecula in Asiae, Africae. Europae sub Turcarum ditione positis regionibus persistendi (12). Post institutionem Congregationis de Propaganda Fide, lamentabilis Missionum iactura a medio saec. 17. earumque regeneratio saec. 19. narratur (17-30). Ubi de singularum Nationum Organisationibus missionariis agitur, primario Fratres Minores Itali citantur qui omnium plurimos Ecclesiae dant Missionarios (31); disseritur etiam de Terrae S. Commissariatibus toto in orbe terrarum constitutis. Fratres Minores Hispaniae in regno Marocchii, Terra Sancta et Bolivia occupantur; utrum iidem in Insulis Philippinis proprias infidelium Missiones adhuc exerceant nescit Auctor (34). Aliquos ante annos Provincia Portugalliae Beirae missionem suscepit (36). Fratres Minores Francogallici ab anno 1894 Vic. Apostol. Schantung or. administrant (46), ubi addendum foret eosdem etiam in Canada adlaborare. Hollandiae Provinciae filii inveniuntur in Vic. Apost. Schansi merid. et in Dioecesi Manaos regni Brasiliae (51).

In Germania Provincia Saxoniae ab anno 1903 Vicar. Apostol. Schantung septentr. suscepit (63), non tamen A. meminit duarum Provinciarum in Brasiliae regno ab eadem Provincia noviter erectarum, nec Praelaturae Santarem ad ripas Amazonas fluminis sub Rev.mo D. Amando Bahlmann in conversionem infidelium intentae. Americae septentr. Provinciae Seraphicae occupantur in California super., Arizona meridionali, et septentrionali, Nova-Mexico, Wisconsin, Michigan (70). In America meridionali varia Ordinis nostri Collegia pro Missionibus paucis verbis commemorantur (72).

PP. Capuccini Itali laborant praesertim in Indiis sept., Asia anteriore, Brasilia, quorum alumni ad missiones destinati educantur in Collegio S. Fidelis Romae et ab anno 1882 Budjae (Smyrnae) in Coll. interna-

tionali pro Miss. Orientis (31). Capuccini Francogalli, ab anno 1821 qua « Missionaires du Levant » admissi, etiam Missionibus Syriae, Armeniae, Arabiae, Gallas, Rajputanae operam navant (44), dum Capuc. Neerlandiae in Borneo occupantur (52). Provinciae Rhenano-Westfalicae ab anno 1903 concredita est Missio in insulis Carolinis, ab anno 1907 in insulis Marianis. Provincia Tyrolensis ab anno 1892 Bettiam, provincia Bavariae missionem Chilensem inter Indos Araucanos dictos, suscepit (62). Missionibus intes infideles Brasiliae Capuccini indigenae operam praestant (72).

II. Ad Africae plagas transiens cl. A. quatuor tantum in locis de Fratrum Minorum laboribus loquitur. Sic Guanchos in insulis Canariis a Franciscanis conversos esse narratur (79); Sorores Franciscales Missionarias Mariae in Vicariatu Kongo laborare (123), Fratres Minores Beirae (Moçambique) Nigros convertere (150), conatum P. Ludovici de Casoria fundandi anno 1854 duo Collegia pro Nigris sine fructu cessisse (180), Fratres Minores in Sultanatu Maroccano nullum in infideles influxum habere, quidque delegatio Patris Lerchundi ad Ss. D. P. Leonem XIII profecerit nos nescire, paucis exponit A. — Respectu difficultatum tantarum in Praef. Tripolitana a Mohamedanismo illatarum, et illic progressus licet parvos A. agnoscere debuisset, v. gr. ea quae teste ultima relatione 1908, cf. *Acta Ord. Min.*, XXVIII, 417, Patres et Sorores quotannis maximis tantum laboribus facere possunt, quique haud spem auferunt et hanc missionem sudoribus et sanguine rigatam, fructum suo tempore laturam esse. Mirandum nobis videtur Auctorem ne unum quidem verbum pro laboribus vere heroicis Sororum Franciscalium in solamen leprosorum Ambohidratrimi (Madagascar) impensis habere.

Aeternae memoriae erit, quod Card. Massaia, Africae Apostolus pro Nigris, peregerit. An. 1850 ex Missione Gallas expulsus et in civ. Aden residens, ad insulas Seychellas P. Leonem des Avanchers mandavit, ut missionis hodie florentissimae fundamenta iaceret (159). 1892 P. Evangelista inter Somali infideles stationem Berberam diu aridam et infructuosam, tandem Dei gratia rigatam fundavit (172). Cardinalis Massaia memoria non solum in Abyssiniae plagis sed etiam in terris Europae in benedictione est (175 sqq.).

Tertius Fasciculus Orientis Missiones describens non pauca continet testimonia pro laboribus Fratrum Minorum inter Orientales exantlatis. Laude extollit A. Franciscanos in Bosna-Herzegovina et Albania fidem catholicam ad effusionem sanguinis usque defendentes (235-237), quamvis eorum numerus non sufficiat. In Walachia Fratres Minores curam animarum gerebant usque ad ann. 1864, quo a PP. Passionistis suscepta est (238). Constantinopoli hodie in Eccl. B. M. V. Perae, apud Delegationem Austriacam et in nosocomio Austriaco, necnon ad eccl. parochialem in Prinkipo insula curam exercent animarum. In insula quoque amoenissima Smyrnae Franciscani cum variis Congregationibus Missionum labores suos communicant (250). Rhodensibus Fratres Minores praesertim fidem servarunt.

A. Minorum merita extollit circa Coptos Aegypti, inter quos ab anno 1889 Vicariatus Aegypti, usque nunc a nostris provisus, erectus est (255). Anno 1892 S. Congr. de Prop. Fide Coptis omnes antiquas stationes Fratrum Minorum in Aegypto super. tradidit, in quibus Catholici exclusive ritui Coptico adhaerentes habitabant, unde evenit, ut duas e tribus partibus suarum stationum Fratres Min. amitterent (258). Etiam in Abyssinia saec. 16. et 17. una cum PP. Soc. Iesu et Capuccinis laborarunt (260). Encomio celebrat indefessos Fratr. Min. labores et sudores in

Palaestinae sanctuariis per VII saecula perpessos. Iam circa anno 1230 [non 1333] illud coepit occultum martyrium, per quod invincibilem probaverunt fidem et firmitatem, promerendo sibi permanentem coronam honoris et gratitudinis. Auctor iustum fert iudicium de parvo numero conversionum, optime notans tam difficiles conditiones sub Turcarum crudeli ditione fidei propagationem nimis coarctare. Silentio praetereundum non est meritum P. Ladislai Schneider, Prov. Sax. filii, qui omnium primus Germaniae Catholicos ad maius Terrae S. praestandum auxilium verbis et scriptis excitavit (271). Quid ad annum usque 1905 Patriarcha ille Hierosolymitanus et Seraphici Patris filius Ludov. Piavi egregie gesserit, nemo est, qui nesciat. Non deerant detractiones et calumniae, non violentiae; maior his omnibus Patriarcha ille egregius (272). Omnium primi Fratres Min. in Syria locum tenebant et hodierno adhuc die cum 13 locis quoad numerum alios antecellunt (285). Non parvum sibi ab anno 1866 meritum acquisierunt pro unione Schismaticorum in Marasch, quo protestantes in Marasch, Aintab, Jenidje superabant. Laudem non parvam et illud meretur Collegium-Convictum Aleppi anno 1859 a P. Ludovico Piavi fundatum toto in Oriente optime cognitum (288-291). Quare A. Fratres Min. Damasci commorantes non meminerit, nescimus.

Non parvus Auctori irrepsit error, S. Petrum de Alcantara Ordini Carmelitarum adscribendo (306).

Inter Orientales iam dudum FF. Min. Conventuales Moldaviam, necnon Constantinopoli varias stationes administrabant (246). Capuccini inveniuntur in Vicariatu Philippopoli et a Para usque ad mare Nigrum variis in stationibus. In Seminario S. Ludovici alumni tam egregiam accipiunt eruditionem, ut plusquam 48 sacerdotes variorum rituum ex eo prodierint (247). In insulis Archipelagi Graeci non pauci inveniuntur Capuccini evangelizantes (251). Beati Cassianus et Agathangelus anno 1634 in Abyssinia martyrio coronati sunt (260). Anno 1627 primi Capuccini Syriam usque pervenerunt (286). In civitatibus Diabeker, Malatia, Kharput (Mardin) ab anno 1841 iidem, non obstantibus persecutionibus et difficultatibus, fortiter steterunt (302).

IV. Quum Fratribus Minoribus in Indiarum Orientalium partibus nulla concredita sit missio, eorum in quarto libri fasciculo nulla fit mentio; Sorores vero Franciscales, praesertim Missionariae Mariae, saepius laudantur. — Magna pars Missionum ibi concredita est Patribus Capuccinis variarum Nationum. Belgae inveniuntur in Lahore, Francogalli in Raiputana, Tyrolenses in Bettiah. Inter episcopos Ordinis eminet Msgr. Anastasius Hartmann, vir magni animi et indefessi laboris, qui inter adversa qua Administrator Apost. dioeceseos Bombay magna perfecit (402), dum Msgr. Pelkmanns Missionem Lahore quasi a fundamentis erexit (409). Sed si alicubi, certe in civitate Lahore, 176000 incolarum, erectio Studii academici contra florentes Acatholicorum scholas cum plus quam 2500 alumnis necessaria foret (412). Missio Agrae parvis ex principiis ad 25 stationes principaliores accrevit (412 sq.), dum Vicariatus Patna ad florentem statum nondum pervenit. Maiorem spem affert Praefectura Rajputana, quae circa finem anni 1907, 2373 Indos conversos numerabat (416). In Bettiah. ubi primi omnium evangelium nuntiabant, nucn magno cum successu opus evangelicum perficiunt (419 sqq.).

Hic liber. Non dubitamus, quin omnibus Historiae Missionum studiosis magnum sit allaturus emolumentum et levamen in saepe non facili disquisitione tot tantorumque laborum a Missionariis nostris, aliisque pro Evangelii dilatatione susceptorum.

Dorsten. P. Autbertus Groeteken, O. F. M.

Mireur, F. — *Les anciens couvents de Draguignan. Les Cordeliers.* — Draguignan, impr. Latil Frères, 1906, 1 vol. in-8° 170 pp. et 7 planches (5 Fr.). — (Extrait du *Bulletin de la Société d'études scientifiques et archéologiques de la ville de Draguignan*).

Le couvent des Cordeliers près de Draguignan, de la Province de Provence, custodie de Marseille, est nommé dans le *Provinciale O. M. vetust.*, 37; par Barth. de Pise, AF IV, 539 et mentionné par Wadding, VII², 237, qui y avoue, qu'il ne savait rien sur l'histoire de ce couvent, différent de celui des Observants. Maintenant ce couvent des Cordeliers a trouvé, en M. Mireur, un historien très assidu et très bien informé, qui a recherché partout, pour la composition de son livre érudit, des textes épars dans les archives, les livres de comptes etc. etc. Sur le couvent observantin à Dr. cf. Wadding, XV, 112. Gonzaga, 968.

La première mention des Cordeliers, se trouve dans un testament du 11 mars 1265, les supposant déjà complètement installés 22 s. Il est sûr cependant, que S. François n'a fondé ce couvent, ni en 1212 ni en 1222 (p. 4). Les deux Frères Mineurs *Guillaume Bertrand* et *Guillaume de Plaisance*. nommés comme témoins dans une sentence arbitrale, le 8 avril 1253, à Fayence, étaient peut-être (?) du couvent de Dr. 24-6. Cf. *Gall. christ. noviss., Marseille,* 1899, 123, 127, 137 où G. de Plaisance est nommé comme étant du couvent de Marseille. En 1295 et 1297 S. *Louis d'Anjou* visita le couvent (30ss.) et dans son testament il lui rendit le « *officiarium et responsorarium, quae dedit mihi conventus Draguiniani* » 32. — En 1351 la tête ou la « châsse en forme de tête mitrée » (?) de ce Saint traversa la ville 33. Le roi Robert de Sicile ordonna, le 8 déc. 1321, à la ville de céder aux Cordeliers l'eau nécessaire à leurs besoins 36 s. (pièce publiée 140-1). La municipalité subvenait volontiers aux dépenses extraordinaires de la tenue d'un chapitre en 1369, en 1602 (57), de la fonte d'une cloche 1380, pour la réparation de leur bibliothèque, 1413, pour l'entretien d'une école au couvent 1382-1493 (48-50). Elle versa aussi des rémunérations aux prédicateurs de Carême et d'Avent etc. « *qui vale* [lisez *valide*] *se habuerunt* », 49. Le conseil municipal eut, en 1516, à s'occuper des femmes qui « lavant bugadas infra conventum ». Il menace d'en écrire au P. Général. Celui-ci y arriva, en effet, en 1535 (51). En 1590 Charles Emmanuel, duc de Savoie, descend chez les Cordeliers 54. Sur cette visite v. Mireur, *Les rues de Dr.*. dans *Le Var*, 29 juill. 1897. — Sur des fêtes etc. en l'eglise des Cordeliers cf. 67 ss. Lors de l'invasion austro-sarde (1746-7) deux compagnies de grenadiers piémontais y logeaient. Il n'y avaient plus alors au couvent que 9 religieux, et en 1766 seulement deux. La révolution lui donna le coup de grâce. — Le P. *Joseph Pons,* gardien du couvent (1726-8) nous a laissé un *livre de raison*, contenant aussi des notes historiques 75 ss., 168. — Le P. *Gabriel Lefèvre* (Fabre, Fabri) d'Avignon, provincial de Provence, etc. etc. semble avoir été affilié au couvent de Dr. Il mourut en 1637, 57-61.; Cf. Wadding, *Script.*, 141; 97²; 97³; Sbaralea, *Suppl.*, 296; I² 312. Dans la *deuxième partie* 85-129, M. Mireur décrit aussi minutieusement que possible *l'église* à deux nefs, — comme beaucoup d'églises franciscaines — et le *couvent,* dont il essaye une réconstruction. — Sept planches augmentent encore l'intérêt de ces pages très intéressantes d'archéologie franciscaine. L'A. a démontré que les bâtisses de l'église et du couvent avaient été faites, à l'origine, pour des Bénédictins 6 ss. Ajoutons que

l'abside carré, 111 qui ferme le vaisseau épaulé par de hauts contreforts et allongeant ses cinq travées inégales vers la ville, est une forme caracteristique des églises cisterciennes; cf. Kraus, *Gesch. d. christl. Kunst,* II, Freiburg 1897, 123 ss. Sharpe, *Cistercian architecture,* London 1875 etc. — Remarquez aussi, que les têtes, supports des formerets, ne sont que des consoles historiées, dont les vestiges de draperies montrent clairement, que ce ne sont ni des « physionomies venérées de grands religieux » 112, ni des « faces de moines convulsées en leurs efforts desespérées de cariatides » 98. Les soi-disant armoiries du couvent (1696), superbement reproduites en guise de frontispice, sont celles de *l'ordre* franciscain. L'A. a ajouté à sa monographie de haute valeur, la liste des familles ensevelies dans l'église et ses dépendances 127-9; une liste des legs et donations tirées, en général du *Livre de raison* du P. Pons (1297-1753) 130-40; la liste chronologique du *personnel* du couvent, *gardiens* et *religieux* 142-164, et enfin l'index des sources 164-168. **P. Michel Bihl,** O. F. M.

Antoine de Sérent. — *Essai de géographie des établissements de l'Ordre de St. François en Bretagne, du XIIIe au XIXe siècle.* — Paris, Imprimerie Nationale, MDCCCCX, in-8°, 16 pp. — Extrait du *Bulletin historique et philologique,* 1909, p. 273-286.

Cet essai de géographie historique franciscaine du R. P. Antoine Béguet de Sérent, O. F. M. sera bien acueilli par tous les érudits qui s'occupent de l'histoire des nombreux couvents franciscains en Bretagne. Grâce à ce travail, qui, pour être parfait à tous les égards, aurait toujours dû citer les sources, il leur sera facile de se reconnaître parmi les noms, les dates, les obédiences des nos couvents en ce pays. L'auteur y énumère d'abord 9 couvents de *Frères-Mineurs* (Cordeliers) (4); formant la custodie de Bretagne de la Province de Touraine; puis onze couvents des FF.-Min. de l'*Observance* (4-6), qui, en 1472, se séparèrent des Anglais et des Normands, pour se joindre à la Vicairie Observante de Touraine. En 1484 ils obtinrent un Vicaire prov. à eux, et en 1517 ils formèrent la Province Obs. de Bretagne. En outre il y eut 5 autres couvents d'Observants, qui continuaient à faire partie de la Vicairie de Touraine jusqu'en 1517, et puis jusqu'à 1771 de la Province de Touraine-Pictavienne. Les *Récollets* occupèrent 11 couvents des Observants, de 1612 à 1642, pour en former la Province Récollette de Bretagne 1642-1791; parellèment à cette province, celle de la Madeleine d'Aujou y fonda 5 couvents (6-7). En 1771 les anciens couvents de la Custodie de Bretagne et ceux de l'Obs. de Touraine Pictavienne passèrent chez les *Conventuels,* de la nouvelle Prov. de « Touraine », qui y comptait 7 couv. dans sa custodie de « Bretagne » et 7 dans celle de Nantes. — La Prov. de Bretagne des *Capucins* (8-9) comptait, en 1768, 30 couvents, dont 20 seulement en Bretagne. Enfin il y avait 4 couvents de *Clarisses* (9) (dont le plus ancien fut fondé à Nantes en 1457), et 3 couvents de *Cordelières.* — A la fin (9-16) suit le *répertoire alphabétique* de *tous* les 65 *couvents* nommés (1230-1791 suiv.) avec l'indication sommaire de l'époque de leurs fundations, de leurs transitions d'une Province etc. à l'autre. De tels essais de géographie franciscaine pourraient être utilement entreprises pour d'autres pays et provinces. **P. Michel Bihl,** O. F. M.

COMMENTARIA EX PERIODICIS

1. — Bullettino Senese di Storia Patria (Regia Accademia dei Rozzi). Siena, Tip. e Lit. Sordo-muti di L. Lazzeri.

Anno I. (1894). — **F. Donati,** *Notizie su S. Bernardino con un documento inedito,* p. 48-76. [Buon fascio di notizie, specialmente su le predicazioni del Santo e le sue relazioni coi letterati del tempo, alcune delle quali veramente allora nuove o tratte da nuovi documenti, non tutte usufruite dall'Alessio. Il documento è una vivacissima relazione della morte, dei funerali e dei primi miracoli che ne seguirono, di S. Bernardino, scritta in forma di lettera, da un tale *Giuliano in Aquila,* probabilmente milanese, non certo Frate Minore, di tutto testimonio oculare. La relazione è tratta dal cod. della Bibl. Com. di Siena *P. II 16,* collazionato con quello della Nazionale di Firenze *Magliab. II, II. 325*]. — **Aless. Toti,** *La chiesa di S. Francesco in Siena e i Piccolomini,* p. 77-97. [Dai materiali della chiesa stessa e da documenti trae e traccia i tre periodi di formazione di questo grandioso tempio francescano: cominciato nel 1246; su disegno di Agostino e Agnolo architetti senesi ingrandito nel 1326, e compito dopo il 1448 (77-85). I Piccolomini, dietro l'esempio di Enea Silvio (Pio II), amarono assai questa Chiesa e il convento, cui aggiunsero parti e ornati, e nella chiesa ebbero due cappelle, che l'A. descrive, discutendo inoltre vari punti storici e artistici. — Intorno a questa chiesa cf. anche Lusini V., *Storia della Basilica di S. Francesco in Siena,* Siena 1894, che LUIGI FUMI recensisce a p. 316-7 di quest'annata del *Bullettino;* come pure vedi dello stesso L. FUMI la conferenza ricordata in *Cronaca,* ivi, p. 324].

Anno II. (1895) — **F. Donati,** *S. Bernardino predicatore delle Indulgenze per le Crociate,* p. 130-6. [Pubblica dalla Comunale di Siena una Bolla di Eugenio IV «*Pia Mater Ecclesia*», data da Siena il 26 Maggio 1443, in cui sono indette le Indulgenze per la Crociata contro i Turchi già proclamata l'anno prima dallo stesso Pontefice. In essa egli costituisce S. Bernardino da Siena «omnium in praesentibus litteris contentorum executorem, et nuncium nostrum in omnibus civitatibus» ecc. con tutte le facoltà solite in simili casi]. — **Arnaldo Verdiani Bandi,** sotto la rubrica ARCHIVI descrivendo sommariamente gli *Archivi della Val d'Orcia,* p. 323-38, ne spigola fra le altre queste notizie Francescane: PIENZA (A. Comunale), sulla coperta del primo Libro dei *Consigli* (1541-1573) si legge: «Aurelio Collodi messe questo libro in S. Francesco, acciò non vada come gli altri che andarono male per la guerra di Siena» (p. 324). Un codice dell'Archivio Vescovile, intitolato *Memorie di Pienza,* comincia con questa dichiarazione: «Copia di ciò che accadde in questa città di Pienza nell'anno 1554 fino al 1557 ricavata da un libro antico di questo Convento di S. Francesco dei Minori Conventuali»; ma poichè è veramente uno zibaldone di varie provenienze e di diversi tempi, porta anche: «L'anno 1608 si fabbricava il bel con-

vento de' Cappuccini di S. Quirico [d'Orcia], standovi due o tre Padri e à 4 di ottobre venne la fameglia e l'anno 1611 fu benedetto, dicendovi l'Uffizio e Messa, et si seguiva la fabbrica ».

Anno III. (1896). — **G. Pardi,** *Sulla vita e gli scritti di Domenico da Monticchiello,* p. 23-42. [Trecentista († 1367?), pregiatissimo traduttore, fra l'altro, della *Mystica Theologia* attribuita già falsamente a S. Bonaventura, il cui volgarizzamento stampò il P. Bartolomeo Sorio, *La Mistica Teologia* ecc. Verona 1832]. — **Alessandro Lusini,** dando relazione generale e particolareggiata del *R. Archivio di Stato in Siena,* con continuazione anche negli anni seguenti, ci fa noto a p. 97 s. che l'Archivio Comunale nel 1338 fu trasferito dalla sagrestia dei Frati Predicatori in quella dei Francescani, dove rimase fino al 1453, quando il 16 gennaio fu deciso: « quod omnes scripture, libri, codices instrumenta et quascumque alias scripturas pertinentes ad Comune Senarum existentes in conventu Sancti Francisci, extrahantur de dicto loco et portentur ad hospitale Sancte Marie de la Schala » (98 n. 2). Nella Collezione diplomatica si trovano provenienti: dal Monastero di S. Petronilla (Clarisse) pergamene 111+11 (260 s., 267 s., 277 s.); dal Conv. di S. Bernardino all'Osservanza presso Siena, 5 sole pergamene, fra le quali però la Bolla di canonizzazione di S. Bernardino da Siena (260 s., 273); da quello di S. Francesco di Siena perg. 507, delle quali 246 del sec. XIII, 136 del sec. XIV e 98 del XV, oltre che « più di dugento » erano andate perdute nel trasloco dall'Archivio del Convento a quello Diplomatico fiorentino, avvenuto nel 1808; dal Monastero di S. Girolamo di Campansi in Siena, di Terziarie Francescane, perg. 60 (260 s., 275). — Vedi l'*Inventario delle pergamene conservate nel Diplomatico del R. Archivio di Siena,* pubblicato poi dal Lusini stesso in questo *Bullettino,* vol. XIII (1906) e seguenti, *Parte Prima,* dall'anno 736 al 1250, e uscito ora anche in un volume separato. — **Giuseppe Sanesi,** *Un episodio d'eresia nel 1383,* p. 384-8. [Si ricava da una lettera di denuncia del caso al Capitano e Priori di Siena, con la protestazione di volervi porre rimedio energico. La lettera in volgare pubblicata per intero (384-5) termina: « Facta in Siena nel luogo di frati minori, a di XIII de Giugno [1383]. Il vostro Inquisitore manu propria]. — **F. Donati,** *Un Prédicateur populaire dans l'Italie de la Renaissance, S. Bernardin de Sienne 1380-1444 par* P. Thureau-Dangin, Paris 1896, p. 288-90. [Recensione favorevole, con alcuni appunti].

Anno IV. (1897). — **Agostino Zanelli,** *Maestro Francesco Sanson. Notizie e documenti (1414-1499),* p. 83-100. [Nelle notizie l'Aut. si occupa principalmente del cognome e della patria di questo 41° Min. Gen. dei Frati Min. I documenti lo chiamano *Franciscus Sanson de Senis, Franc. Sanson q. Nannis* [= *Ioannis*] *de Senis, Franciscus Sanson de Brixia* o *civis brixianus.* Dunque nè della famiglia o dei *Senni* o dei *Nanni* o, molto meno, dei *Sansoni,* come l'hanno variamente creduto quelli che han scritto di lui. I più importanti documenti poi, un diploma di baccalare, il suo testamento, l'epigrafe della sua tomba ecc. lo dicono di Brescia; *de Senis* pare un appellativo d'affezione: il padre era senese, ed egli stesso venne giovinetto a Siena e in Siena si vestì frate e visse lungo tempo. I documenti pubblicati, in parte inediti, sono: Una lettera ubbidienziale del Min. Gle Fr. Giacomo da Mozanica (26 maggio 1456), con la quale il Sanson è mandato a esercitare il baccalareato in Venezia (86-7 nota 2); I. *Elezione del Sanson a Lettore nello studio di Siena* (Deliberazione dei Savi dello studio, 1473, 24 Maggio e 5 Luglio),

p. 90-1; II. *Diploma imperiale* [Federico III] *con cui il Sanson è nominato Consigliere dell'Impero* (1483, 1 Dicembre), p. 91-2; III. *Provvisione del Consiglio speciale di Brescia*, con la quale si assicura al Sanson che il convento di s. Francesco, da lui riccamente aumentato e fornito, sarà conservato ai Conventuali, non ceduto agli Osservanti (1496, 26 ottobre), p. 92-3; IV. Decreto del Doge di Venezia esimente da dazi, decime ecc. la casa e una possessione paterne che il Sanson assegnava ai bisogni del convento di S. Francesco di Brescia (1497, 16 Settembre), p. 93-4; V. *Inventarium* degli oggetti lasciati dal Sanson alla sua morte (1499, 4 Novembre), p. 94-9; VI. *Lettera* [Ducale] *all'oratore veneto presso il Papa*, in cui si rifiuta di cedere due forti somme lasciate dal Sanson alla fabbrica dell'altare di S. Antonio di Padova e alla chiesa di S. Francesco di Brescia (1499, = leggi 1500, 16 Gennaio) p. 100. Il documento in nota e il I. son tratti dall'Archivio di Stato di Siena; gli altri dell'Archivio di Stato di Brescia, meno una copia del V e il VI, che sono dell'Arch. Comunale della stessa città]. — *Il Testamento di un prestatore Senese nella Champagne*, del 16 agosto 1338, pubblicato e illustrato da **Giuseppe Sanesi**, secondo due copie autenticate dell'Arch. dello Spedale di Siena, presenta queste note per la nostra storia: Il testatore era Federico Rimpretto e testava: « in Cremona, presentia fratris *Iacobi* et fratris *Egidii* de ordine fratrum minorum... testium » (123). « Item dixit et voluit et legavit predictis pauperibus et hospitali [sancte Marie Senne = di Siena] vineam suam de Monestereo [località presso Siena] salvo quod dictus hospitalis debeat dare *sororibus monesterii sancte Petronille* omni anno annualiter et perpetuo duo modia vini, et fratribus predicatoribus duo modia vini similiter, et fratribus minoribus de Senna similiter duo modia vini de ipsa vinea.... » (125). « Item dixit et voluit et iussit et legavit sororibus sancti Franceschi Cremone viginti sol. de venetianis grossis; et ibi vult iacere » (127).

Anno V. (1898). — **F. Donati**, in *Lettere politiche del sec. XIII sulla guerra del 1260 fra Siena e Firenze*, p. 256-269, continuazione dalle annate precedenti, pubblica dal cod. *Vaticano d.° c. 90'*, una *lettera della Comunità di Siena*, in data 12 Maggio 1261, diretta a Riccardo di Cornovaglia eletto Re di Germania ed aspirante all'impero, contro i Guelfi di Firenze, nella quale questi sono accusati anche del seguente fatto: « Processit eciam de salubri consilio apostolice sedis, in Tusciam destinare legatum quemdam religiosum virum, fratrem Iohannem de Oliva de Ordine Minorum, inquisitorem heretice pravitatis, ad extirpandum illos, quos heresis macula fedaverat, ne contagium morbi eius corrumperet ecclesie filios, in detrimentum et periculum animarum, qui quomodocumque ab universis Tuscis fuisset admissus in suis peticionibus tamquam verus salutis medicus animarum, et informator fidei orthodoxe, iuxta apostolicam sancionem, per Florentinos eosdem, quos iam dire excommunicacionis sentencie multiplices, ex premissis et multis aliis excessibus, eos tamquam hereticos vulnerarunt, eiectus fuit et cum pudore repulsus, sic quod officium sibi commissum in tota dicione Florentie, non facto, sed solo sermone, exercere nequivit, vel exprimere legem dei. Quo de causa digne lata est in eos excommunicacionis sententia, adiuncta cum aliis quas pro fabulis reputabant » (p. 264 s.). — La bolla di Canonizzazione di S. Bernardino da Siena si trova anche trascritta nell'*Instrumentario del Comune di Siena, detto Calefetto*, Numero d'ord. 5, a carte 164-165: **A. Lisini**, in continuazione di *Siena, R. Archivio di Stato. Inventario dei Capitoli*, p. 496.

P. Benvenuto Bughetti, O. F. M.

2. — **Revue de l'Université de Bruxelles,** Bruxelles.

XIII. 1907-8. — Ch. Pergameni, (Docteur spécial en histoire, et archiviste adjoint de la ville de Bruxelles), *Un épisode de la suppression des couvents à Bruxelles à la fin du XVII siècle,* p. 496-602, d'après un MS. des archives de la ville de Bruxelles, (n. 1362 de 48 feuillets, dont le 22 blanc: de la même main; in-8°): « *Relation fidèle de la suppression et du rétablissement des Urbanistes de Bruxelles, par Mlle Thérèse Verschelde, élue Prieure le 3 du Mois de Mai de l'an 1702* ».

3. — **Bullettin de la commission royale d'Histoire de Belgique,** Bruxelles.

LXXVII. 1908. — Ch. Pergameni, *La population des communautés religieuses de Bruxelles en 1796, d'après les documents inédits* (tiré à part, 1898, in-8°, 66 pp.). En 1796 les Conventionnels français, envahisseurs victorieux, firent dresser le relevé nominal des Communautés religieuses pour les couvents et pour les disperser. Il y avait 11 communautés d'hommes et 12 de femmes avec 295 religieux et 296 religieuses. P. 64-77 les *Récollets* y figurent au nombre de 50, dont 14 frères lais. La liste indique les noms et prénoms, le lieu de naissance, enfin leur l'âge en 1796 et aussi lors de l'émission des voeux.

P. Jérôme Goyens, O. F. M.

4. — **English Historical Review,** London, Longmans, Green & C°.

XXIV, (1909): = G. L. Kingsford, rec. 135-8: W. Miller, *The Latins in the Levant; a history of Frankish Greece (1204-1566),* London 1908, (Opus eruditum, licet aliqua et connexionem illius historiae cum aliis Europae statibus quadamtenus neglexerit). — T. F. Tout, rec. 141-5: *Finke, Acta Aragonensia* (quae plurimum laudantur). — W. H. Frere, rec. 151-2: *J. H. Pollen, S. J., Unpublished Documents relating to english martyrs, I, 1584-1603. (Catholic Record Society vol. V),* Leeds, 1908. (Liber meritorius). — H. R. rec. 397-8: *Ern. Harcourt Vaughan, The origin and early development of the English Universities to the close of the 15. Century,* ap. *The University of Missouri studies,* Aug. 1908 (Nil novi refert, usus libris notis). — T. E. Tout rec. 611: *W. Brown, The register of W. Wickwane archbishop of York 1279-85 (Surtees Society,* vol. CXIV) 1907. (Hoc op. utile et accuratum notamus ob W. W. relationes non optimas cum Fr. Ioh. Peckham). — John Dowden, rec. 776-9: *W. Moir Bryce, The Scottish Grey Friars,* 1909. (Opus diligentissimum. P. 776 credit Observantes in Scotiam venisse non 1447, sed parum ante 1463, eosque fuisse appellatos a regina Maria Geldriae, quae 1449 (aestate) in Scotiam venit. P. 777, mores FF. Minorum nunc meliores apparent quam hucusque credebantur, praesertim ob eorum inimicorum calumnias. P. 778 plura menda minora lectionis in docc. enumerat). — J. P. Whitney rec. 780-4: *J. Gairdner, Lollardy and Reformation in England: An historical survey,* 2 voll. London 1908. (Opus summi pretii; tamen notandum originem Lollardorum non a Wiclefio provenisse, neque eos ubique in Anglia vulgatos fuisse et populares. Pluries agitur de FF. Min. v. g. de Ioh. Mardisle an. 1374. et Henr. Standish, qui regis dominium defendebant). — M. R. J. rec. 825: *A. G. Little, Liber Exemplorum...* (Liber doctus, magni momenti pro moribus etc. saec. XIII de quo AFH II, 651).

5. — **Römische Quartalschrift für christliche Altertumskunde und für Kirchengeschichte.** Rom. Spithöver; Freiburg, Herder.

XXI, (1907): = **K. H. Schäfer,** *Päpstliche Ehrenkapläne aus deutschen Diözesen in 14. Jahrhundert,* 76-113. (Enumerat capellanos pontificios a tempore Clementis VI usque ad tempus Clem. VII. Eorum numerus va-

riabatur plurimum; circa an. 1250 iam exsistebant a clero saeculari et regulari assumpti. Dicto tempore (1342-1394) 70 e Germania oriundos recenset, inter quos, 8 O. S. B., 7 O. Praed., 4 O. F. M., Carm. Aug., 5 Cist. 4 Hosp. S. Ioannis. Ex O. F. M. fuerunt: p. 111 Mich. de Colonia; « licet absens nominatus » 1376, april 12. — P. 111 Ioh. Schrecemberg conventus Patavin. *(Passau)* lic. abs. nom. 1380 iun. 20. P. 112 Guillelmus Gros, lic. abs. nom. 1382, mart. 31 [Sed iam 14 sept. 1381 nominatus erat; cf. Eubel. BF VII, 230]. — P. 112 Henr. de Westhusen, 1383-84, [Cf. BF VII, 252. Plures numerandi erant, cf. l. c. 202 etc.]). — **Fr. Falk**, *Eine relatio ecclesiae Metropolitanae Moguntinae,* (c. an. 1620), 140-3. (E cod. Vat. Ottob. 2421 part. I). P. 140 « Patres S. J. [Moguntiae sunt], ubi olim fuit conventus Franciscanorum »; P. 141: « Abbatia et conventus Clarissarum.... Item extra muros monasterium pauperum Virginum O. S. Fr. de tertia regula ». — **P. M. Baumgarten**, *Kleine diplomatische Beiträge*, 143-9. (Agitur praecipue de bullis; p. 145 de illis, quas AFH II, 5 seqq. iuxta L. Delisle Kaltenbrunner et Norden commemoravimus. In Arch. Vatic. Instr. Misc. 1276, conservata sunt 5 originalia, quae pro legatione FF. Praed. 1276 confecta fuerant, quaeque p. 146 enumerantur; editque notam sive textum ap. AFH II 6-7, de legatione FF. Min. revocata. P. 147: Bullae quae FF. Minores Ancona secum retulerant, pro minutis serviebant ad novas bullas FF. Praed. conficiendas). — Rec. 215: *A. von Wretschko, Zur Frage der Besetzung des erzbischöfl. Stuhles im Mittelalter,* Stuttgart 1907. (Insunt libro documenta). — G. Brom rec. 216-8: *Mulder, W. J. M., Dietrich von Nieheim. Zijne opvatting van het Concilie en zijne Kronieck,* Amsterdam 1907. (Opus bonum, sed pluries mendosum. M. probat Theodorici esse certo tract. *de necessitate reform. eccl.,* sed non: *de modis* et *de difficultate;* quae res in dubio adhuc manet. Probat tamen ideam fundamentalem tractatus *de modis* etc.: scil. *Occami* distinctionem inter Ecclesiam universalem et apostolicam, apud Theodoricum alias non inveniri. In p. II editur eius Chronica). = **W. Berger**, *Römische Beiträge zur Geschichte der Katechese im Mittelalter,* 159-97; textus 178-97. (P. 160: Differentia erat inter chatechesim pro pueris et pro adultis; cf. Thalhofer, *Die katechet. Lehrstücke im MA.* ap. *Mitteilgen d. Ges. f. deut. Erziehgs. u. Schulgesch.,* XV, Berlin 1905, 3. Heft. P. 162 cit. et W. Burger, *Die katechetische Summe des Bernard Guy,* ap. *Katechetische Blätter,* Kempten 1907, Heft 6. — P. 178-94 e Cod. Vat. Cat. 3824 ed. « *Alphabetum catholicorum ad inclitum Dominum regem Aragonum pro erudiendis filiis* », Arnaldi de Villanova (??). (Consistit ex interrogationibus et responsis). P. 194-7 ed. e Cod. Casanat. 108 *Tabulam fidei christianae.* — P. 171 citat e Cod. Vat. lat. 5067, (anni 1444) primam formam systematicam 5 praeceptorum ecclesiae, quae hucusque primum inveniri credebatur ap. *Kerstenen Spiegel* Theodosii Coelde O. F. M., cuius textus ap. Moufang, *Kathol. Katechismen d. 16. Jahrh.,* 1881, p. XIX). — **P. M. Baumgarten**, *Kleine diplomatische Beiträge,* 198. (Nota: R[egistretur] in dorso etc. Bullarum primum invenitur in bulla Iohannis XXII, 27 sept. 1320). — Rec. 224: Fischer, *Franz von Assisi 1219-21.* (Libro assentit).

P. Mich. Bihl, O. F. M.

MISCELLANEA

Il Reliquiario di S. Francesco di Gubbio, rinvenuto recentemente. — Nella *Cronaca Italiana* del Fascicolo II di quest'anno (AFH III, 372) demmo un'affrettata e incompleta notizia del prezioso Reliquiario ritrovato poche settimane prima presso la Chiesa di S. Francesco in Gubbio. Allora scrivemmo: « Attendiamo una più minuta e precisa relazione ». E la relazione, minuta e precisa, è venuta per l'organo più autorevole che si potesse desiderare, il *Bollettino d'arte del Ministero della P. Istruzione* (Anno IV, Roma 1910, fasc. IV, p. 159 s.), dal quale noi la riportiamo per intero, qua e là soltanto leggermente compendiata, come di oggetto che interessa vivamente l'arte e la storia francescana.

= Il reliquiario fu trovato dalla *Commissione per la verifica degli inventari dei beni comunali e demaniali di Gubbio,* il 1° Marzo 1910, in un locale annesso alla chiesa di S. Francesco. Con la debita autorizzazione tolti i sigilli appostivi nel 1760 dal Vescovo di Gubbio Giacomo Cingari di Bologna, ecco ciò che vi si rinvenne: La cassetta, prima di tutto, in legno di pioppo e terminata a timpano, ha un'altezza massima di m. 0,455, è larga m. 0,31 e profonda m. 0,095. È chiusa da due sportelli che si aprono a trittico, e conserva l'antico braccetto e la serratura in ferro battuto. E' rivestita di pelle di dante, meno gli sportelli coperti di seta rossa, ed è ornata da bordure e galloni con sfilatura di seta. Sui 2 sportelli, all'esterno, sono inchiodate due miniature su pergamena, intagliate con forbici seguendo il disegno delle figure e alte cm. 25. Sono due santi, con aureola, manto fissato su la spalla e aperto sul fianco. Il Santo a sinistra sostiene una crocetta ornata di tre globi alle estremità delle aste. L'Ispettore non si pronunzia su l'epoca di queste miniature; ma il costume, la tecnica, il disegno fanno credere siano del V sec. d. Cristo.

Il cofanetto è opera frammentaria: miniature intagliate da antichi codici, un dittico di maniera bizantina, vetri dorati a fuoco, un frammento d'arazzo in seta del sec. XIII, furono riuniti a decorare quest'edicola, forse da un frate, nel sec. XIV.

L'interno degli sportelli è decorato di sei miniature inchiodate su fondo di seta rossa, probabilmente intagliate da un codice. Rappresentano: 1° S. Chiara, volta di tre quarti (come tutte le figure) e sostenente un giglio nella destra. — 2° S. Crisanto, con croce astile. — 3° S. Lodovico di Tolosa, con mitra, pastorale e corona regale. Questa figura ha riscontro con quella dello stesso santo dipinta nella crociera della Basilica inferiore di S. Francesco in Assisi, attribuita a Sim. Martini. — 4° S. Francesco d'Assisi, con barba tonda, in atto di mostrare la stimate del costato. — 5° S. Daria, con velo bianco sul capo e giglio in mano. — 6° S. Antonio di Padova, con un libro verde. Queste miniature, fra le più fine del sec. XIV, di esecuzione accuratissima, sono tutte a fondo d'oro, con i Santi rappresentati a mezza figura e ornate agli angoli da delicati valeschi su fondo ultremare e rosso. Furono probabilmente eseguite da *Simone* e *Donato Martini.*

Nell'interno ricopre il fondo del timpano una miniatura che rappresenta il Salvatore benedicente, su fondo d'oro; forse di *Simone Martini.*

Sotto il timpano è incastrato un piccolo dittico, dipinto a tempera su fondo d'oro a bolo, benissimo conservato. Ogni sportello (o parte del dittico) misura m. 0,12×0,18. In quello a destra la Vergine col putto secondo la formula bizantina; nell'altro a sinistra il Crocifisso, tra la Vergine e S. Giovanni e cori d'angeli piangenti. Le scritte su la croce e nei dischi ai lati della Vergine sono in greco. Il Crocifisso ha i piedi sovrapposti forati da un solo chiodo, il corpo scontorto: vi si rivela una qualche influenza duccesca, sebbene opera di pittore greco del sec. XIV.

Il frate che innestò in questa edicola i preziosi ed eterogenei cimeli, fece eseguire espressamente per il reliquiario le figure che rivestono lo spessore interno della cassetta. Queste miniature, oltre che essere di una mano diversa dalla precedente, corrispondono perfettamente alla superficie che coprono; e mentre le altre rappresentano Santi non eugubini ed alcuni non conosciuti o non venerati in quella città (per es., S. Crisanto), in queste invece troviamo i protettori eugubini. Sono di un *seguace* di Simone; il disegno è più largo ma più duro, l'esecuzione affrettata, le pieghe schematiche e senza valore, le mani non hanno il movimento e la vita di quelle dei nominati maestri senesi.

Rappresentano: 1° Un Santo Papa. — 2° Un Santo Vescovo (S. Ubaldo?). — 3° S. AGNESE (trovasi anche tra i protettori di Gubbio nel polittico del Lorenzetti). — 4° La MADDALENA. — 5° In una fascia sotto il dittico, a mo' di predella, entro formelle polilobate, S. CHIARA, i SS. Diaconi IACOPO e MARIANO antichi protettori di Gubbio, S. ANDREA, il BATTISTA, una Santa. — 6° Due angioli, stanti, con braccia conserte.

Il vano centrale dell'edicola è diviso in due da una tavoletta orizzontale: nella parte superiore vi è il dittico e le miniature cui si è ora accennato; nell'inferiore sono le reliquie, ricoperte da vetrini dorati e graffiti su fondo nero.

Rappresentano (in relazione alle reliquie): 1° S. CHIARA e 4 Angioli. — 2° La Vergine col putto e i simboli dei 4 Evangelisti. — 3° Cristo benedicente, i SS. Pietro e Paolo e due SS. Vescovi. — 4° S. FRANCESCO D'ASSISI e 4 Angioli.

Questi vetri, di squisito disegno senese con qualche influenza francese, sono di una rara bellezza anche per la perfetta esecuzione tecnina e per lo stato meraviglioso di conservazione. =

Inoltre il 2 dello stesso mese la predetta *Commissione* trovò, sempre in S. Francesco di Gubbio, due Croci-reliquiari portatili con le estremità delle aste trilobate, ricoperte interamente da vetri dorati e graffiti su fondo nero del sec. XIV, ma d' altra mano.

Tutti e tre questi preziosi reliquiari, di proprietà, insieme con la Chiesa, del Comune, furono portati nella Civica Pinacoteca, ove saranno custoditi ed esposti al pubblico in apposite vetrine.

P. **Benvenuto Bughetti**, O. F. M.

De Patris S. IOHANNIS GHEZ de CAPISTRANO origine et patria. — Promissum nostrum (AFH III, 151), paucis praestantes de stirpe et patria, unde S. Iohannis pater ortum suum traxerit, hic dicimus. Biographi eius primi, qui et ipsius Socii fuerant, de hac re quidquam adnotare operae pretium non ducebant. « Claris parentibus natum » simpliciter eum dixit Fr. Nicolaus de Fara(1); illum « plurimum a nobili priscorum lare dignitatis et honestatis » traxisse scribit Fr. Hieronymus de Utino(2); atque Fr. Christophorus a Varisio(3), Capistranum oppidum nominans:

(1) Acta SS. oct. X, 440. (2) L. c. 484. (3) L. c. 491.

« de quo, ait, parentes b. Patris nostri Fratris Iohannis moribus et vita et parentela conspicui, originem traxerunt ». — Posteriores autem scriptores in duas hac de quaestione sententias abierunt, quibusdam eius patrem *Germanum* fuisse dicentibus, uti Rodulphius Tossinian. (1), Sedulius (2), Waddingus (3), Salv. Massonius (4), Barberius (5), Amandus Hermann (6), Van Hecke Bollandista (7), Sbaralea (8), etc. etc., aliis e contra Sancti patrem *Gallum* fuisse proclamantibus, inter quos P. Blancone (9), Arthurus de Monasterio (10), D. Chamard (11), P. Leo de Clary (12), olimque cl. L. de Kerval (13), omnes franco-galli auctores, Cataneo (14) etc. etc.

